


8
48 M B
23
EMANUELE

BERNARDINI SCARDAEONII Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem.

HAC AQVA, NON

QVI BIBERIT EX



SICIET IN AETERNVM.

Venetiis. Apud Andream Arriuabenum.
Ad signum putei. M D XLII.

BERNARDINI SCARDAEONII Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem.

QVI BIBERIT EX HAC AQVA, NON SICIET IN AETERNVM.



Venetiis. Apud Andream Arriuabenum. Ad signum putei. M D XLII.

IO. PETRO CARAFÆ .TT. S. Clementis Cardinali Theatino Bernardinus Scardæonius. S.P.D.



Vcubrationem de castitate hanc nostram præstãtissime pater, quã iam pridem quum adhuc planè rudis, & impolita esset, tibi Venetiis commoranti recognoscẽdam dederam, nunc primum, qualiscunq; ea sit, cultiorem tamẽ, ac ornatiorem aliquanto ex tua cohortatione redditam ad communem utilitatem ædere constitui: cupiens de tabula tandem (ut aiunt) manum tollere, meq; opportune ad aliquod aliud egregium opus transferre. Verum quum iuxta morem de opere dicando mecum diu animo uolutarem, quem aut digniorẽ, aut præstantiorem patronum huic libentius darem, quã teipsum habui neminem: ut potè cui iam à principio destinata dedicatio fuerat, & ex cuius sapientissimo iudicio tumprimum spes æditionis mihi cæperat arridere. Nuncupamus igitur id tibi pater optime, non ut scriptorum ferè uulgus solet, ut me meaq; hæc scripta comendatiora tibi faciam: nõ ut popularem auram studiosius aucuper, aut ut calide gratiam abs te maiorem ineã: sed ea tm̃ causa hoc a me factum est, ut tuo in primis p̃sidio opus ipsum quantumlibet obscurum splendore tui nominis de tenebris in lucem honestissime, atque auspicatissime prodeat. Nã ex eo q̃ tu lucubrationes nostras minime contemnendas duxisti, cuncti sanè mortales intelligent, dignas esse, uel ex hoc tantum nomine, ut ab omnibus legantur: quasi tu tua manu illis subscripseris. Quod Iosippus olim & ipse quæsisse in suis historiarum libris dicitur: qui suppresso suo interim nomine, dum Vespasiano principi illud opus inscribere, nequaq̃

ignotum se, aut obscurũ fore credidit. Nam quis modo ausit aspernari qđ tu tantæ excellentiæ uir, & in omni studiorũ genere eminentissimus aptissimo iudicii tui suffragio cõprobaris? & omnium oculis, & auribus censueris exhibendum? Haud obscura est uis ingenii tui, sanctitas morum, excellensq; in omni literarum genere eruditionis præstantia, & omnium humanarũ, diuinarumq; rerum, uniuersalis, & absoluta cognitio. Vnde factum est, ut tibi ob Christi amorem externis oris latitanti diutius non licuerit occultari: neq; ut cupiebas, fas fuerit in sancta, ac diu concupita uitæ tranquillitate diuinæ, ac cœlesti contemplationi uacare. Admirabilis illa quidem tua rerum omnium abdicatio, qua te spretis publicis muneribus ad uitam priuatam contuleras: at nunc multo etiã mirabilior euocatio ad tam præcelsum fastigium dignitatis. Vtrobiq; sanè miraculum, & utrunq; (ut credi par est) ab uno, eodemq; spiritu sancto diuinitus procuratũ. Dei certe opt. Max. nutu factum est, ut quo magis latebras quæreres, honores fugeres, opes, ac potentiã sperneres, eò ad maioris dignitatis gradum euectus fueris: ut in maximo omnium mortalium, ac totius orbis theatro, uelut super candelabrum positus, maius uirtutis, ac sanctitatis tuæ lumen ostenderes. Non sum equidem nescius, quæ tua constantia semper fuit, te qui iampridem episcopatum, opesq;, ac honores tua sponte reieceras, non aliter amplissimam cardinalatus dignitatem, & delatas tibi ultro tãti honoris infulas suscepturũ fuisse, nisi Pauli. iii. Pont. Max. præceptum, ac pii, necessariiq; laboris ratio persuasisset, & Rei. p. Christianæ causa, & fidei negocium compulisset. Vnde fit, ut sicut antea non deserueras opus episcopi, sed opes: ita modo accitus hac diuina uocatione, non fastum, neq; gloriam, aut inane nomen suscipiendum putasti, sed molestiam, laborem, auctoritatem, ac tuendæ Christianæ pietatis officium: cui in tota uita tibi semper incumbendum duxisti. Quare

nemo bonus dubitat id esse urgere religionis proposi-tum, non remittere. Quod & olim quamplurimos san-ctissimos, ac sapientissimos uiros fecisse satis constat: quos in omnibus tu sibi iam ab ineunte ętate proposue-ras imitandos. Accipe ergo pater pientissime labores, fructusq; ocii nostri ea, qua nos olim solebas, hilaritate suscipere: quos quidem (ni fallor) ualde gratos tibi fore speramus, non solum ob eam quam tractant materiam: sed etiam ob fidem, atque obseruantiam erga te meam: quæ summa est, & quam tu sic esse planè iudices, si nostrum in te amorem, & studium, pietatemq; atten-tius indagare uolueris. Cogor iam assiduo amicorum conuitio exire de tenebris, atq; fidelissimis eorum cō-siliis potius obtemperare, quàm meis. Monēt enim me ac liberius etiam accusant tarditatem segnitiemq; penè meam permulti uiri eruditissimi, itidemq; amicissimi, quorum uel singulorum iudicio iure poteram esse secu-rus. Verum enim uero ut ingenue fatear pusillanimita-tem meam, adhuc post tantorum uirorum iudicia pen-deo animi, quid sim facturus. Tuis ergo benignissime pater auspiciis, & quibus polles studiis, ac fauoribus rē nostram, immo Christi adiuua: nos, nostraq; tibi cōmitti-mus, fideiq; tuæ cuncta mandamus. Quod felix, fau-stumq; sit, & ad summi, ac omnipotentis Dei laudem, & proximi salutem. Vale diu felix, & beatus in do-mino.

Ex rusculo nostro Murellano in Patauinis. iiii. no. Oct. M D XXXVIII.

GEORGIO ANDREASIO PAVLI.III. Pontificis Max. penes Venetum Senatum Legato optimo Io. Baptista Egnatius Venetus. S.P.D.



NOn possum certe tibi pater amplissime non plurimum in præsentia gratulari, mihi uero et atq; et gaudere, q libri de castitate septem à Scardæonio nostro conscripti nũc demum in lucem prodeant: quos ille adhuc iuuenis, quum in Barrocii Patauini olim antistitis familia ageret, incoharat. Gratulationis autem, gaudiiq; huiusce mei plures, & honestissime causæ: uel q nunc primum similia argumenta, quæ scribendi ratio iampridem obsoleuerat, ab hoc ipso homine pie in primis, & pure tractentur: uel q adhortationes etiam secutus meas absolutos hosce libros nunc tandem emittat: uel deniq; q Scardæonius ipse uetere mihi amicitia coniunctus tot laborum, uigiliarumq; quas exhausit, nũc deniq; fructum uerum capiet. Et fuit certe amplissime antistes idem & optime Scardæonius ipse à primis statim annis bonarum literarum maxime cupidus, quas fœlicissimo iuuentutis suæ cursu ita semper amauit, ut in hunc usque diem nihil omnino libentius agat: quo nomine sic Barrocio antistiti longe optimo charus, gratusq; fuit, ut illũ diutissime in familia habuerit, illumq; sacerdotio ornandum curarit. Hunc hominem tibi diligentius commendarẽ, nisi plane intellexissem, & eius uirtutem, & mores, & eruditionem præcipue tibi probari. Vtinam uero reliqui christianæ pietatis principes genus hoc sacerdotum amplectantur: hosce in primis foueant, hosce amplissimis quibusq; premiis dignos ducant. Non est cer-

te consilii nostri hac ipsa epistola querellas hominum hac super re copiosius enumerare: non omnia inuersa deplorare: non tot asinos mysteria tractantes incessere: tu qui & pro dignitate hac tua, quam ornas, mederi potes: & pro bonitate, qua omnibus places, id optas: & pro prudentia, qua maxime uales, id debes: melius hisce malis occurreris. Ego interim tibi Scardæonium ipsum, uigiliasq; eius commendare ita non desinam, ut ingenue fatear, plurimum emolumenti ex hac ipsa librorum illius lectione, quos de castitate conscripsit, omnibus christianis hominibus affuturum. An uero tu, aut reliqui nostratis ordinis uiri sacra pure, sancteq; obeas? nisi prius Deum ipsum reliquaq; numina caste adeas? an si principem in te spiritum impurum illis offeras, si corpus hoc, quod sacratissimi templi instar esse debuerat, pollutum superis exhibeas, placatos tibi, fauentesq; unquam fore speres? Scilicet uere, & ex uitæ usu ab egregio poeta dictum est, superis casta semper placuisse, castitatem ab illis præcipuam in obeundis sacris expetitam, eius puritatem in primis probatam, preces omnes, supplicationes, rerum primitias, quæ munde, quæ pure offerentur acceptas. Nō auro, nō argento, non ædium laxitate, non reliquo uictus regio apparatu summam illam prouidentiam, æternamq; illam mentem magis flexeris: quin potius salis mica, et thuris modico puluere, multo melius litaueris. Vtinam nos, qui Petrum, qui Paulum, qui reliquam illam heroum manū sectari profitemur, & quos nobis uitæ duces esse gloriamur, eorum ueterem morem, ueterem disciplinam, uetera instituta retineamus, ut eorum ueri imitatores & dici, & esse mereamur.

Cæterum næ ego plane incautus, qui pedem rursus (quod aiunt) limini. Illud non possum non ingenue profiteri, plurimum omnes esse profecturos, quos librorum huiuscemodi lectio plurimum delectarit. Est enim argumētum hoc de castitate ab Scardæonio institutum,

non suo solum nomine plausibile, sed usu, assiduaq; ob seruatione uitæ hominum maxime profuturum. Agno scent cœlibes nullo prorsus cum mœrore, quibus uincu lis obstricti agant: nec suas non mariti accipient leges: ut quãuis graues, acerbæq; in coniugio molestiæ contin gant, discere hinc possint, qua ratione eas, aut tollant, aut perferant. Quid q̃ sacerdotes etiam ipsi ex hisce li bris haurire ualeant, quod eos uehementer ornet, atque etiam admirabiles reliquis efficiat. Ille uero locus, in quo de uera religione differitur: ut tibi, dii boni, place bit! ut nunc tandem tibi probabitur! ut hanc partem numeris omnibus absolutam amplexaberis! Nam qua tenus, quave fini pudicitia maritis, & castitas sacerdoti bus retinẽda sit, quis facile in suo ordine posthac intelli get: si modo ad calcẽ usq; operis peruenerit: in quo libi dinis coercendæ, teterrimæ alioqui pestis præcepta tra duntur. Siquidem aut ego fallor, aut ita uere, & ex uitæ usu prorsus censendum est his qui literas, honestasq; di sciplinas amant, qui bene, beateq; uiuere optant, nullum capitaliorem hostem, nullumq; magis noxium esse ui tandum, atque ipsam gulæ, uentrisq; ingluuiem, uene risq; communem nobis cum belluis uoluptatem. Be ne, ac feliciter. Vale.

Venetiis M D X L I I.

INDEX CAPITVM PRIMI LIBRI.

Libri secundi.

Libri quarti.

Libri quinti.

Exordium. De male profitentibus religionem.

Libri sexti.

Libri septimi.

BERNARDINI SCARDÆONI
PATAVINI PRESBYTERI
DE CASTITATE.

PRÆFATIO.



AVDATVR Catonis illius, qui censorius uocabatur, præclara per uulgataq; sententia, præstantium uirorum nõ minus ocii q̃ negocii rationem extare oportere. Quod quidem uerbum & si semper magnificum, atq; præclarum duxerim, utpote clarissimi, atque præstantissimi uiri: illud tamen & reuerentiæ, & obseruantiæ profecto maiori semper apud me fuit: quod non ab homine tantum sapientissimo, uerum etiam ab ipso Deo in eandem ferme sententiam dictum est, & traditum sacrosanto Euaugelio. Non uiris scilicet præstantibus solum, & de ocio tantummodo & negocio (ut ille dicebat) sed cunctis mortalibus, & de omni etiam ocioso uerbo summo illi iudici dẽo exactissimam reddendam esse aliquando rationem. Proinde quum mihi procul ab omnibus molestiis, & ab omni tumultu ciuitatis ab esse contigerit, atque paucis contento in suburbano secessu tranquillissimo, simulque honestissimo ocio posse frui, consilium fuit non per desidiam, atque secordiam, obscuram, & umbratilẽ (ut aiunt) uitam degere, ac sinere inaniter tam bonas horas, & tam idoneum tempus elabi: meque senescentem in literarum studiis diutius iufœcunde, segniterq; uersari: sed potius honestum quod piam opus aggredi, quo & ocii æque ac negocii mei ratio utcunque publice palamq; constaret: atque superesset interim mihi aliquid lucelli Matth. 12

ex talento illo euangelico in diem nouissimum supre-
mo illi iudici cum fœnore repensandum. Statui itaque
pro ut ingenii mei tenuitas tulerit, quantunque medio
cri doctrina, studioq;, ac industria ualuero, per id tem-
pus, in tanta tamq; confusa morum licentia ad cohi-
bendam libidinem (quod potissimum dignum cogni
tu, dignumq; memoratu est uisum) de CASTITA-
TE præcepta contexere, quæ sint & uirginibus, & cœ
libibus, & coniugatis, ac uniuerso hominum generi,
ordiniq; communia. Et quia hac nostra tempestate te-
mere à quibusdam, ut plęraq; alia in dubium adduci so
let de sacerdotum cœlibatu; statui de hoc ipso etiam
pro nostra facultate accurate, ac copiose perscribere.
Cæterum uereor ne præstare possim tantum muneris,
& pro rei dignitate propositæ causæ & suscepto nego
cio satisfacere. Non enim me latet q̃ parua mihi co-
pia suppetat dicendi, quamq; ego unus ex omnibus
in his eruditis temporibus minime sim, & huic in pri-
mis, & grauissimo cuiq; negocio exilitate tum doctri-
næ, tum authoritatis idoneus. Attamen quod offi-
ciosi magis, q̃ arogantis esse putamus, boui (quod
aiunt) clitellas imponam, sperans non omnino infœ-
liciter, id, quicquid est oneris, & officii, haud meo qui-
dem, sed eo, quod à domino dabitur, robore sustine-
re. Quod si forsan eueniat, ut parum ex sententia hoc
nobis succedat, id saltem ut spero meo hoc labore
consequar, ut iisdem præceptis, quæ tradimus, astrin
gar egometipse in primis quasi obligatus chirogra-
pho ab his ipsis uitiis, quæ reprehendimus continere:
quod si uel solum ex omni hoc nostro labore conse-
cuti fuerimus satis uberes, satisq; lætos spei nostræ fru
ctus inde capiemus. Constat enim nullum ferę uitium
periculosius reperiri, nec cui maiores sint ad perden-
das, et animi, et corporis uires, q̃ libidinem ueneris:
usq; adeo ut iam præ nimia incontinentia plæriq; mor


talium, posthabita omni ratione pudicitiæ, neq; sexus, neq; ætatis, neq; cognationis ullum discrimen faciant. Quin tanto ardore accenduntur quidam, ut neq; à propinquis, neq; à domesticis abstineant suis: sed pecudum more diuina, simulq; humana iura subuertentes, omnem sanguinis necessitudinem, omne uinculũ propinquitatis, libidini suæ detestandæ subiiciant. At qui tantum etiam arrogat hæc pestis sibi, ut sint, qui nec pecudibus quidem ipsis parcant, aut iumentorum gregibus: quod absq; rubore profecto referre non possum, nec absq; indignatione reminisci. Scio equidem multos scripsisse antea de castitate, sed quæ nequaquã omnia ad nos peruenire potuerunt, uel librariorum defectu, uel iniuria temporis de medio sublata. Verum mihi modo in animo est in ea re omnes ingenii uires intendere, & (quod citra iactantiam dictum uelim) id muneris copiosius, uberiusq; præstare, q̃ hactenus in eo genere quisquam fecerit. Et si intelligam dum hæc pertracto q̃ difficili procellosoq; pelago remigandum sit mihi, & per quas syrtes enauigandum, ut superatis fluctibus speratum diu portum lætus, & securus ingrediar. Nam quum omnis castigatio perparum æquis auribus accipi soleat, q̃ difficile erit consequi his præsertim moribus, ut nõ explodatur, & hæc nostra, quæ est illecebræ popularis, ac peruagatæ, & pene uulgaris consuetudinis accusatrix. At qui eo me animo ad scribendum contuli, ut uoluntatem iuuandi præferam gratiæ placendi. Quamobrem detractet, & maledicat impune per me qui uult, æquo animo feram quandoquidem nec fustis, nec gladii metus, quin etiam nec mors ipsa in malis habenda sit, quæ pro iustitia, & ueritate suscipiatur. Doleo tamen, idq; non moleste ferre non possum, reperiri complures impudentes, qui titulo uix inspecto corrugent nares, & omnia prius temere damnent, quàm legant, nescio quid secum blacte-

rantes. Quis est hic, qui emendet publicos mores? Numquid Saul inter prophetas? Sed agedum quicunque hęc legerit, eousque differat sententiam suam, ac maledictis tantisper quæso temperet, dum totum prius opus percurrerit. Non iniuste petimus, ut qui legit, perlegat, postea despiciat, si quid despiciendum putabit: ne uideatur non iudicio sed inuidia, & contemptu incognita damnare uoluisse: nam multa insunt, ut spes, & opinio nostra fert, quæ non displicebunt. Sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus, ut dici solet. Nos quidem utcunque possumus, præcepta salutis afferimus: non tam nostro exprompta penu, quàm ubique tam ex diuinis literis, quam profanis a nobis longo studio, & sollicita indagine perquisita. Verum si quid ulterius forte de meo perperam, aut temere immiscui (quod maxime uereor) id tantum imperitiæ meæ ascribendum uelim, ac etiam temeritati: qui dum ignauiæ crimen effugio, maiorem quàm pro uiribus poteram, prouinciam suscipere non sum ueritus. In eo sanè meam agnosco culpam, atque ingenue reum me esse confiteor. Quare bonos & candidos lectores rogo, ut quicquid dixerimus æqui boniq; facientes, bonam ueniam tribuant, animum, non rem pensantes. Sunt qui laudem ex scriptis deposcant suis, mihi ueniam impetrare sat est: quam hic mihi pro laude libenter paciscor. Quod si quid mihi fortè præter spem eueniat, id totum pro lucro reponam. Quod autem ad dicendi stillum attinet, dedi operam pro uiribus, ut dilucidior multo quàm ornatior nostra uideretur oratio. Doctis namque, & semidoctis scribimus, quocirca quantum in me est, satisfactum iri cupio utrisque: quatenus nec illis sordidi, nec his uideamur obscuri.

BERNARDINI SCARDÆONI PATAVINI PRESBYTERI DE CASTITATE. LIBER PRIMVS.

DE SACRIS VIRGINIBVS.

Triplex est ordo hominum: qui à Christiana religione probatur: Virginum, Coniugatorum, Cœlibum. Cap. primum.



VVM igitur de castitate dicere proposuerim, distinguendos quidem primum pudicorum ordines censui, quo petulantissimus incontinentium grex segregatus à bonis, paratior nobis fieret, in quem iustę increpationis tela iaceremus: deinde de pudicitia omnium ordinum gradatim perpetua oratione differendum. Vniuersam ergo fidelium multitudinem in treis ueluti classes partiti sumus, Virginum, Coniugatorum, Cœlibum, Quarum duæ à uoluptate ueneris abstinere prorsus debent: tertia uero ea ipsa uenere ita perfruitur: ut quum legitime, moderateq; id agat, citra libidinis crimen faciat. Quicunque autem extra hos ordines profana licentia procliues ad lasciuiam feruntur, hos libidinosos iure dicimus, & impudicos: qui nisi a peccato resipiscant suo, mox sunt cum impiis, & sceleratis impudicitiæ suæ pœnas daturi: puniendiq; apud inferos supplicio sempiterno, Huic autem triplici di- Cap. 14

stinctioni uidetur mystica illa Ezechielis prophetę uisio aptissime conuenire: qui in uniuersali orbis totius deuastatione, tres duntaxat uiros iustos ab ea calamitate liberandos audiuisse se memorat. Noe, Danielem, Iob. Quid enim præfigurat Noe, qui in corruptione uniuersæ carnis solus ab ea sorde mundus, & arca clausus, & ab uxore se continens euasit uniuersale naufragium, nisi cœlibum continentiam, quæ à uulgari seclusa consortio, & arca pudoris obtecta quamuis inter sæuientes tentationum procellas iactetur, & periculo proxima sit à carnis tamen naufragio diuina gratia præseruatur? Quid uero per Danielem, cuius mira abstinentia prædicatur; nisi uirgines designantur? qui, dum quæ mundi sunt, contemnunt, neglecta Babilone, id est carnali delectatione, altius ascendunt, q̃ qui graui carnalium uoluptatum mole deprimuntur. Et quid per Iob, nisi pudicorum coniugum uita monstratur? qui res suas egenis pie dispartientes, per uarios mundi, uitæq; tumultus, per læta, & tristia, id est per gratiarum actiones in prosperis, & patientiam in aduersis,
Matth. 13 iter sibi parant in cœlum. Idem docet etiam illa euangelica parabola seminis, ex quo in una eademq; terra, triplici uarietate centesimus scilicet, & sexagesimus, ac trigesimus oritur fructus. Trigesimus quidem refertur ad coniugatos: sexagesimus ad continentes: centesimus uero uirginitatis excellentiam numero ampliore designat. De hoc triplici genere (ut interpretatur Sedulius) innuisse uidetur Apostolus in priori epistola ad Corinthios, quum dicat Dei ædificatio estis: & fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Si quis autem super ædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides præ
1. cor. 3 ciosos, ligna fœnum stipulam, cuiusq; opus manifestũ erit. Per aurum autem intelligit pœnitentes, seu cœlibes: per argentum coniugatos: per lapides uero præ

cellosos uirginitatis præstantiam. E diuerso autem per ligna dicit significari uirginitatem sed fatuam, & imperfectam: per fœnum rationale connubium, per stipulam, fictam pœnitentiam, & mendacem cœlibatum. Huiusmodi etiam tripartitæ diuisionis figura in ea ipsa Noe arca multo expressius continetur: in qua accuratissime tristega dominus facienda mandauit. Hoc est tres descriptiones habitantium: infra scilicet; supra, & in medio. Infima siquidem habitatio thalamum indicat coniugatorum, media uero demonstrat continentium sedem: suprema autem, quæ propinqua magis cœlo est, uirginitatis solium præfigurat. Hæc est triplex sanè totius humanæ uitæ distinctio sancta, & approbata diuinitus: quam Christianum, & catholicum dogma, & omnis recte, honesteq; uiuendi disciplina ita præscribit, & numerat, ut citra hos tres ordines neget quenquam posse alia uia saluari, & placere Deo. Hic est ergo populus, qui saluatur, sed quia nō est par omnium præmium, nec idem in fide meritum, ideo pro diuersitate officiorum erunt & in cœlo diuersæ mansiones, secundum illud saluatoris nostri dicentis. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Verum quum nobis de his tribus ordinibus hominum latius disserendum sit, iam adiutore Deo de Virginibus primo dicere incipiamus.

1. Cor 3
Gene. 6
Ioan. 14

Qualis quantæq; præstantiæ sit castitas uirginalis. Cap. II.

MAgna est profecto pudicitia coniugatorum, quæ iuxta parabolam redemptoris trigesimum rependit fructum: maior uero cœlibum continentia, quæ sexagesimum: sed maxima omnium uirginitatis integritas, quæ reddit centesimum. Tenet hæc omnis pudicitiæ principatum: tantoq; præstat interuallo quanto sexaginta exuperant triginta: & quanto rursum excellunt sexaginta, & triginta centum.

Et enim hic in tantis concupiscentiæ stimulis uirginem perdurare, supra naturæ planè nostræ uires esse uidetur: et angelicum munus sanè potius quàm humanum: quoniam iuxta illud: Quæ non nubent, et qui
Luc.20 uxores non ducent, æquales sunt angelis Dei. Nam quod nunc angelorum duntaxat proprium est: erit tunc eis post resurrectionem commune cum hominibus. Quamobrem qui uirgines sunt, & continentes iam resurrectionis filii merito dici possunt: quum interim, quod futuri sint aliquando in cœlo, iam hic cæperint esse degentes in terris. Est ergo commune donum & angelorum, & hominum continentia: at qui id ēt in his supra angelorum uirtutem eminet, ut caro ipsa nescia carnis sit. Angelis nanque naturæ beneficio, non ullo suo studio, aut uirtute uirginitas inest: at hominibus nihil ferè auersum magis à natura corporis, quàm ista ipsa continentia uirginalis. Sed enim quicquid in ea re præstatur, id diuinæ magis gratiæ, quàm animi uirtuti, aut quàm hominis ingenio tribuendum est. Angelorum itaque uirginitas felicior sanè est: sed hominum fortior, atque etiam admirabilior. Satis ergo uel ex eo patet, quomodo homines fragili adhuc carne circundati ad angelicæ uitæ similitudinem propius accedant, & uirginitatis decore primam illam parentum nostrorum innocentiam representent: quam illi ipsi seruarunt, quandiu in terrestri paradiso sine peccato manserunt. Nullus enim ante ipsam eorum inobedientiam rei uenereæ locus fuit: sed post peccatum patefactus est huic concupiscentiæ, sicut reliquis appetitibus aditus: qua natura ipsa mortalitati hominum, quam induxerat tunc temporis peccatum, maris, & fœminæ commixtione succurreret: et mortale genus propagationis ope repararet. Quanto uero præstet corruptioni uirginitas, hinc uel maxime apparere potest: quòd uirgo illa sanctissima ex suis castis uisceribus nobis

peperit saluatorem Deum et hominem Iesum: quod quidem miraculum per tot sæcula nullus nobis corruptæ mulieris quantumuis sanctæ partus efficere unquã potuit. Ex quo factum est, ut contracta sordes illa peccati, quæ statim ab initio totum mundum ob præuaricationem corruptæ mulieris infecerat, ob partum intemeratæ uirginis tota detersa sit: et subinde omnis mundus à letali contagio liberatus. Non est ergo cur amplius accusetur uirginitas sterilitatis, et quasi inanis, et infructuosa damnetur: quum sola uirgo preciosissimo suæ inuiolatæ uirginitatis fructu, quicquid maligni fuerat, antea perpetratum ita admirabiliter correxerit: ut mortem in uitam, et culpam commutarit in gratiam. Hæc est Deipara uirgo Maria, quæ ex sua carne purissima nobis ædidit redemptorem: et quæ prima omnium uirginitatem suam domino consecrauit: ex quo meruit eius effici mater, cuius et sponsa: et eius genitrix esse, cuius et filia. Hinc primum constat defluxisse illud sanctum institutum uirginitatis despondendæ Deo: ut nunc fit: et inde et Deum sponsum, et sponsam uirginem dici cœptum. Non imus tamen inficias et Hierosolymis uirgines quondam fuisse ad ministerium tẽpli dicatas: sed nulla earum ante Deiparam uirginem inuenta est, quæ perpetuo in Dei sponsalia accersita diuinitus, seipsam Deo tam mente, quàm carne dicauerit. Virginitatem quidem et illæ seruabant, sed tunc cui seruarent nesciebant. At qui modo apud Christianos ob amorem Christi tam late patet uirginitatis decor, ut non tantum fœminis dignitas huius nominis tribuatur, sed etiam maribus. Vnde in Apocalypsi Ioannes. Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, uirgines enim sunt, et sequuntur agnum quocunque ierit. Christus sanè uirgo, et Maria uirgo in utroque sexu sanctæ uirginitatis mysteria consecrarunt. Verum dicat aliquis. Quid de nuptiis? nonne et Apoc. 14

sanctæ, & benedictæ sunt? & à Deo ab ipso rerum primordio consecratæ. Sanctas quidem atque honorificas & honestissimas esse nuptias, quis sanus neget? Sed nos modo ut Diuus Hieronymus ait, ita recipimus nuptias, ut tamen uirginitatem nuptiis præferamus. Iccirco recte facere dicimus, qui matrimonium pari, & uirginitatem impari numero conferant: ac tantum inuicem distare dicant, quantum par & impar inter se differunt. Constat autem numerum imparem longe perfectiorem esse pari: & iccirco ipsi Deo maxime cõuenire. Vnde ille, Numero Deus impare gaudet. Nã et nos Christiani Deum dicimus trinum, & unum, numero semper impari. Vnus enim in substantia est, tri-
Gen. 7 nus autem in personis. In arca quoque Noe de immundis animalibus bina & bina: de mundis uero septena, & septena seruasse memoratur. Ethnici etiam ipsi in suis superstitionibus obseruabant, ut diis suis manibus pari numero binas ubiq; aras dicarent, superis uero dispari semper numero ternas. Ob eam quoque rationem tres gratias dixere, et musas nouem. Recte igitur impari numero uirginalis status, & pari matrimonialis copula designatur. Porro uirginitas singularis semper manet: matrimonium autem non nisi duorum numero perficitur: sic enim scriptum est, Erunt duo
Gen. 1 in carnem unam. Apparet ergo sanctitas matrimonii, et si magna est, inferior tamen esse uirginitate, ac etiã cœlibatui posthabenda. Matrimonium siquidem terram replet, uirginitas paradisum: matrimonium terrena tantum sapit, uirginitas, ac cœlibatus etiam cœlestia. Nuptiæ etenim corpori duntaxat seruiunt, perstantq; tam diu, donec alterius morte solutæ unà cum cadaueribus efferantur. At qui sane uirginitas, et si integritate carnis uideatur potissimum constare, animi tamen sapit naturam, et commercio interioris hominis impensius delectatur: cum quo è terris

transcendens reiicit quicquid terrenum est, & cœlestia omni affectu, ac tota mente complectitur. Verum quia uirginitas uera proprie in anima est, ideo secuta animæ naturam, nequaquam extinguitur cum corpore: quinimmo tum maxime sentit uirtutem suã, quum relicto corpore, Christo sponso suo arctius copulatur: & absq; ullo amplius periculo, aut metu corruptionis indiuidua ei charitate coniungitur. Tunc enim perficitur illud cœleste connubium, & nuptiæ sempiternæ Dei, & animæ. Duplex quidem constat esse connubium, unum carnale scilicet, quod est legitima maris, fœminæq; coniunctio: alterum spirituale, uidelicet quum anima Christo Deo per carnis integritatem, superatis mundi turbinibus copulatur. Et idcirco uirgo Deo deuota dum in hoc sæculo degit sponsa Christi est: quum uero hinc exierit, & ad nuptias illas cœlestes ingressa fuerit, tunc merito coniuncta, deo coniunx appellabitur. Sponsalia nanque uirginum consummantur, ac perficiuntur in cœlis: quando anima uinculis carnis exuta suum tandem complexa dominum, in cœlesti thalamo ad sempiternum æuum fungendum consederit. Hanc autem præstantiam uirginitatis optime testatam apud posteros reliquit suo exemplo Helena Constantini imperatoris inclyta mater, & optima serua Iesu Christi: quæ, ut refert post Eusebium eius interpres Ruffinus, dum esset Ierosolymis ubi sanctam Christi crucem inuenit, uirgines quas ibi reperit Deo sacratas omnes inuitauit ad prandium, easq; in sponsi gloriam tanta ueneratione prosecuta est, ut indignum duxerit, si in eo conuiuio hæ alio uterentur seruitio, quàm suo. Quare suis ipsamet manibus uelut uilissima famula aquam infudit, cibum apposuit, poculum porrexit: quasi illæ cœlestes reginæ, ipsa terrestris: tantoque eis inferior, quanto terrena cœlestibus.

sanctæ, & benedictæ sunt: & à Deo ab ipso rerum primordio consecratæ. Sanctas quidem atque honorificas & honestissimas esse nuptias, quis sanus neget? Sed nos modo ut Diuus Hieronymus ait, ita recipimus nuptias, ut tamen uirginitatem nuptiis præferamus. Iccirco recte facere dicimus, qui matrimonium pari, & uirginitatem impari numero conferant: ac tantum inuicem distare dicant, quantum par & impar inter se differunt. Constat autem numerum imparem longe perfectiorem esse pari: & iccirco ipsi Deo maxime cõuenire. Vnde ille. Numero Deus impare gaudet. Nã et nos Christiani Deum dicimus trinum, & unum, numero semper impari. Vnus enim in substantia est, trinus autem in personis. In arca quoque Noe de immundis animalibus bina & bina: de mundis uero septena, & septena seruasse memoratur. Ethnici etiam ipsi in suis superstitionibus obseruabant, ut diis suis manibus pari numero binas ubiq; aras dicarent, superis uero dispari semper numero ternas. Ob eam quoque rationem tres gratias dixere, et musas nouem. Recte igitur impari numero uirginalis status, & pari matrimonialis copula designatur. Porro uirginitas singularis semper manet: matrimonium autem non nisi duorum numero perficitur: sic enim scriptum est. Erunt duo in carnem unam. Apparet ergo sanctitas matrimonii, et si magna est, inferior tamen esse uirginitate, ac etiã cœlibatui posthabenda. Matrimonium siquidem terram replet, uirginitas paradisum: matrimonium terrena tantum sapit, uirginitas, ac cœlibatus etiam cœlestia. Nuptiæ etenim corpori duntaxat seruiunt, perstantq; tam diu, donec alterius morte solutæ unà cum cadaueribus efferantur. At qui sane uirginitas, et si integritate carnis uideatur potissimum constare, animi tamen sapit naturam, et commercio interioris hominis impensius delectatur: cum quo è terris

Gen. 7

Gen. 1

transcendens reiicit quicquid terrenum est, & cœlestia omni affectu, ac tota mente complectitur. Verum quia uirginitas uera proprie in anima est, ideo secuta animæ naturam, nequaquam extinguitur cum corpore: quinimmo tum maxime sentit uirtutem suã, quum relicto corpore, Christo sponso suo arctius copulatur: & absq; ullo amplius periculo, aut metu corruptionis indiuidua ei charitate coniungitur. Tunc enim perficitur illud cœleste connubium, & nuptiæ sempiternæ Dei, & animæ. Duplex quidem constat esse connubium, unum carnale scilicet, quod est legitima maris, fœminæq; coniunctio: alterum spirituale, uidelicet quum anima Christo Deo per carnis integritatem, superatis mundi turbinibus copulatur. Et iccirco uirgo Deo deuota dum in hoc sæculo degit sponsa Christi est: quum uero hinc exierit, & ad nuptias illas cœlestes ingressa fuerit, tunc merito coniuncta, deo coniunx appellabitur. Sponsalia nanque uirginum consummantur, ac perficiuntur in cœlis: quando anima uinculis carnis exuta suum tandem complexa dominum, in cœlesti thalamo ad sempiternum æuum fungendum consederit. Hanc autem præstantiam uirginitatis optime testatam apud posteros reliquit suo exemplo Helena Constantini imperatoris inclyta mater, & optima serua Iesu Christi: quæ, ut refert post Eusebium eius interpres Ruffinus, dum esset Ierosolymis ubi sanctam Christi crucem inuenit, uirgines quas ibi reperit Deo sacratas omnes inuitauit ad prandium, easq; in sponsi gloriam tanta ueneratione prosecuta est, ut indignum duxerit, si in eo conuiuio hæ alio uterentur seruitio, quàm suo. Quare suis ipsamet manibus uelut uilissima famula aquam infudit, cibum apposuit, poculum porrexit quasi illæ cœlestes reginæ, ipsa terrestris: tantoque eis inferior, quanto terrena cœlestibus.

Sed non est propterea ꝙ damnet quis ullo pacto con-
nubium, ꝙ inferiori gradu uirginitati succedat: quum
Deus ipse et dominus Iesus non nisi ex coniugata uir-
gine uoluerit nasci: et in suo ortu ita uirginitatem eli-
gere, ut nuptiis nullo pacto quicquam uideretur detra
here uoluisse. Idem ferme innuitur, ꝙ ille quoq; nu-
Ioan. 2 ptiis interesse uoluerit: ubi deficiente uino, ex aqua uinũ
fecit, multo laudabilius priore. Per uinum quidem
quod in nuptiis defecit, designatur uoluptas matrimo
nii, quæ cito consumitur: per aquam uero illo priore
uino meliorem effectam, intelligitur continentia casti-
tatis multo præstantior matrimonio, quod deficienti
uino diximus comparari. In principio enim bonum
fuit matrimonium, quod per uinum figuratur: at in fine
melior uirginitas, quā per aquam uinum factam aptis-
sime interpretari ualemus. Non est ergo ꝙ quisquam
audeat improbare, quod dominus ipse tam officiose
probauit: neque dubitare utri plus detulerit uirginitati,
an matrimonio, quum nobis ex matris electione, et
ex discipuli dilectione, et ex propriæ uirginitatis obser-
uatione, apertum uerum apertissimis argumentis ostē
derit. Iccirco hanc ille in semetipso seruauit sanctissi-
me, in matre elegit singularissime in Ioanne dilexit
ardentissime, et nunc in cunctis approbat uehemen-
tissime.

Quid sit, ꝙ quum tantæ præstantiæ sit uirginitas,
nemini præcipiatur. Cap. III.

NOn est autem ꝙ quisquam admiretur, aut an-
xius quærat, quid est ꝙ quum tantæ præstan-
tiæ sit uirginitas, nullibi tamen legatur ex præ-
cepto legis à Deo cuiquam indici, nisi uouenti. Id sa-
nè contigit, ꝙ perfectorum est, et per paucorum ho-
Matth. 19 minum seruare castitatem: atque propterea uoti eam
tantum esse uoluit, non præcepti. Quocirca Phari-
sæis dicentibus domino, Non ergo expedit nubere?

ita respondit. Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Et protinus addidit. Qui potest capere, capiat. Ex quibus plane uerbis apparet: alios esse idoneos ad continentiã, alios aptiores ad nuptias: neutros tamen spernendos esse, & si sint Deo uirgines gratiores. Agat autem pro ingenio quisq; suo: & eligat de duobus, quod sibi nouerit expedire: utrum uis agat, non peccat: modo in domino faciat. Deesse sane non potest sæculis omnibus, & qui ultro uirginitatem, & qui nuptias libentius amplectantur. Excusationem quidem, & ueniam obtinent coniugati: at uirgines & continentes laudem etiam merentur, & premiũ.
Habet autem (ut Apostolus dicit) unusquisque proprium donum à Deo: alius quidem sic: alius uero sic. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem dominus: qui operatur omnia in omnibus. Idem alibi. Si nupserit, inquit, uirgo non peccauit. Item. Qui uirginem suam non iungit matrimonio melius facit. 1.Cor.7
Et rursus De uirginibus, ait, præceptum domini non habeo, consilium autem do. Ex consilio igitur Apostoli manifestissime patere uidemus, uirginitatem esse omnino matrimonio potiorem: quum hanc ipsam tantopere nobis commendet ex animo. Multa quidem alia de hac ipsa uirginitate dici digne possent, sed pro merito qui de eius laudibus dicere satis possit, nemo est: quum non sit sanè neque humani oris, neque mortalis ingenii eas pro dignitate referre. Non enim est hæc naturæ conclusa terminis: sed summi Dei gratia è cœlo data diuinitus: quippe quæ cœlitibus ipsis tantummodo est peculiaris, & propria. Verum quum de hac ipsa re multi sanctissimi, atque doctissimi uiri, tam græci, quàm latini, copiose, ornareq; scripserint: post horum præclara monumenta, quid loci reliquum his in eruditis nostris sermunculis possit esse, non uideo. Quare hæc modo, etsi non pro re, saltem pro

1.Cor.7 (beside "Habet autem"); 1.Cor.12 (beside "Diuisiones gratiarum"); 1.Cor.7 (beside "Et rursus"/"stoli manifestissime")

tempore satis sint: neque quis hic à me de laudibus uirginitatis præterea esse quærendum putet.

Adhortatio ad sanctas uirgines, ut cognoscant dignitatem suam, & perstent in proposito uirginitatis, & uoto continentiæ. Cap. IIII.

AD uos modo nobilissimæ uirgines me conuertam, quæ & mundum, & omnes illecebras uoluptatum cõtempsistis pro Christo, cuius filiæ, & sponsæ estis: perstate quæso in proposito, nec alium sponsum cogitate, q̃ hunc ipsum Iesum, qui cum dies, ac noctes mente, & animo in cœlis uersandum est, ubi ad dexteram Dei sedet: qui licet sese præbeat cunctis amandum, nulli tamen hæret arctius, q̃ dicatis sibi destinatisq; uirginibus. Quam ob rem non est ꝙ præter eũ, quenquam, aut quicquam uobis proponatis habendũ quum hic unus omnia factus sit uobis: dominus uidelicet pater; frater; & sponsus. Quid est quod desyderetis amplius? Maritalis thalamus uester est cœlum: mundus muliebris, diuina contemplatio, nuptiale donum, paradisi regnum. Hic erunt uobis perpetuæ, electissimæq; delitiæ: nuptiæ dignitatis, fœlicitatisq; plenissimæ: sponsus assiduus, & gaudia sponsaliorũ sempiterna. Non autem extimescenda hic uobis erit timescentis uteri grauitas, aut partus angustiæ, uel molesta liberorum educatio, seu mordax sterilitatis fastidium, siue diuturnus uiduitatis mœror, uel pupillorum grauis sarcina, aut ulla deniq; pellicis uana, ac furiosa suspitio. O uos ergo fœlices. Quanto sane dignior, atq; fœlicior censenda est fœcunditas huiusce uestri spiritualis propositi, q̃ terrenarum fertilitas nuptiarum: quantoq; præstantius esse dignoscitur, nitescere mente, q̃ turgescere uentre: & corde senescere, q̃ hubere lactescere: atq; ex mundis uisceribus non in doloribus terram parere sed cœlum meditationibus, & contemplationibus parturire. Sed quid opus hic agere pluribus? Nun

quid parum dignitatis esse uidetur: aut parua ratio ad amplexandam charius uirginitatem? qp uos diuina scriptura ubiq; Christi sponsas appellet? atq; in reuerentiã tanti sponsi (si dicere licet) uti deas cœlestes adorat? Cant.3
Quàm uero pulcher, q̃q; amabilis uideri debeat nitor ille uirgineus, qui non solum in animo uirginis, sed & in uultu, & in oculis, & in omni habitu corporis lucet, elegantissime per expressissimã similitudinem effinxit his uersibus egregius poeta Catullus.

Vt flos in septis secretus nascitur hortis
Ignotus pecori, nullis contusus aratris,
Quem mulcent auræ firmat sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauera puellæ.
Sic uirgo dum in tacta manet, dum chara suis: sed
Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.

Diuus quoque Martinus pulcherrima & ipse comparatione, quid inter uirgines, uxoresq; atq; corruptas intersit, præclare suis discipulis inter eundum, ad oculum suo sic digito monstrauit. Refert enim Serenus Sulpitius uitæ eius elegantissimus scriptor, hunc, quũ aliquando per à mœna prata lõge, lateq; patentia pertransiret: in quibus forte alibi errabant boues, alibi sues terrã de more rostro uertebãt: pars uero alia extabat tota à mœnissima, quæ quum nulli iniuriæ esse tobnoxia, mira florum uarietate nitebat: atque tunc pro tempore uernans suauissimo odore fragrabat. Refert in quam hunc in prato medio constitisse, & conuersum ad suos, qui eum disciplinæ gratia sectabantur, dixisse. Respicite filii, & intelligite quid de uirginum, coniugatorumve præstantia sit censendum. Hæc pars quam pecus depascit, speciem nobis connubii exhibet: quæ et si non amisit ex eo prorsus gratiam, atq; herbescentem uiriditatem, decus tamen ita perdidit, ut pristinam illam florum dignitatem, qua nuper tantũ placuit, nequaquam retineat amplius.

Illa uero, quam sues sic subuertunt, inamoena, & sordida, foedam fornicationis imaginem reddit. At illa integra & intacta portio, quam cernitis uernantem floribus, & suaue olentem, & quæ nullam pedum sensit iniuriam, & quæ tanta flosculorum diuersitate prædita contemplantium animos mira uarietate delectat, pulchritudinem, & gratiam uirginitatis ostendit. Beata species, & Deo digna: cui nihil potest merito comparari. Quantum errant ergo hi, qui coniugio fornicationem, & uirginitati nuptias æquandas censent, miseri, iniqui, ac stulti iudices. Verum hæc à sapientibus tenenda distinctio est: ut uirginitas spectet ad gloriam, coniugium concedatur ad ueniam, fornicatio imputetur ad culpam. Hæc beatus Martinus scite admodum, atque præclare: nos pergamus ad reliqua.

Quanta constantia pleræque puellæ uirginitatis propositum tenuerunt. Cap. V.

GRandis profecto constantia est: & eximia, atque admirabilis abdicatio: totum scilicet in holocaustum offerre sese Deo. Alii uitulos, aut arietes, domos, agros, aurum, argentumve, aut alia eiusmodi extranea uota in templis offerunt: at uirgo sacra semetipsam deuouet. Et hoc est uotum Nazaræi, quod est super omne uotum insignius, id est uouere
Iud. 17 seipsum ut de Christo dictum est, quoniam Nazareus uocabitur. Anna quidem uouit Deo fructum
Matth. 11 uentris sui, & ei Samuelem filium consecrauit, at uero semetipsum consecrare longe perfectius est: et cunctis uotis, oblationibus, hostiisq; præstantius. Quod
1. Reg. 1 qui facit, imitator sane Christi est, qui obtulit semetipsum pro nobis. O uera, & digna hostia, Deoq; gratissima: quam qui sic offert dicere merito potest: (quicunque sit ille) Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. Talis enim uirgo à domino requiritur, quæ solummodo cogitet quæ sui domini sunt:

ut sit sancta & corpore, & spiritu. Sanctum nanque dicitur quicquid Deo solenniter consecratur, & quod ad pro- 1.Cor.7
fanos usus nunquam est amplius reuocandum. Quid autem dici, aut excogitari potuit mirabilius, atque praestantius, quam quod pro consecranda uirginitate sua Deo, olim Magarita illa Ægyptiaca fecisse perhibetur? quae desponsata iam, atque deducta domum primo statim uesperi clanculum sese de thalamo uiri proripiens, dissimulato sexu (quum euadere aliter tuto nō posset) monasterium uirorum ingressa est: & ibi sub Pelagii nomine in maxima sanctitate tam diu delituit, quousque persuncta huius uitae laboribus, adiit coelestes nuptias pro terrenis, quas contempserat. Idem castissimus ardor effecit, ut Euphrosina Alexandrina eadem dissimulatione, domum, patriam, parentesque; desereret: ne cui à parentibus pacta fuerat iuueni nobilissimo traderetur. Nam & ipsa inter monachos per multa discrimina inuiolatam sponso suo Christo uirginitatem seruauit: ac inter eos sic latuit, ut non prius cognita fuit esse foemina, quàm defuncta. Vixit & Eugenia casta, uerecunda, & in corrupta in coenobio monachorum: occulta autem quatenus licuit. Verum quū falso mas ab omnibus haberetur, & à quadam Melantia matrona nobili perdite adamaretur: atque nec uellet, nec posset insano illius amori satisfacere, insimulatur interim apud abbatem, quod suae esset aliquando pudicitiae insidiata: quocirca in maximum discrimen adducta, dum calumniam sibi obiectam refellere honestius alia ratione non posset, exerto paulo laxius pectore, muliebres mammas, quo decuit pudore, detexit: atque quū primum cognita fuit foemina esse, abiit illico ad coenobium foeminarum. Idem pene & Marina passa est: maluit haec tamen obiici sibi crimen, atque haberi pallàm adulterum, ac quid uis suppliciorum, atque infamiae perpeti, quam quod esset mulier cuiquam aliquādo inuita sua

aperire. Laudanda uero sunt potius, q̃ imitanda à mulieribus eiusmodi experiundæ continentię exempla. Lubrica sane est, & periculosa omnino talis conuersatio, nec ullo pacto probanda. Quo circa legitur beatum Martinum sanctitatis cuiusdam uirginis fama per tractũ inuisere eam aliquando statuisse: illam autem renuisse, precatam tantum, ut ille pro se dominum oraret: ac ne miraretur de hoc, quoniam à uiro nunquam fuerat antea uisitata. Commendauit uir Dei Martinus prudentiam uirginis: & ꝙ tantopere uirorum conspectum formidaret, uehementer probauit. Hanc profecto tutius imitari uirgines possunt, q̃ eas quas proxime memorauimus, quum nullibi desint uirginum monasteria, quo sese tutò recipiant, sicut olim, quũ ista cõtigerant, nunquam enim conspectui uirorum tutò sese uirgo committit. Hinc est, etiam ꝙ Gentiles Bonam deam ferant fuisse castissimam, quippe quæ nunquam fuerit egressa domo, neque uirum uiderit, dum uixit, ullum. Et iccirco ab eius sacris Romæ usque adeo mares arceri solitum, ut & picturæ masculorum tegerentur: ne forte muliebris animus inter sacrificandum ex eiusmodi inspectione impudicis desyderiis fœdaretur. Necesse est enim ubi diuersi sexus species interuenit, ibidem turpium cogitationum æstus ebullire: qui ex flammis oculorum solet ardentissime concitari. Verum quid refert alias innumerabiles penè uirgines ex nostris christianis hic copiosius recensere? quæ non solum uirginitatem nuptiis prætulerunt, sed etiam uitæ: malentes se durissimis quibusq; tormentis affici, ac immaniter necari, quàm mollissimis blandiciis allectæ fœde, uoluptuoseq; uiuere. Quisnam ignorat quantæ constantiæ fuerit uirgo illa generosissima Thecla? quæ iam à parentibus desponsa iuueni nobilissimo, ad Pauli apostoli uerbum, repudiato connubio, tam constanter uirginitatem do-

mino consecrauit, ut nullis postea minis, aut tormentis potuerit à tali unquam proposito separari: at qui naturam etiam bestiarum uirginitatis suæ ueneratione ita mutauit, ut quæ ferocissimæ ad se deuorandam uenerant, blanditæ uirgineo pudori, mansuetæ innoxiæq; recederent. Nihilo minori animo fuit Iphigenia Ægippi Æthiopum regis filia, quæ à Mattheo apostolo in fide Christi erudita Hirtacum paterni regni successorem in maritum accipere denegauit, regi nuptura cœlesti. Mirabilius quoque fuit, quod excogitauit Andragasina uirgo integerrima, ne adolescenti nobilissimo à parentibus desponderetur inuita. Impetrauit nanque assidua oratione à domino, ut turpi deformaretur scabie, quatenus ex eo suæ sibi uirginitatis pulchritudo constaret: quod etiam factum est. Nam sponsus, cui pacta fuerat, lue cognita, horrorem morbi pertæsus, eam ultro repudiauit: & sicut erat, intactam dimisit. Quæ postmodum mox, ubi sacrarum uirginum fuit ascripta consortio, pristinum recuperauit nitorem: unde palàm factum est, ideo leprosam factam esse ex sana, ne (quod longe turpius lepra putarat) corrupta efficeretur ex uirgine. Hic in hoc genere uirtutis non erit forte ab re alterius quoq; uirginis insigne factum referre, quod beatus Ambrosius euenisse suis temporibus scribit: ut cognoscant uirgines præstantiam suam, qualemq; sponsum sibi acquirant, quum repudiato carnali coniugio integritatem uirginitatis suæ Christo desponderint. Narrat is puellàm quandam genere nobilem, sed multo nobiliorem uirtute, dum acrius urgeretur à parentibus ut nuberet, & ferre uim eorum ultra non posset, profugisse tandem ad sacrum altare, quod erat in templo proximo, indeq; ad parentes conuersam, ex ea ara, tanquam ex suggesto constanti animo sic locutam.
Quid agitis parentes, atque propinqui mei, qui me

modo tam importune de nuptiis solicitare non desistitis? iamdudum prouisas habeo nuptias multo sane digniores, atque honestiores, q̃ quæ à uobis modo mihi me inuita parantur. Sponsum uos egregiũ mihi proponitis, alium egomet reperi meliorem: quaslibet recensete diuitias, quãlibet iactate nobilitatem, quantã libet prædicate potentiam, à me ipsa mihi longe melius consultum q̃ à uobis fuit. Sponsus sane mihi is est, ut nullus tam excellens possit usquam reperiri, quin longe inferior illo in omni uirtutum genere non inueniatur. Est enim ita pulcher, ut sol, & luna pulchritudinem illius admirentur: ita diues, ut eius sit uniuersus orbis, & omnia quæ in eo sunt: ita potens, ut eius imperio cuncta subsistant, nutuq; regantur: ita genere nobilis, ut Dei ipsius sit filius. Si talem habetis conferte huic eum, non recuso optionem facere melioris: sin autem nondum talem reperistis, facessite quæso hinc, & desinite mihi esse molesti: non enim prouidetis mihi, sed inuidetis. Disce optimi Dei sponsa disce ab hac puella, qualem iactare sponsum possis: quum sis ei desponsata, cui uel præferri, uel conferri in ullo fœlicitatis genere possit nemo. Prætereram penè imprudens præclarum Ptolomaidarũ facinus, quod olim unà omnes pro tuenda uirginitate sunt ausæ. Quo enim tempore capta fuit Ptolomais à Saracenis, uirgines, quæ tunc forte in cœnobio D. Claræ manebant, consilio inter se inito, quo nec seipsas interimerent, (quod fas sibi esse non putabant) nec uiolarentur ab hostibus (quod multo peius morte ducebant) ipsæ pia crudelitate inter se per uices uulnerant: ut mutilatis naribus, & truncis auribus, cruenta facie, in conspectu hostium abominabiles apparerent. Quod facinus non horrori magis, q̃ indignationi barbaris fuit: quare perciti furore, quas contrectare præ horrore uoluptuose non ualuerunt, ferro crudeliter sunt aggressi, atque

pudore sic seruato, ad unã omnes (ut ipsæ optauerant, & piis exposcerant præcibus) gladio obtruncarunt. Longum esset, ac penè infinitum singulas recensere, quę spretis nuptiis unà cum corporis salute, de mundo, & de carne sua gloriosissime triumpharunt, martyrium cum uirginitate nectentes. Quis ignorat qua constantia Agnes? quo robore animi Apollonia? qua fiducia Iustina? qua fortitudine Lucia? qua uirtute Catherina? qua alacritate Vrsula cum suis sodalibus? qua deniq; fide, & quo animo innumeræ penè aliæ regum iussa, & illustrium quoruncunq; uirorum nuptias spernentes immanissima tormentorum genera, pro amore Christi, & pro tuenda uirginitate cõstantissime pertulerunt? Sed non sunt ullo pacto Laudicenses uirgines hoc loco silentio prætereundæ: quum non fuerit eis seruata tantummodo pudicitia amissa uita, ut ptolomaidis: sed fuit cum ipsa etiam uita inter hostes seruata uirginitas. Hæ nanque quum Laudicea ciuitas uastaretur ab hostibus, & nusquam pateret uictis, atque obsessis perfugium, seruandi pudoris gratia, partim in propinquũ fluentem sese proiiciunt: partim in stercorarias latrinas desiliunt: suffocari aquis, aut fœtore necari multo satius ducentes, q̃ thesaurum uirginitatis amittere. Vetitum tamen utrunq; est: seruatus nanq; eis fuit & pudor, & uita diuinitus, quum nulla ex tam magno numero (erant enim multæ) & in tanta, & tam uniuersali clade, aut mortem corporis, aut detrimentum suæ integritatis incurrerit. Quin etiam quædam, quum semel repta fuisset, ab undis, & ne corrũperetur, rursum è naui prosiliisset in fluuium, exorto statim maximo impetu fluminis, nefarii illi milites qui uim intentabant, unà omnes cum naui submersi sunt: uirgo uero secundo flumine, ueluti auis supernatans in proximam ripam tuto appulit. Eodem fermè ausu, sed exitu dispari, superioribus annis Patauii usa est puella agrestis: quæ, quum Ma-

ximilianus Cæsar totam ferme uenetiam excursioni-bus deuastaret, omnesq; ex eo undique de agris in-tra mœnia confluerent, urbem ingressa, & à propin-quis (ut fit in eiusmodi fuga) deperdita, dum ignara locorum flens, & errans trepide omnia circum lu-strat, in manus forte incidit militum Venetorum, qui præsidio urbis stabant: à quibus tracta est in proxima contubernia, ut ibi ludibrio haberetur eius pudicitia: sed nescio quo fato prosiliit misera puella domo: & recta ad portam, qua paulo ante ingressa fuerat festina procurrit, putans se fore inter hostes atque in agris, & ubiq; locorum, q̃ intra urbis mœnia tutiorem. Inse-quuntur incesti illi, ac impii prædones: fugit exterrita puella more trepidæ & imbellis damæ, quæ à canibus acta fugam rapit in nemora, & saltus: & ubi aliter eua-dere non sperat, de prærupta quapiam saxi crepidine sese præcipitat, malens subito casu conteri, q̃ compre-hensa ludibrio esse rabidis molossis. Haud secus in-fœlix illa, ubi effugium nullum uidet, de ponte cor-uo, ubi forte aderat, in adiacentem fluuium sese de-mittit: & dum propositi tenax ab illis adiuuari recu-sat, & hastas renuit, quas illi porrigebant, aquis tan-dem suffocatur: inuentaq; paulopost, in proxima ripa sepeditur: haud digna meo quidem iudicio quæ ibi sepediretur. Verum tamen certum est, q̄ sicut nihil prodest impiis celebris, uel speciosa sepultura, ita ni-hil obest iustis uilis, aut nulla.

De seruanda pudicitia per exempla gen-tilium. Cap. VI.

QVid mirum hæc esse facta à Christianis uirgi-nibus, quæ Christum norant? quum plærisq; etiam gentilibus solo integritatis amore tantæ curæ uirginitatem, tantoq; odio corruptionem fuisse

legamus, ut earum multæ quum eam fæditatem aliter propulsare à se honestius non possent, uoluntaria morte repulerint? Legitur enim ex quinquaginta Lacedæmoniorum uirginibus quæ ad Messenios de more gétis sacrorum causa missæ fuerant, ab hospitibus de stupro tentatis, nullam repertam fuisse, quæ aliqua arte allici, ad consentiendum potuerit: sed omnes unanimes quum sibi uim parari cernerent, pro tuenda castitate mortem sibi ipsis consciuisse: eligentes potius extra patriá apud externos mori, q̃ sic corruptas ad suos in patriam incolumes proficisci. Quo digno præconio celebrabitur captiuæ illius Thebanæ uirginis constantia? cuius coniugium quum Nicanor rex eximia illius forma captus ardentissime expeteret, nunquam potuit impetrare, & si captis Thebis factaq; iam serua id maxime optare debuisset. Sensit pudica mens longe præstare uirginem esse, q̃ reginam. Eam itaq; cupidus amator, non nisi extinctam tenuit: propriis námque sese manibus interremit. Neque minori certe studio Milesiæ quondam uirgines didicerant seruare uirginitatem: quæ ex impetu Gallorum cuncta uastantiũ, imminentem sibi turpitudinem, uoluntaria morte fugerunt. Pari proposito Monima & ipsa Milesia, quũ à Mithridate rege Ponti uehementissime exposceretur in coniugem, aspernata tanti regis thalamũ, nomenq;, & honores regios, dum ad illum inuita traheretur, perinde ac si duceretur ad stuprum, sibi ipsi mortem consciuit. Scedasi quoque filiæ uirgines quanti & ipsæ pudicitiæ decus fecissent subsecuta nece monstrarunt. Nam quum ab hospitibus, quos temere, ac imprudenter hospitio suscepissent, uis sibi illata fuisset, noluerunt post amissam pudicitiam super uiuere, & si honeste potuissent: abfuit enim dedecus, unde abfuerat peccandi uoluntas: mutuis nanq; uulneribus cõfossæ unanimiter conciderunt. Fortius, atque etiam generosius Theba-

in sinu adolescentis molliter teneri amissa pudicitia: multo chariorem sibi fuisse pudorem declarans, q̃ uitam. Quid Phædonis filias memorem? quæ adiudicato patre ad mortem, quasi tyrannidem affectasset, ne quid & ipsæ in se grauius, & hostilius, q̃ sui pudoris candor exposceret, populi furentis impetu pati cogerentur, complexæ inuicem in puteum sese præcipitarunt? Quid & per multas alias gentiles referam? quas recensere longum est, & fortasse superfluum. Ignorauerunt hæ quidem omnes uotum illud, ac sacrosanctum fœdus connubii spiritualis, nec uirginitatis suæ sponsum Christum nouerant, nec ullis erant astrictæ uotis continentiæ: attamen tanto studio integritatem pudoris adamarunt: ut nullo ingenio, aut ui expugnari potuerint, ut uirginitatem licitò alioqui matrimonio commutarent. Quare uel ex hoc dignæ profectò uidentur fuisse, ut agnoscerent Christum ueræ sponsum uirginitatis: cui uel sic ignaræ sese tanto studio, atque affectu dicauerant. Hæc habui nobilissimæ uirgines, quæ ex uariis excerpta auctoribus, uobis pro pudicitiæ norma proponerem: ethnica etiam exempla adiicere minime ueritus, quo scilicet apertius cognoscat Christiana uirgo, qua sit animaduersione plectēda, quæ uirginitatem suam tam solenni ritu Christo Deo desponsatam, ultro corrumpendam nefariis stupratoribus dedat: atque simul intelligat quanti sibi faciendus sit uirginitatis thesaurus, qui etiam gentilibus tanti fuerat, ut eum uita ipsa multo existimauerint chariorem. Ah quanto optabilior gratiorq; uideri debet is thesaurus uirginibus Christianis: quæ modo in eo seruando, non quidem, ut olim illæ, uitam amittunt, sed inueniunt. Verum quanto nunc facilius, atq; fœlicius seruare possunt uirginitatem, quæ uolunt: tanto grauius puniendæ sunt professæ, quæ negligunt. Olim & enim sanctæ uirgines ui à lenonibus trahebantur ad lupanar,

nunc aũt contra muris & claustris quasi ui custodiuntur, ne corruptoribus pateant, Vide quanta diuersitas tem porum, & morũ: tunc illis nõ licebat arbitratu suo caste degere, nunc uero nostris non licet ex sua libidine impudice quicquam facere.

Quam dignis, & magnificis titulis decorentur in sacris literis uelatæ uirgines Christi. Cap. VII.

EIa modo prudentes uirgines quæ assiduo certamine sexum acriter oppugnatis, & mundum deseruistis propter Christum perstate uigiles, & lãpades uestras oleo concinnate largissime, opperientes aduentantem iamiam sponsum qui cum unà ingressuræ estis ad nuptias, is blandis uos promissis, & dul-
Cant.2 cibus his uerbis inuitat. Veni, inquit, sponsa mea, ueni speciosa mea, ueni columba mea, Accipe coronam,
Apoc.3 quam tibi præparaui. Ecce uenio cito, nemo accipiat coronam tuam. Quæ nam est hæc corona quæso, quã auferri uetat, nisi tua ipsa uirginitas? quæ te domini co-
Esa.62 ronam esse facit, de qua legitur. Et eris corona gloriæ in manu domini. Quum itaq; corona domini dicaris propter decus, & sublimitatem uirginitatis, caue neqd committas indignum, aut indecens capite saluatoris. Præterea scriptum est de te in sacris literis. Hortus con-
Cant.4 clusus soror mea sponsa, custodi ergo fructus tuos, nõ exurgant in eo spinæ, aut tribuli, sed uuæ florentes emittant odorem suum. Non irrumpant latrunculi, qui destruant sepem pudoris tui, & surripiant delitias fructuũ tuorum horto conclusas. Diceris quoq; fons signatus,
Cant 4 nemo ergo conturbet aquam cisternæ tuæ, ut ualeas pulchritudinem tuam, & decorem tuum in uitrea claritate fontis huius assidue speculari. Puteus etiam nun-
Ibidem cuparis aquæ uiuæ: caue ne uiui latices conuertantur in fætentes lacunas, et puteus gelidus in stagna coquentia

phlegetontis inferni. Vocaris insuper paradisus: uide quæso ne sit in ea arbor letalis, et dolosa, de qua anti- qui serpentis te calliditas astuta decipiat: ut gustata inde uetiti mali dulcedine, similis Euæ pereas, atque incurras simul cum illa maledictionem, ut & tu in doloribus pa- rias. Cæterum quum super omnia appelliteris sponsa domini dilecta: prouideas diligenter, ne quando tua culpa, à quo tantopere diligeris, repudiata, turpius con- fundaris. Item quum & columbæ candidissimæ assi- mileris: caue ne nigerrimum transformeris in coruũ. Et quando etiam porta domini clausa diceris: prospice ne quis aperiat, ne quis irrumpat, præter dominum, pe- nes quem clauis illa Dauidica manet: qua aperit, et ne- mo claudit, claudit, & nemo aperit. Tu denique dum uir go es, dum intacta manes: tota pulchra es, tota speciosa tota formosa: caue propterea, ne quid sit tibi in oculis petulans, in ore procax, in gestu pudendũ: sed ipse oris habitus, atque motus, incessusque, atque totius corporis spe cies simulachrum sit mentis, ac figura interioris pulchri tudinis: quæ neque exteriori cultu, neque adulterinis colori bus indiget. Hoc faciens tu quidem ex altaberis cum angelis in cœlũ: si uero contra feceris (quod Deus auer tat) extrusa de numero prudẽtum demergeris cum dæ- monibus in abyssum sempiternam: & quãto sublimior fuerit ascensus tuus antea ad cœlum, tanto perniciosior postea lapsus tuus erit ad inferos. Hæc ad honestas, & sanctas uirgines in præsenti dicta sufficiant: restat dein- ceps in incestuosas, ac repudiatas à Christo adulteras stilum uertere: ut pro integritate pudoris, quæ semel p- dita reparari ultra nequit, integritatem mentis reddant: quæ per pœnitentiam, & effusionem lachrymarum fa- cile restituitur.

Ibidem

Cant. 2

Ezech. 44

Apoch. 3.

In incestuosas uestales: qua pœna afficerentur, quum post professionem uirginitatis redderentur incestæ. Cap. VIII.

SIc ut ergo summo honore dignæ sunt, ac maxime laudandæ honestæ, ac pudicæ uirgines, quæ ob Christi amorem nuptiarum solatia contempserunt: sic contra seuerissime puniendæ, quæ uiolata fide sponsionis, et deposito pudore fœdis libidinibus inhiant. Atque quanto magis lætandum, gratulandumq; est illis, quæ carnem, mundum, et diabolum superarunt: tanto contra grauius dolendũ sup his, quas fœda, ac sacrilega libido prostrauit. Proh dolor q̃ peruersa mutatio, eam scilicet uirginem, quæ nuper uocitabatur domini templum, & habitaculum spiritus sancti, flosq; & lilium & eiusmodi dignis admodum nominibus (ut nuper dicebam) mox factam esse sentinam omnium immundiciarum, abyssum peccatorum, atram fuliginem inferni, stipulam aridam, spinam leta
Hiere.3 lem: & de uirgine sacra impudicissimum scortum: de sponsa Christi, repudiatam adulteram, nuper, dum incorrupta mansit, sanctis angelis, modo corruptam reprobis spiritibus comparandam: quippe quæ ceu quondam Sathanas ab angelica celsitudine in profundum deciderit inferorũ: ut iam non sponsa domini, sed dæmonis concubina merito sit dicenda, tanto deterior effecta meretricibus corrupta, quanto antea præstabat meretricibus uirgo. Leua in directum oculos tuos (inquit propheta) & uide ubi prostrata sis, & q̃ uilis facta nimis iterans uias tuas. Quid enim est aliud abnegare uirginitatis sponsionem? q̃ mentiri Deo patri? repudiare Dei filium? reiicere à se spiritum sanctum? ac deniq; consecratum Christo templum fœdo cultu demonum profanare, & in lupanar conuertere. Legimus antiquos Romanos licet falsa superstitione temerantur, suas tamen olim uirgines, quas ipsi uestales appellabant, tanta reuerentia, ac tantis honoribus ꝓsequi solitos: ut nihil eis esset in rebus humanis, aut diuinis, uel angustius, uel sanctius, q̃ sancta, atque impolluta

castitas uirginalis. Contra uero summo odio, atque etiam supplicio consuesse prosequi incæstas, & molles. Nam (quod horribilius esse non poterat) uiuæ, uidentiq; funere indicto: feretro uiuentem uti mortuã efferebant: amicis atque cognatis triste funus luctu miserabili prosequentibus. Vbi uero ad portam Collinã uentum erat, statim infœlicem illam, atque misellam fœminam, pontifex suus specu subterraneo deponebat: & concoeptis uerbis arcana quædam precatus, extemplo sese auertebat: & tunc qui parati erant humum certatim super eam nequicquam clamantem & miserabiliter eiulantem iniiciebat, uiuam in ultionem uiolatæ uirginitatis humantes.

Quam grauiter delinquant uirginitatem uouentes, si se corrumpi sinant. Cap. IX.

TRiste sanè & ualde lachrimabile spectaculum attamen dignum, & æquum tanto flagitio. Mitius quidem nunc agitur cum incestuosis: & si expediret fortasis ad custodiendam uirginitatem, ut nunc quoque eiusmodi flagitia simili supplicio punirentur: cauerẽt sanè puellæ magis, ac discerent modestius agere supplicii horrore perterritæ. Acerbitas enim ulciscendi maleficii, rectius, cautiusq; uiuendi improbis disciplinam præstat. Non sunt hæ quidem uestæ, aut Dianæ, aut ulli uano deorum, dearum ue gentilium cultui destinatæ: sed Christo Deo uero, & deorũ Deo diuinitus consecratæ: neque etiam ad Gamelii Iouis aram, uocatis Hymeneo, & Talasso falsis gentilium diis, nec nefandę Veneris, Iunonis ve pronubæ auspiciis, aut gratiarum fauoribus nuptias pepigerunt: neque in cubiculis, aut ante geniales toros, sed coram omnipotenti Deo in sacratissimis templis, iuxta aram summi Dei, accensis lampadibus, solenni cæremonia cum summa religione, quælibet quasi regina coronata sum-

mollli regi Deo nuptura resedit. Quidnam quæso magis ratum, sanctumq; esse debuit, q̃ fideliter seruare quod sacro ritu, tam solenniter pactum, promissumq; fuit? Adhuc tamen reperiuntur, quæ non uereantur tam firmum labefactare promissum: & tam sanctum uiolare sacramentum; atque proh scelus reiecto Christi sponsalitio, & spreto domino, contemerata fide impie sese neq̃ seruo, ac improbo lenoni substernere. Quæ nã est tam effrons, ac impudica mulier, quæ coram spõso & in oculis eius ausit quicquã cõtra pudorem committere? aut patrare quidpiam inhonesti, quod aut eũ offendere, aut eius possit animo displicere? Quod si quando fieret. Quid hoc iniquius aut indignius dici, aut excogitari unquam posset? O miseræ fœminæ quid agitis? An ignoratis sponsi uestri oculos quos fallere creditis, ubiq; locorũ præsentes esse, & quicquid agitis contemplantes? Oculi domini (inquit propheta) super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Porro tantum abest, ut factum quid piam latere eum possit, ut etiam cognoscat corda uestra, & cogitationes ipsas occultas intelligat. Audetis tamen sub eius conspectu, quasi non uideat, et in oculis illius, quasi dormiat, o scelestæ agere tam nefarie? et ea committere quæ nulla meretrix, quãuis procax, in conspectu sui lenonis auderet? O nefandum scelus, ò singularem audaciam, ò insignem contumeliam, uirginem scilicet Deo dicatam, solenni ritu sanctificatam, omni religionis mysterio consecratam fieri incestam, ac fœdo nefandorum facinorum luto uti immundam suem, ac multo etiam fœdius, uolutari. Quid enim fuit opus uelari, septisve occludi, si ita patere uelitis? Proh pudor patent alicubi septa uirginum, atq; iam ob desidiam pastorum ex sacris ædibus in meretricios fornices, et obscœna latibula sunt conuersa. Quanto equidem libentius hoc loco siluissem, si id uulgus lateret, si

clanculum fieret, si posset dissimulari silentio, et aliqua tergiuersatione celari. Verum quum impune, palàmq; peccetur, mirum esse non debet, si palàm, atq; impune tantum quoq; flagitium defleatur. Honestas tamen, ac sanctas semper excipimus, quæ in sua integritate, inq; Dei seruitio constantissime perseuerant. Sed iam et de malis meliora speramus: quum cœperint res melius ire q̃ putabamus, atq; cœptum sit tandem immutari tam improbos mores, et licétiam, q́ propior sceleri fuerat q̃ religioni, nouis legibus arctius cohiberi: atq; oẽs obstrictius ad exemplum, et regulam uirginum sanctarum obcludi, et geminatis cancellis, et parietibus altioribus, ac tutioribus obserari.

Quam male conueniat nimius corporis cultus uelatis uirginibus. Cap. X.

SEd iam ad propositum redeo et ad impudicas iterum me conuerto. Quo nam quæso pacto infœlix mulier, etiam si uelis, impudicitiam tuam dissimulare poteris? quum euulsis superciliis, comptu, fuco, nimiaq; mundicie ipsas etiam meretrices excellas? ut iam neq; ex oculis neq; ex sermonibus neq; ex cultu uideri matrona honesta possis, ne dum uelata uirgo, aut cœlebs: quin potius scortum, et omnes implens numeros, dignissima prorsus Florali matrona tuba, ut ait ille, Ex quo sanè multo magis uideris digna ut ueneri illi Corinthiæ consecreris, immo prostituaris, q̃ Christo. Audi prophetam Hieremiam te ita acriter accusantem. Impudens (inquit) facta es ad omnes, facies meretricis facta est tibi. Nimius siquidem uestiendi cultus, comptusq; corporis, lenociniaq; fucorum nõ nisi prostitutis, ac impudicis fœminis conuenire uidentur: q̃q̃ nunc ex improbitate consuetudinis, ac morum peruersitate et fœda licentia temporum id etiam in quibusdã matronis, non tam impudicitiæ notam, ac suspitionem Hiere. 5 3

q̃ uitium potius muliebris leuitatis, ac uanitatis accu-
ſet qua ſibi per placendi ſtudium de coniugum licentia
blandiuntur. Atqui uero in ſacris uirginibus, quæ ſeſe
prorſus carnalibus delitiis abdicarunt, ſi iiſdem adhuc
concupiſcentiis delectantur, nulla eſt excuſatio, ſed cer
tum potius indicium animi, corporiſq; corrupti.
Quem nam cedo pudorem præſtare poterit, etiam ſi
caſta, aut uirgo fuerit, mulier compta immodice,
et exculta molliter? cuiq; potisſimum in uotis hæc
ſint: acus, calamiſtra, ſpecilla, crinalia, ampullæ, fu-
cus, unguenta, & mundus reliquus muliebris, tanquã
neceſſaria ſupellex: & quæ habeat thalamum, torum,
pauimentum, parietes aulæis, tapetibus, ſignis, atque
picturis ornatos? resq; omnes ita inſtructas, ita appa-
ratè diſpoſitas, ut non uideatur ibi uirguncula ſacra, ſed
Thais quæpiam, aliave famoſa meretrix habitare?
Quis enim compoſitos tinctosq; crines, & cincinnos,
& eiuſmodi comptus, uel in qualibet honeſta puella
non damnet? ne dum in uirgine circunſunſa, & profeſ
ſa, ac dicata perpetuæ caſtitati? Quod enim in alia
turpe eſt, in hac etiam fœdisſimum reputabitur. Im-
posſibile ſane uidetur ſimplicem, ac puram eſſe poſſe
illius uirginis conſcientiam, quæ uel arte, uel compo-
ſitione, uel uera etiam forma pellicere ſpectatores ad
ſui concupiſcentiam delectetur. Nam et ſi ipſa forte
non aſſentiatur concupiſcentiæ peccato, aliis tamen
peccandi faces, & fomitem ſubminiſtrat: atque con-
cupiſcendi tentamenta propinat. Quid aliud uult ſibi
ueſtis ipſa, & ſi uilis, & pulla, tota tamen & mundicie
immodica, & ſuſpecto nitore per fulgens? Quid diſ
ſuta altius tunica, ut aliquid interius appareat pulchri,
quod commoueat? Quid nitentes ſoleæ nigredine?
Quid papillæ faſciolis arctius compreſſæ? Quid cri
ſpanti cingulo anguſtisſime pectus accinctum? Hæc
ſunt ſane manifeſta animi latentis indicia: & quæ ſine
quæſtionibus

quæstionibus re, non uerbo, cordis arcanum uerisſi-
me fateantur. Virgo quidem nō tantum nomine, ſed
& re ipſa eſſe debet, ac etiam uideri, & credi: ut quū
quis eam uiderit, non ſtatim dubitet ex aſpectu inte-
gra ne ſit, an corrupta. Si enim uirgo uideri uis, & ſerua-
re tuam uirginitatem deſyderas: quid permittis, ut ta-
lis te decor, & talis te cultus infamet? Quid te ornatā,
& comptam interim oſtentas? quaſi uel uirum habeas,
uel quærites, cui tu eo comptu placeas? Optes potius
ſi uirgo diu eſſe uelis homines fugere, & hominibus
diſplicere. quoniam (ut Dauid in pſalmo dicit, Qui Pſal.52
hominibus placent confuſi ſunt. Maculas te ipſum q-
dem non ornas, & carnalis concupiſcentiæ notis aſper-
gis, etiam ſi munda alioqui fueris, quum iamdudum
deſectum comam rurſum pectas, & ſupercilia expilas
dentes puluetibus fricas, faſciculum ad nareis admoues
faciem ceruſa & ſtibio decoloras. Quid tu cupis de
carnis pulchritudine exterius cōmendari? quando nul-
la ſit uirginibus ſolicitudo moleſtior, q̄ aduerſus pro-
priam carnem iugi & aſſidua concertatione pugnare:
dicatq; propheta, immo ſpiritus ſanctus omnis gloria
filiæ regis ab intus. Porro extrinſeca pulchritudo cor-
ruptibilis eſt, & uana, fomesq;, ac nutrimentum libidinis
at uera uirginis pulchritudo interior eſt, & iccirco inte-
rius ſeſe exornat, ut ſuo ſe tantum ſponſo, qui uidet in
abſcondito, pulchram, & ſpectabilem præbeat. Dete-
gis te ſane qualis ſis, quum tam peruerſe aliud uerbis
occulte iactas, aliud re ipſa foris oſtentas. Nam nullis
ferè comptior cultus in prætio eſt, q̄ quibus pudor ui-
lis eſt. Syncære quidem ſyncæritas formæ tractanda
eſt: & quod eſt profeſſionis, & uoti, id cultu, & habi-
tu, atq; actu ſeruandum: ne aliud profeſſio commēdet,
aliud cultus inſinuat. Siquidem interioribus uirtutibus,
non exterioribus ornamentis eſt decoranda uirginitas.
Quin immo etiam ſi adſit decor naturalis obnubēdus

est, & dissimulanda species uirginibus sacris. Cultus enim & immoderata frontis hilaritas corruptelam mentis arguit: quippe quæ à puellis lasciuis de industria ad alliciendos amatores & ad solicitandas iuuenum mentes soleat comparari. Minutia uestalis gentilis, & ethnica (ut refert Liuius) suspecta tantum ob mundiorem iusto cultum sacris primo abstinere rebus iussa: deinde pontificum decreto, seruo indice facta rea, uiua de more sub terram defossa est. Posthumiæ Romanæ, et ipsi uestali, & honestæ alioqui uirgini, risus solutior, & liberior cum uiris confabulatio tantam illi ipsi peperit infamiam, ut uel ex eo solo accusaretur incestus: quæ quãuis postmodum compertum fuerit falso fuisse insimulata, iusta tamen grauissimaq; reprehensione non caruit: admonitaq; fuit à Spurio Minutio summo pontifice ne deinceps inuerecundius loqueretur, q̃ uiueret. Tales profecto uirgines fatuæ merito possunt dici: quæ licet uirgines sint, extinctas tamen lãpades habent, oleoq; carentes: nec propterea introibunt cum sponso ad nuptias: sed exclusæ audient uerbum illud ualde horribile, & pertimescendum. Nescio uos. Deponant ergo castæ, & honestæ uirgines mores, habitumq; incestarũ: et lupanarium insignia, & prostitutarũ ornamenta prorsus abiiciant: ne quod profitentur odisse, cultu ipso corporis amare uideantur: & ob id, multo etiam peiores q̃ sint, à cunctis credantur. Asserit autem inclytus martyr, et doctor sapiẽtissimus beatus Cyprianus uirgines quæ sese eiusmodi artibus compserint inter uirgines nõ esse connumerandas sed tanquam contactas oues, et morbidas pecudes à sancto, & puro grege uirginum, procul arcendas, ne contagio suo cæteras polluant.

In eas quę aut sibi abortum procurant, aut æditos ex se infantes necant. Cap. XI.

QVid uero dicemus, si quæ etiam ex his reperiãtur, tam impiæ, et scelestæ, ut ueneficiis, et medi

camentis,atq; aliis quibusdam insidiis sibi ipsæ partus abigant,et abortum procurent,ne incestus sui flagitium adueniente maturi partus æditione prodatur? Nouum monstrũ,ut sint matres, quæ fiant ultro suorũ nondum natorũ filiorũ parricidæ. Sunt ẽt quæ medicaminibus se se præparent accersentes sibi pharmacis sterilitatem, ne abortione sit opus. Turpiter quidem, omnes uerum aliquanto consultius illæ, quæ ædita puerperia nõ necant, ut istæ, quas modo dicebam, sed exponũt: aut perfractis omnibus repagulis pudoris, et honestatis, e cætu uirginum fugiunt post stupratores suos. Proh nefas piget pudetq; dicere. Siccine est abrenunciare sæculo? Siccine uoluptatibus abstinere? Siccine Deo uotum? Cogitare misellæ, cogitate inq̃ cito uos hinc migraturas esse ad iudicium, ac altituras mox ante tribunal illud tremendũ iudicis magni, ubi latebræ omnes cordium, atq; omniũ facinorum libri aperientur: in quibus à cunctis omnia, q̃uis occulta, legentur: et pudenda tua (ut ait propheta) in conspectu tuo reuelabuntur. O quot ibi corruptarũ credita falso uirginitas, eo iudicio condẽnabitur: et contra quot uirginũ male diffamata castitas coronabitur. Expergiscimini ergo, et uel gehennæ metu resipiscite: nihil sane remedii est reliquũ, nisi pœnitere, et in melius sese emẽdare, anteq̃ ueniat dies illa tremẽda, et amara ualde: q̃ qdẽ à quolibet q̃tũuis diu uicturo lõge esse nõ potest. Nau.3

Adhortatio ad pœnitentiam. Cap. XII.

COgitate ergo infelices aïæ quale uos iudiciũ expectet, et quale uobis ꝓ tanto scelere apud inferos pręparatũ iã sit incendiũ: in quo tanq̃ in Phalaridis tauro, succẽsis fornacibus ꝑpetuo torrebimini. Cogitate inq̃ qs stridor dentiũ uos maneat, q̃ tenebræ, qui fletus, quæ mola in collo, qui uermis in cõscientia. Ibi quidem inter mille suppliciorum genera, et amnes sulphureos, et immanes tortores, et ultrices furias pœnas luetis perpetuas, sine ulla spe ueniæ, aut ullius

amplius misericordiæ perfugio. Cauete cauete dum licet, tam tremendum iudicium: nec ipsæ uobis deesse uelitis, tempestiuam pœnitentiam aspernantes: ac eam cum grauissimo salutis uostræ periculo differentes. Nihil est enim q desperetis uestras sordes lachrymis posse lauari, modo resipiscere uelitis, & cum leproso
Matth.8 illo euangelico poscere dominum mundari. Id enim pollicetur uobis dominus per prophetam suum dicēs. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuerte
Hiere.3 re ad me, et ego suscipiam te. Et per alium prophetam Si fuerint inquit peccata uestra sicut uermiculus, quasi
Isa.1 niuem dealbabo: & si fuerint ut coccinum, uelut lanā albam efficiam. Quamobrem leua iam oculos tuos in directum, et uide ubi prostrata sis & (ut inquit Apostolus) memor esto unde cecideris, et age pœnitētiam. Diximus pauloante per arcam Noe castitatis imaginē
Apoch.2 merito figurari: q quum omnis caro diluuii aquis submersa fuisset, in ea quicquid incorrupti fuerat conseruatum est. Ex hac ergo arca quum Noe coruum, & subinde columbam euolare libere permisisset, non nisi co-
Gene.8 lumba legitur reuertisse, coruo fœda putrescentium cadauarum esca detento. Tibi sane competit ista similitudo rectissime Nam tu quoq quasi columba domini exiuisti in apertum extra arcam pudoris: eia modo instar columbæ illius sumpta pacis olea ocyus reuolato, ut admissa rursus in arca salueris: nam si redire contem pseris, & sordibus uoluptatum detenta coruum malueris imitari, perpetuo exules, nec in arcam, id est in gratiā amplius admiteris. Consulat ergo sibi unaquæq dū uacat, & dum tempus est, et quæ præstare Martham, eo q corrupta sit, amplius non potest, Magdalenam saltem illius sororem discat imitari: ut eam ipsam sequatur pœnitentia, quam prius secuta est culpa. Hæc enim & si multū peccauerat, pii tamen Iesu pedibus prouoluta flendo ueniam promeruit, & ab eo, ad quem nu-

per meretrix plenà peccatis accesserat, iustificata, innocens, & sine peccato recessit. Quid tu ergo cunctaris diutius, aut differs in longum emendationem peccatorum. Pro certo scias tempus, quod nunc acceptabile est, mox in aduersam tempestatem immanitatis, & horroris plenam totum mutandum esse: quando nihil ualebit pœnitentia, nec erit ulla spes ueniæ, nec humanæ aut diuinæ misericordiæ perfugium.

Inductio ut incesta suo se iudicio condemnet. Cap. XIII.

IVdicate miseræ fœminæ uosmetipsæ de uobis: hic iudicium uestrum requiro. Ingredimini parumper secretum thalamum conscientię uestræ, & sedentem ibi pro tribunali spectate eam ipsam dominum de uobis secreto iuditio rectissime iudicantem: nam sicut dicit Apostolus, si nos metipsos diiudicaremus, non utiq; iudicaremur. Quæ nanq; ex uobis tam expers rationis erit, ut iudicio isto domestico, non succumbat? ac ream sese non dicat, et omni supplicio dignam? Et enim si uirgines fatuæ uel ob solam ignauiam, nuptiis cœlestibus excluduntur, quid de iis quæso fiet, quæ nõ tantum, ut fatuæ illæ bonũ opus negligenter fecerunt, sed etiam petulanter sacrata, atque sanctificata Deo corpora impuris prostituerunt, lenonibus uulgantes Christi thalamum in lupanar? Dicite rogo, hoc etiam à uobis requirimus. Si mortalis cuiusuis hominis uxor deprehensa in adulterio ex præcepto legis obrui lapidibus digna est: quid sponsæ Christi adulteræ fieri par est? unica quidem puniri morte parum est, grauiora commeruit scelus. Sed quidnam ergo supplicii erit huic incestæ satis, si mors una pœnæ satis non est? Aliquid profecto atrocius morte id sit, oportet: et hoc erit mortis sempiterna pœna: quam nec mors ulla extinguat, nec ullus diminuat dies, nec ullum refrigerium

1.Cor.11

Matth.25

leuet. Pernoſcite uel ex hoc, quanta ſit ſceleris iſtiuſmodi immanitas, φ quum tam miſericors ſit eccleſia ſancta Dei, tamen eiuſmodi flagitium tam diro anathemate feriat, ut ne morieṫi quidem communionem per Illibertani concilii decretum dandam uelit ei, quæ Deo dicata ſtuprum aliquando commiſerit: quũ tamẽ pro nullo ferè alio crimine (quod ſciam) legatur communionẽ cuipiam in morte interdici. Sed iã contra eiuſmodi inceſtas ſatis dictũ arbitror. Horret ſiquidem animus, & ob priſtinæ uirginitatis honorem eàs tantæ fœditatis uitio inceſſere mens ipſa reformidat, meq; ipſum ſanè perpudet de his minus honorifice loqui, q̃ ſponſam Chriſti deceat: & q̃ ipſa ſacrarum uirginum poſtulet reuerẽtia: quoquo modo interim plæræq; iſtarum uiuant, atque à uoto, & à ſua profeſſione rebellent.

Quam graue ſcelus ſit Deo dicatam uirginem polluere inceſtu, q̃q; acerrime ſemper fuerit uindicatum. Cap. XIIII.

HActenus de impudicis ueſtalibus, ſed quæ modo ſatis digna cõuitia in eos ipſos ſceleſtos, atq; inceſtuoſos hoĩes dici poſſunt, q has ipſas uirgines ſic Deo dicatas polluere, & inceſtare nõ uerentur? Quænã oris facundia, q̃ grauitas orationis? aut q̃ uehementia uerborũ, atq; ſententiarũ in tam nefarios, ac profanos adulteros, poſſet pro ſceleris grauitate ſatis digna reperiri? Vincit qdẽ officiũ linguæ atrocitas rei & facinoris magnitudo. Id cogitare mens ſtupet, & manus refugit exarare. Scelus eſt ꝓfecto quod nec ulla poteſt eloquentia ſatis explicari, nec ulla ſatis digna pœna puniri. Profanus ſi quidẽ habetur, qui aut ſanguinis, aut ſeminis profluuio ædem polluit: at q̃to profanior qui puram, & cõſecratam uirginẽ inceſtat? ſpiritus ſancti tẽpla profanat? & ſanctificatum corpus deteſtabili colluuione corrũpit? Si ualdè nefariũ eſt uaſa conſecrata manibus

profanis attingere, sacras uestes diripere, propter quod multi acerrime mulctati sunt, quale crimen esse putabimus, consecratas Deo uirgines cõstuprare? spolia uirginitatis abripere? uiua templa spiritus sancti impie profanare? Constat enim sacrata Deo corpora cunctis parietibus quãuis sacris sanctitate, ac religione praestare: quandoquidẽ nõ parietum gratia, sed uiui eiusmodi tẽpli amore de cœlo Christus descenderit, primo in uirginis uterum: postmodũ de utero uirginis in mundũ: postremo de mundo in crucem. Ozas (ut in sacris literis legimus) currum domini prolabantẽ temere fulcire conatus, q̃a sacratissimam arcam profana tetigit manu haud mora humi repentina morte procubuit. Balthasar Babilonius ꝙ uasa tẽpli impiis manibus cõtrectare non sit ueritus, miserabili pœna affectus est. Antiochus quoq; profanato Dei templo, spoliisq; ditatus sacris, haud multo post amaro animo, q̃ fecerat reminiscens, cõdignas sacrilego pœnas luit. Heliodorus Seleuci regis legatus dum simili impietate idẽ templũ spoliare esset aggressus, terribili uisione perterritus, & inuisibilibus ẽt plagis percussus, statim miserabiliter i ipsius ærarii uestibulo cõcidit: ibiq; aliquantisper digna castigatione correptus est, sed pertesus patrati facinoris impetrata sacerdotũ p̃cibus uenia, officiis uitæ restituitur. Põpeius quoq; ille magnus captis Hierosolimis, licet ex illo tẽplo (ut refert Cicero) nihil attigerit, tamen haud leuius peccauit, quum illud idem templum primus idolorum superstitione pollueerit, quo circa non diu post uictus à Cæsare in Ægyptiaco littore recisa ceruice iacuit feris dilacerãdus alitibus. Crassus item auarissimus quũ & ipse ex eodem tẽplo quicquid preciosi fuerat reliqui eorum q̃bus Põpeius pepercerat, sustulisset, apud Carras Parthorum sagittis opprimitur. Merito ergo (ut uidemus) puniti omnes sacrilegi maximis semp̄ pœnis fuerunt: at q̃to maiori ultione digni nefandi, atq; incestuosi stupratores, quãtoq;

1. Para. 13
Dan. 5
2. Mac. 19
2. Mach. 3

æquius puniendi? Siquidem neque arca illa, neq; uasa aut ornamenta ulla templi quantumuis relligiosa, et sacra, seu aurea, seu argentea illa sint, præferri, æquarive possunt augustimo, et sacratissimo templo corporis uirginalis: quādo quidem ea quæ præcesserunt figuræ, et indicia, umbræq; et imago fuerunt eorum, quæ modo fiunt. Quanto ergo potior est lux, q̄ umbra, et ueritas, q̄ figura, tanto uiua hæc templa parietibus illis religiosiora atque sacratiora censenda. Dic quæso quonam cruciatu seruum illum afficiendum putes qui cubile domini ingressus sponsam eius uiolare præsumpserit? Nonne acerrimo, et exquisitissimo quoq; supplicio dignum dicas? Sed hæc est sponsa domini quam polluis: hæc Deo dicata, quam uiolas: hæc Christo cōsecrata, quam stupras, quamq; habes ludibrio, quamq; publice circunducis. O libidinem effrænatam, et indomitam. O impiam et singularem audaciam: quæ nec iram Dei reformidat, nec sacratissimas faces, nec interdictum cubiculi limen, nec sacros alitus perhorrescit. O præcipitem, et sacrilegam confidentiam, quam non pudor à turpitudine, non metus à periculo, non religio ab impietate, non ratio deniq; ipsa à furore potest ullo pacto reprimere. Quibus abstinebit? qui nec sacratis quidem corporibus abstinendum putat? Attende animum miser attende ad illas diras imprecationes, atque execrationes quas in sacro istarum epithalamio sacer antistes conceptis uerbis in caput detonuerit tuum, uel ipso horrendas sono, et terribiles auditu. Non possunt ea non rata, solidaq; esse, quæ tam religiose, tam pie inter sacrosancta mysteria, ante aras sacras, sacro ore promuntur: eodemq; loci ubi Deus ipse tam præsens est, q̄ super sidera in cœlo. Quare nisi agas pœnitentiam, peccatoq; abstineas tam abominabili, cito (mihi crede) indues (ut dicit propheta) maledictionem illam sicut uestimentum, et intrabit sicut aqua interiora tua, et sicut

oleum in ossibus tuis. Nihilo sane fœlicius incestuoso illo Clodio peribis: at potius tanto immanius ꝙ illæ uanæ superstitionis tu ueræ religionis mysteria polluisti. Hunc uero. M. Tullius quãuis ethnicus, & à pietate christiana longe alienus, publice palamq; professus est, se summo odio, uel ob hoc maxime scelus prosequi. Sic enim in oratione quam contra Pisonem, & Gabinium habuit, testatur. Quod mihi odium, inquit, cum Clodio fuit, nisi quia perniciosum patriæ ciuem fore putabam: qui turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem, & pudicitiam uno scelere uiolasset? Et alibidem grauiter conqueritur, ꝙ quæ sacra per summam castimoniam uirorum, ac mulierum erant peragenda, eadem essent per istius stuprum uiolata. Sed quid ego hic ethnicorum, aut antiquorum testimoniis utar? quũ sub oculis nobis assidue nostratium Christianorum exẽpla uersentur: qui incestus sui apertissimas, atque grauissimas pœnas dederunt? Noti sunt homines, nota scelera, et noti qui postmodum rerum exitus sint secuti: ut non minus hic superuacaneum sit, q̃ etiam inuidiosum quenquam apertius nominare. Quamobrem satius erit hic Antiochi tertii in ea re modestiam recensere in opprobrium, & dedecus impioꝶ. Is enim Dianæ sacerdotem, quæ miranda forma præstabat semel intuitus, statim Epheso discessit ueritus (ut ipse dicebat) ne quid præter animi sententiam, uictus muliebri specie, facere cogeretur. Confundantur tali modestia uulgus incestuosorum Christianorum: quum quod tam sedulo homo gentilis cauerit, ipsi fraudulenter ac studiose perquirant: non attendentes ꝙ Apostolus dicit. Si quis Dei tẽplum uiolauerit, disperdet illum Deus. Et ne ab ethnicorum prorsus exemplis recedam, quæ plærunq; afficiunt magis, Romanis olim hoc scelus & priuatim, & publice tantæ abominationi fuerat, ut si quis patrasset eiusmodi incestum non tantum pro atrocissimo male- 1. Cor. 3

ficio uindicarent:sed etiam ex eo ꝙ tam raro id apud il-
los contingere solitum fuerat,si quando auditum foret,
admissum esse,prodigii,ac portenti instar publice nun-
ciaretur. Quamobrem noster Liuius ubi canensem cla
dem descripserat,Romanos scribit territos esse sup tan
tas clades,tum cæteris prodigiis, tum ꝙ duæ uestales
eo anno Opimia,atq; Floronia stupri compertæ,altera
sub terra(ut mos est)ad portam Collinam necata fue-
rat,altera semetipsa sibi mortem cõsciuerat. Vide ergo
ꝗ graue adiudicauere hoc flagitiũ Romani, ut ab his
ꝓ maximo prodigio,quũ cõtingeret, haberetur. Et ne
forte credas id cessisse earum stupratoribus impune.
L.Catilius scriba pontificum,qui cum Floronia stuprũ
fecerat,à pontifice maximo eousq; uirgis in comitio
cæsus est,ut inter uerbera expirauerit. Idem passum esse
legimus Celerem equitem Romanũ cui Cornelia obii
ciebatur Vestalium maxima:quæ à Domitiano Cæsa-
re absens,& inaudita damnata est, ac etiam uiuens ut
mos fuit,humo defossa:ꝙ arbitraretur ob raritatẽ exẽ-
pli suum sæculum fore eiusmodi inusitato spectaculo
illustrius. Licinianus senator,& ipse insimulatus huiusce
criminis,ne comitium adire, & uirgas pati cogeretur,
uoluntario exilio sese à seueritate tanta iudicii uindica-
uit,bonisq; suis publicatis, in Sicilia ex nobili senatore
mercenarius rhetor effectus est. Apud Ciceronem
in libro quem de legibus scripsit, legem eiusmodi
contra incestuosos adducit. Incestum pontifices su-
premo supplicio sanciunto. Verum si hoc faciebant
homines gentiles à uera religione remotissimi,quan-
1.Cor.5 to magis nos facere debemus: qui edocti sumus ab
ipso Deo & homine Iesu cauere uel simplicem for-
nicationem : nedum tale, tantumq; flagitium fuge-
re? Sed nec nobis quidem desunt leges ad punien-
dum hoc nefarium incestum, à patribus rite latæ

modo seruarentur, & legum poenis afficerentur iniqui. Nam deprehensi, atque conuicti et infames sunt, & per sacros canones seuerissime puniuntur. Gregorius enim pont. Max. si laici sunt omni prorsus communione hominum, uelut aqua, & igni interdicendos, Sathanæq; tradendos iubet: si uero clerici ab omni officio amotos in arcto monasterio, perpetuo ueluti carcere mandat occludi ad agendam perpetuam pœnitentiam. Iustinianus autem Cæsar in suis legibus contaminatos eiusmodi turpitudine exuendos bonis sanxit, et ea religioso loco, in quo patratum fuerit tale facinus, applicari præcepit: reos uero ipsos subijci supplicio capitali. Digna profecto ultio, quæ in scelestos homines expendatur: quando nec poena morte grauior, nec quicquam ea sit impuritate nefandius. Hoc scelus, ex sententia episcopi nostri Petri Barrocii, in eo libro, quem de ratione bene moriendi inscripsit, quadruplici infamia notatur. Primo adulterii, ꝙ sponsa Christi uiolatur: stupri, quòd uirgo corrumpitur: incestus, quia cum patris sui nupta filius se commiscet: sacrilegii denique, quòd sacrata atque addicta Deo impie pro fanatur. Nec esse hoc loco silendum censui, quod et si sæpe audiueram dici uulgo, nunquam tamen affirmare ausus fuissem, immo nec scribere, nisi apud eundem auctorem grauissimum sanè, atque sapientissimum simulq; innocentissimum uirum eodem libro pro comperto legissem incestuosos eiusmodi, ac contaminatos tali scelere morientes uirilis membri tentigine ad pœnam, atque infamiam tantæ turpitudinis affici solere. Idoneus auctor certe talis tantusq; episcopus: at si qs falsum contendat, non ago pertinaciter, neque propterea id ego crimen, aut leuioris nequitiæ esse, aut minus execrandum putabo. Veruntamen conuenit id cum

facto Heraclii imperatoris, qui quum Christianorum legibus uiueret, Fabia tamen uxore defuncta Martinam fratris filiam contra uis, fasq; duxit: atque etiam tulit legem, qua deinceps per eum idē omnibus liceret: quo circa hunc ipsum tali cladis genere affectum perhibet, ut folliculo testium sursum uerso, uirilliq; membro semper distento, meiere non posset, quin lotio uultum respergeret, nisi obiecta prius tabula foret, quæ urinæ ascēsum reprimeret. Quod morbi genus omnes affirmabant ei ob illicitas nuptias, atque impiam legem diuinitus obtigisse, ut & alios exterreret à simili fœditate patranda, & ut ipse in eo quo peccauerat torqueretur. Sed ad rem nostram redeamus.

Adhortatio ad spem ueniæ promerendæ. Cap. XV.

GRauia profecto sunt, quę in ultionem tanti flagitii sanxerunt leges, sed longe grauiora, atq; atrociora censenda, quæ parauit Deus, & quæ saltē non euadent, quicunq; humanarum legum pœnas euaserint. Iudicia nanq; hominum plærunq; eludi, ac falli possunt: at iudicium Dei est prorsus infallibile, atque ineuitabile omnino. O te miserum & infœlicem, si non intelligis dum iudicia hominum fallis, te magis magisq; reum fieri, atq; cito fore, ut, ex eo q̄ hic impune tuleris, attrocius puniaris: quando nihil ibi transit impune: ubi idem erit iudex accusator, & testis. Quid tunc miser facies? ubi te abscondes? sistendum sanè est tibi coram illo, qui cuncta uidit, cui nihil occultū est, qui nouit omnia: & ideo subductis ibi scelerum tuorum rationibus, ipsi tibi sustinendum est, quicquid pœnarum impiis paratum fuerit. Verum enim uero tam mitis, ac benignus, & clemens est, quem offendisti, ut facile posis, modo uelis agnoscere peccatum tuum, & resipiscere, adhuc redire in gratiam, & ueniam impetrare peccatis. Nihil

est quod dubites eum ipsum dominum, quem irritasti peccato, placare pœnitentia: & quem infensum tibi reddidisti per impudicitiam, reconciliare eundem rursum tibi posse per continentiam. Qui enim comminatus est pœnam peccanti, idem etiam promittit ueniam supplicanti. Nemo sanè sic suæ ipsius salutis auidus est, quàm dominus alienæ: ideo assidue clamat in prophetis. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Quare nisi tu differas conuersionem, non est cur desperes reconciliationem: quoniam ubi abundauit peccatum, superabundauit, et gratia. Age quæso ne cœcutias diutius in tanta luce ueritatis. Alleua tandem oculos, & cognosce creatorem, & redemptorem tuum, & age pœnitentiam: atque assumpta fiducia ueniæ cum mœrore conscientiæ reseca cuncta retinacula consuetudinis prauæ, quibus teneris præpeditus, ac teipsum ad initium melioris uitæ componæ: & miserebitur tui Deus: quia benignus est, et misericors, & placabilis super malitiā. Audi quid dicat Ezechiel propheta. Impietas, inquit, impii non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Cæterum quoniam quicquid ad sacras uirgines attinere uisum est nobis satis diximus, deinceps altero libro de cœlibatu dicemus.

BERNARDINI SCARDÆONI PATAVINI PRÆSBYTERI DE CASTITATE LIBER SECVNDVS.

DE COELIBATV EXORDIVM.



Voniam per magna ac per difficilis prouincia castigandæ incontinentiæ & suadendę castitatis à me suscepta fuit, pro exoluendis promissis, in eo mihi elaborandum duxi, ut nullus foret ordo hominũ reliquus, cui in hoc opere suus locus non esset. Dixi enim in principio statim operis, in tres ordines, ueluti classes, uniuersum genus hominum esse descriptum: Virginum scilicet, Cõiugatorum, Cœlibum: quam quidem distinctionem iccirco feci, ut à uirginibus sacris, incestas: à uiris pudicis, adulteros, à cœlibus, fornicarios segregarem: quandoquidem hic à nobis ex ratione suscepti laboris (ut diximus) cuiuscunq; ordinis hominum sit uel laudanda castitas, uel incontinentia reprobanda. Verum de uirginitate satis iam dictum est, restat modo secundo loco, ut de cœlibatu dicamus, cœlibes autem hoc loco dici uelim, non tantum qui continent, sed in uniuersum uel quicunq; coniugio soluti sunt, uel uxore legitima carent, utcunq; interim sese habeant ad obseruationem continentiæ. Neminem uero latere puto Cœlibatus nomen à cœlo pro certo deduci, eo q; cœlo maxime digni sint, qui ob cœlestium amorem, carnalibus uoluptatibus abstinent: dicti cœlibes, quasi ex quadam cœlitum societate, cœlestes. Nam profectò qui à uenereis rebus sese continent, & propter Deum obseruant ex

exactisſime cœlibatum,propius ad cœleſtes ſpiritus,et ad eorum uitam,qui beati dicuntur, tum tranquillitate mentis,tum integritate carnis accedunt. Sic enim ſcri-
ptum eſt.Qui non nubent,neque uxores ducent, erunt Luc.20
ſicut angeli in cœlo. Iccirco angeli nomen adaptatur congruenter ſacerdotibus,quaſi ex mundicia carnis & officio myſteriorum illis efficiantur æquales. Vnde le-
gimus,Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam legem re Malac.12
quirunt ex ore eius:angelus enim domini exercituum eſt. Quod autem quibuſdam antiquorum perſuaſum fuiſſe legatur,cœlibes dici à Cœlo Saturni patre,cui pudenda filius impie abſciderat,mihi nõ fit ueriſimile: ſed ualde fabuloſum,& uanum.Quare ablegatis commẽtitiis fictionibus, priorem illam interpretationem, uti ueriorem,atque uulgatiorem ſequamur præſertim quũ et Græcorum uocabulum ei maxime conueniat: nam quos nos cœlibes,Græci ἠίθεοι appellant: quod perinde eſt ac ſi diis ſimiles,paresve dicas.Quãtæ autem præſtantiæ ſemper fuerit in religione chriſtiana obſeruantia cœlibatus, nemini eſſe poteſt dubium, aut obſcurum, quum legatur apud Eſaiam prophetam dominum ſub eunuchorũ uocabulo cœlibibus maxima quæq; honoris præmia,& multo potiora quàm copulatis matrimonio polliceri. Hæc dicit dominus(inquit
propheta)eunuchis.Dabo eis in domo mea, & in mu Eſaia.56
ris meis locum nominatum, & nomen melius à filiis, & filiabus,nomen ſempiternum,quod non peribit. Et de his ipſis ſaluator noſter Chriſtus. Sunt,inquit, eunuchi qui de utero matris ſunt nati:ſunt qui fiunt ab hominibus:ſunt qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum
cœlorum.Et hi ſunt qui ſummopere placent Deo,quũ Matth. 9
eos non neceſſitas non natura,ſed propria uoluntas abſciderit: & propter Deum noluerunt eſſe quod nati ſunt: Qui quidem ne abiecti propterea, & ignobiles uideri poſſint, quòd fœcunditate careant libe-

liberorum: promittit illis Deus (ut nuper dicebamus) honorem magnum in regno cœlorum, quum dicat Dabo eis in domo mea,& in muris meis locum nominatum. Et ne quæuis fœcunditas posfit eorum ſterilitati præferri. Dabo inquit eis non locum ſolum, ſed melius nomen à filiis & filiabus. Et item ne eis longæuitatis poſteritas deſit, quæ nomen eorum ad poſteros ferat, quod ex infœcunditate nuptiarum prouenire uidetur, ſubdit. Nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Efferant ſeſe coniugati modo, & ubertate liberorum ſeſe iactent, dum tamen eunuchi noſtri abſq; ulla fœcunditate corporali (ut nuper audiſtis) maiorem ſibi uendicent laudem apud Deum, quã fœcundi quantum libet parentes. De his ergo deinceps nobis eſt dicendũ: ſed prius quot genera cœlibum ſit annumeremus: postea quo nam pacto extra matrimonium uiuant plæriq; quàmq; male quidam mentiantur cœlibatum, dicamus.

De multiplici cœlibatu, & q fornicatio ſit ſemper graue peccatum. Cap. I.

TRes equidem cœlibum diuerſitate eſſe comperio: primam eorum, qui nondum matrimonium contraxerunt, & ex his ſunt Virgines: ſecundam eorum qui præmatura morte coniugum ſoluti ſunt ab uxore, & ex his ſunt Viduæ: tertiam uero illorum, qui non tantum liberi, & ſoluti à matrimoniis ſunt uerum etiam ex ſua profeſsione addicti, & conſecrati Deo: uouerunt q; perpetuum cœlibatum, & firmũ propoſitum caſtitatis, & ex his ſunt monachi & clerici, & uelatæ uirgines, & quicunq; ex eo q ſacris iniciati ſunt obligantur tacito uoto ad perpetuam caſtitatem, ut infra latius de hoc ipſo ſuo loco dicemus. Horum autẽ quiſquis per nefas certam continentiæ metam tranſierit, abſq; dubio peccatum fornicationis incurrit, et efficitur

citur consequenter eternæ mortis reus. Dicit enim Ioannes fornicatorum partem cum ueneficis, idolatrisq; futuram esse in stagno ignis, & sulphure ardenti. Illis uero, qui nondum sunt ullis coniugii legibus alligati: aut si quando fuerint, uxorum morte, soluti sunt integrũ sane est uel uxorem rursum ducere, uel continere si malint. Sic enim dictum est de his ab Apostolo. Qui duxerit uxorem, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt eiusmodi. Idem quoque de mulieribus iudicium ab eodem prolatum, est quod de maribus. Volo, inquit, iuniores nubere, & quæ non potest continere nubat: melius est nubere q̃ uri: sanctius tamen si sic permanserit, sicut & ego. At illis, qui iam castitatem uel uoto, uel susceptione sacri ordinis ultro promiserant, sic idem ipse Apostolus mandat dicens. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorẽ. Et rursum. In ea uocatione, qua quisq; uocatus est, maneat. Siquidem alii uocati sunt ad generationem prolis per carnis operam, alii uocati sunt in sanctificationem per carnis continentiam. Eligat ergo quod quisq; mauult, modo fornicationem deuitet, quæ semper est mortale peccatum. Verum prouidẽdum est ne quis erret quum legat in sanctorum patrum decretis distinctione trigesima quarta. Is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur, dummodo unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ sit coniunctione contentus.) Ibi autem concubinam pro scorto dici ne credas neque dicas ex eo talem copulam non esse peccatum: quando qui eiusmodi concubinam pro uxore habeat (ut ibi dicitur) non repellatur à communione fidelium. Sed hoc quomodo absq; errore intelligẽdum sit, breuiter exponamus. Scire autem oportet in primis tripartitum esse nuptiale bonum (ut scribit. D. Augustinus) fidei scilicet, prolis, & sacramenti. In fide enim attenditur, ne post uinculum coniugale, uxor cum alio, quàm cum uiro, aut

Apoc. 21
1. Cor. 7
Ibidem
Ibidem
Ibidem

uir cum alia, q̃ cum uxore se commisceat. In prole uero, ut foetus amanter suscipiatur, & religiose educetur. In sacramento denique, ne coniugium, nisi per alterius obitum dissoluatur. Cõcubina ergo intelligitur ibi, quæcunque non gratia prolis, sed explendæ libidinis causa & ad euitandam fornicationem, domi cõiugali affectione habetur: licet illud prolis bonum, uel ætatis, uel naturæ, uel aliquo alio defectu haberi omnino non possit. Eiusmodi autem coniunctionem non fornicationẽ, sed coniugium appellat Augustinus: qui in libro de bono coniugali, sic ait. Solet quæri, quum masculus, & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, sibimet, non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulantur, ea fide media, ut nec illa cum altero, nec ille cum altera id faciat, utrum nuptiæ sint uocandæ. Et enim non absurde potest hoc appellari connubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos conuenerit, & prolis generationem, quamuis non ea causa iuncti sint, non uitauerint tamen: ut uel nolint sibi nasci filios, uel opere aliquo malo agant ne nascantur. Cæterum si uel utrunque, uel unum horum desit, non inuenio quomodo has nuptias appellare possimus. Hæc ille Talis ergo est illa, quæ ibi appellatur concubina, quæ solius concubitus causa ducatur: qui quidem concubitus, & si non uidetur carere culpa tamen uenia dignus est, nec prorsus interdictus. Sed falluntur quidam in illius nominis appellatione, a uulgari ꝓprietate diuersa: nam ibi concubina non intelligitur scortum, uel meretrix, ut uulgò dicimus sed mulier, quæ solennitatibus, ac legalibus nuptiis prætermissis, solo affectu maritali coniungitur: quæ consensu profectò uxor est, licet adhuc ob defectum solennitatis concubinam lex nominet. Et propterea alibi etiam legitur. Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut cõcubinam habuerit, nec episcopus potest effici, nec sacer

32. q. 2 c. Cõcubinæ.

Dist. 33

dos. Ibi enim concubina pro coniuge ponitur, non pro scorto: alioqui non faceret bigamum, nec impediret sacerdotium: quoniam si quis post mortuam uxorem iunctus fuisset cum scorto coitu fornicario, non propterea uetatur, acta poenitentia, ad sacerdotium promoueri. Sic & uxores Abraham præter Saram, quæ præcipua fuerat, dictæ sunt concubinæ. Scriptura nanq; diuina aliquádo uxorem appellat concubinam: sic enim legitur. Habeo filiam uirginem, & hic homo habet concubinam, adducam eas ad uos, & cætera quæ sequuntur. Atqui uero quæ concubina ibi dicitur, uxor erat, ut ibidem sæpius nominatur. Nullo ergo prætextu licet alicui à bono cōtinentiæ recedere nisi ducat uxorem quæ eatenus licet quo ad promissus non fuerit, aut uoto aut professione sacrorum ordinum perpetuus cœlibatus: quia tūc nullo pacto licet uxorem ducere, aut fornicari, ut inferius libro sequenti copiosius disceptabimus. Iudi. 19

De cœlibatu improborum cum detestatione sodomiticæ turpitudinis. Cap. II.

GRauiter sane redarguendi sunt fœdi, & impudici quidam homines, qui quum expertes nuptiarum sint, & in cœlibatu degant, nequaquá tamē à uenereis uoluptatibus sese continent, ut cœlibes decet, sed potius uti contemptores matrimonii, pro una uxore, quá habere sibi honeste possent, sordidos obsoletorū, atq; scortorū greges agūt, & perosi maritorū nomina, in nefarios incestus, ꝓdigiosasq;, ac abominandas libidines ꝓlabuntur: & qđ nefandius esse nō potest, obscœnis inhiant puerorū amoribus: & egressi limites rationis oía diuina, atq; humana, uenere auersa, & ipsa reclamante natura subuertunt. Nam (ut disserit eleganter Plato in eo libro, quem de legibus scripsit) quoties fœmina, & masculus ad generandum conueniunt, uoluptas ex eo conuentu à natura quidem uidetur esse tributa: at quum mares maribus, aut fœminæ fœminis

commiſcentur, ea inhumana uoluptas eſt, & præter naturam: et qui primum tale facinus auſi ſunt, nefandisſime in id flagitii incontinentia libidinis conciderunt. Omnes porro Cretenſium fabulam de Ganymede uehementer culpamus: q aduerſus Iouem ideo ficta ſit, ut quum ab eo leges habuiſſent, ueluti eum imitari, hac & ipſi fœditate fruerentur impune, legis latoris exemplo. Hactenus Plato. Delinquunt ergo contra naturam
Rom. 1 quicunque relicto naturali uſu fœminæ (ut ait Apoſtolus) exardeſcunt deſideriis inuicē maſculi in maſculos turpitudinem operantes: à quo flagitio (ut aſſerit idem Apoſtolus, nec muliebris quidē ſexus mundus exiſtit. Quare Seneca impuris eiuſmodi fœminis ita imprecatur. Dii illas, deæq; male perdant commentas adeo peruerſum genus impudicitiæ. Proh ergo pudor, immane nefas ſceleribus cunctis præſtans. Quànam ui, aut quo nimbo, qua ue procella uerborum obrui pro merito facinus, tantum poteſt? dignum profecto omni calamitate, dignum flammis, dignum ſulphure, dignū ſempiterna pœna. Euenire enim propter eiuſmodi ſcelus ſæpisſime terræmotus, famem, peſtes, uaſtitates, bella, proſcriptiones, & pesſima quæq; mala, leges etiam ciuiles affirmant: et propterea prolapſos in id flagitii, quicunq; fuerint, cremandos iubet. Sed & lex diuina dicit Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, uterq; operatus eſt nefas morte moriatur. Nec mitius eccle
Leuit. 20 ſiaſticæ ſanctiones: quæ clericum, quicunq; ſit ille, de hoc ſcelere cōuictū mandant deponi, ac honore priuari, et tradi iudicibus ſæcularibus puniendum. Legitur & apud Platonem in Græcia legem Laiam fuiſſe, quæ & ipſa, quicunque nefariam in mares libidinem exercuiſſet, cremandum ſanxerat. Erythrea quoque Sibylla (ut eſt à Lactantio ſcriptū) docens quo pacto poſſet effugi ira Dei, ſic dixit. Fuge ſceleratas religiones, uni Deo ſerui, adulterio te abſtine, et maſculi pmixtione praua. Hęc

Sibylla sanctissime. Violatur quidem per eiusmodi nequitiam illa sancta societas, quæ nobis naturaliter esse cum Deo potest, quum natura ipsa, cuius ille auctor est, ea peruersitate ueneris polluatur: quam Deus in Leuitico appellat abominationem. Sic enim scriptum est. Cũ masculo ne commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Non enim fecit Deus homines, ut summa iniuria inter se inuicem tam fœda conspurcarentur libidine: sed præfixit leges suas rebus omnibus, quas non liceret præuerti. Hinc est, φ bestiæ ipsæ, q̃uis ratione careant, attamen quum ueneris, & coniunctionis effrenata appetentia naturaliter concitantur, naturæ leges in suo genere seruent, & non nisi diuerso sexu expleant libidinis appetitum. Quotos unquam mares, ex quo uis genere belluarum monstruosæ huic libidini operam dedisse compertum est? Quid ita? nisi quia adeo contra naturam est eiusmodi uoluptas ut eam ipsam reiiciant bestiæ quanuis eam ipsam uoluptatem, nulla habita honestatis ratione sequantur. Leuit. 20

Orpheum primum ab inferis eduxisse uitium coeundi contra naturam. Cap. III.

QVod autem tam obscœni amores contra naturalem affectionem in hominibus ita nefarie concitentur & à demone procedere, & inuentum planè dęmonum fuisse credi par est: sicut & de idolatria, & choreis, & de eiusmodi inuentis creditur. Orpheus etenim primus (ut fertur) hãc turpitudinem euexit ad Thraces, iuxta illud Ouidianum carmen de Orpheo. (Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorẽ. In teneros transferre mares.) Iccirco haud ab re eum ad inferos descendisse poetæ fabulantur, ut inde uxorem Euridicem placatis manibus, in lucem reuocaret: quod quum nequiuerit præstare, hanc obscœnitatem ab inferis pro uxore euectam ferunt: atque ob id postmodũ

ita mulieribus infensum redditum esse, ut earum mani-
bus fuerit ipse subinde discerptus. Et si sint, qui scribant
eum ictum fulgure arsisse, & nefandissimi inuenti luisse
pœnas incendio. Verum quoquomodo perit, constat
eum male periisse, ita ut dignum fuerat, tanti flagitii au-
ctore. Hoc postea è Thracia paulatim ad Græcos efflu-
xit nefas. Primi autem in Græcia Lacedæmonii ad libi-
dinem in palestra puerorum corpora nudauerunt: ac sic
postmodum diffundi cœptum contagium etiam in Ita
liam. Barbaræ gentes in hoc uitium minus procliues ha
bentur: et si sint alioqui ad uenerem proniores. Infames
olim galli fuere fœdis amoribus puerorum, ut refert
Aristoteles, & Ptolomeus: sed ita nunc eiusmodi scelus
beneficio Christianæ religionis, & eorũ sanctissimi prin-
cipis Ludouici ita extinctum est apud eos, ut id sub cœ-
lo nulla natio magis abhorreat, ut asseritur. Io. pici ad-
uersus astrologos apertissimo testimonio. Apud He-
bræos autem, ut in diuinis literis traditur hoc tam nefa-
rium peccatum Sodomitarum populis attribuitur, in
primis, à quibus postea manauit, ut & apud latinos sce-
lus ipsum Sodomia diceretur. Hinc etiam sodomitare
uocabulum obscœnum, & antiquũ apud Latinos, quo
(ut in antiquis exemplaribus legitur) & Cicero ipse in
primo officiorum libro usus est. Ait enim latrocinari,
fraudare, adulterari, sodomitare turpe est, sed dicitur nõ
obscœne. O deformem igitur, atq; nefariam libidinem
hominibus non tam humana nequitia, quàm diabolica
potius, fraude procuratam. O scelestissimum, atque
nefandissimum facinus, exquisitissimo quouis sup-
plicio dignissimum, ac irrationalibus bestiis, ne dum
hominibus utentibus ratione abominabile, atque ne-
farium.

Ex factis, dictisq; plurimorum illustrium uirorum cõfir matur, masculinam uenerem fuisse semper abominabilem apud omnes nationes. Cap. IIII.

LOthus uir sanctus licet inter impurissimos Sodomitas coniunctissime uersaretur (ut in sacra pagina legimus) adeo tamen abominatus est tam peruersam libidinem, ut multo satius duxerit filiarum pudorem (q̃q̃ & ea quoque flagitiosa impuritas esset) nefariis ciuibus suis uiolandum subiicere, quàm hospitum, qui ad se diuerterant pudicitiam prostituere: multo quidem minus graue fore existimans concedere impurissimis hominibus filiarum stuprum, quàm tam nefariam hospitum uiolationem contra naturæ iura permittere. Idem fermè præstitit senex ille Gabaonita, qui quum & ipse quendam adolescentem cum uxore, & puero hospitio recepisset: & noctu solicitaretur à Gabaonitis, ut traderet illum ad abutendum, respondit. Habeo filiam uirginem, & hic habet concubinam, ambas ad uos adducam, ut uestram libidinem saturetis, tantum hoc immani scelere ne polluamini. Sed male cessit utrisq; populo nefanda libido, quoniam illi dira flamma hi ad unum omnes ultori hostium gladio perierunt. Hoc autem flagitiũ Pausanias Lacedæmonius tanto studio fugiendum putauit, q(ut legitur apud Platonem) asserere non dubitauerit, oportere legibus statui ne quis omnino pueros amaret, quoquomodo id fiat: ne forte exoriatur inde fœdissimæ libidinis ardor, quũ incertum sit, utrum corpus, an animus puerorũ placeat: & nũquid propter uirtutem, an propter formam potius adamentur: & iccirco affirmabat probos, ac improbos pariter ab eiusmodi studiis coactione legis arcendos. Scatinius uero apud Romanos exosus & ipse tantum scelus, legem tulit, qua puerorum concubitores grauissimo afficerentur supplicio. Extat & Platonis ipsius lex, qua mandat eum, qui puerum ad rem uenercam

Gen. 19

Iudi. 19

Iudi. 19

ui subegerit, non ab eo solum, cui est illata uis, uerum etiam à patre, fratreq; posse interfici impune. Idemq; auctor non modo eum, qui cum puero, sed etiam qui cum muliere innupta sic se miscuerit, morte afficiendũ præcepit. Ab Euphrate fluuio (ut legitur apud Eusebium) usq; ad orientalem Oceanum, cui cædes, aut furtum obiicitur, haud grauiter punitur: sed qui pudorem masculo arripuerit, si res in lucem uenerit, tanto probro tantaq; afficitur ignominia & dedecore ut è conspectu hominum, & è uita abire uoluntaria morte cogatur. In eadem plaga orientis (ut ibidem legitur) parentes, cognatosve, si resciuerint filios, propinquosve eiusmodi turpitudini subiecisse sese, absq; uenia suis illos manibus interimere solitos: usque adeo scelus istud abhorrent. Et propterea Ægyptiorum regum obsequiis (ut refert Diodorus) nullus deputabatur, aut emptitius, aut domi genitus seruus, sed nobilium tantummodo sacerdotum filii ultra uiginti annos nati: ne quando rex ministrorum sibi die noctuq; assistentium forma captus, et allectus facilitate peccandi, quicquam forsan turpe committeret. At nec minus sapiens. C. Marii illustrissimi imperatoris in ea re iudicium reputandum: qui, quum Clusius tribunus militaris ei ex sorore nepos, Coelio Plocio manipulario militi pudicitiam ui conaretur eripere, & ab illo inter obscoenos furiosæ ueneris impetus fuisset occisus: adductum ad se adolescentem, causa cognita, non modo nullo eum affecit supplicio, sed pro contione laudatum pudicitiæ corona donauit: adiudicans talem uiolentiam æquè dignam nece, perinde ac si ei uitam uoluisset eripere. Nihilo quoq; minori seueritate libidinosi cuiusdam centurionis factum q̃ Clusii tribuni apud eosdem Romanos uindicatum est. Nam quũ huic Cominius tribunus plæbis diem ad populum dixisset, q̃ militem suum stupri appellasset, non expectauit ille ferri sententiam, sed fuga prius, deinde præ tædio

exilii,uoluntaria morte iudicio sese subtraxit. Quamuis nec sic quoque fato functus excitatum populi odium extinguere potuerit, quin uel ita interemptus publice impudicitiæ damnaretur:ut addictus scilicet infamiæ, perpetuam tanti flagitii notam etiam ad inferos secum ferret. Accusauit &.M. Marcellus.C. Capitolinum sibi in ædilitate collegam,ꝙ ex intemperantia amoris eius filium tantæ turpitudinis appellasset: qui quidem quũ multas causas,multaq; commentus esset effugia,inficeretur q; omnino obiecti criminis noxam:attamen odio tanti criminis,quum nulli testes alii affuerint, solo testimonio pudicissimi adolescentis,quod cum rubore, & lachrymis,iracundiaq; mixta pudore protulerat,grandi est pecunia mulctatus. Sed & apud Græcos aduersus Periandrum Ambraciæ tyrannum factas fuisse insidias, atque à suis ciuibus interemptum prodit Aristoteles: propterea ꝙ interbibendum fœde,quem amabat,puerum interrogasset, an existeret adhuc de se prægnans factus. Nec obscurũ est (ut ad Romanos reuertamur) quanta eiusdem populi exarserit quondam seditio, quũ ex domo fœneratoris addictus adolescens lacero uerberibus tergo prorupisset in publicum, clamans illas flagrorum notas iccirco pertulisse, ꝙ uim corruptoris æquo animo pati noluerit. Ex quo miserantis populi eousque indignatio processit,ut ardentibus graui bello finibus,ad delectum nemo responderit, quousq; per senatum sibi corruptoris supplicio fuerit satisfactum. Hanc eandem sanctitatem maiorum secutus Fabius Eliburnus filium propriis manibus, ob eiusmodi fœditatem,facti ueritate comperta, oblitus præ indignatione paterni affectus necauit. Animosa,atque illustris uindicta Pausaniæ Macedonis hoc loco nullo pacto est reticenda:qui quum in primis pubertatis suæ annis ab Athalo Philippi regis propinquo stuprum per iniuriam passus fuisset,& effectus grandior id apud eundem re-

gem sæpius expostulasset in cassum, nactus tandem occasionem, iram à stupratore in ipsum regem cõuertens, cum in maximo totius Græciæ spectaculo medium inter duos Alexandros, filium dico & generum, occupatum in quodam transitu locorum angustiis, & nihil tale suspicantem occidit, & ultionem quam de aduersario impetrare non poterat, ab iniquo iudice in præmium iniuriarum, & loco amplę mercedis accepit. Sed neq; Democlis pueri Atheniensis facinus in consimili re præclarissimum, ac dictu maxime memorabile, hoc loco prætereundum putaui: qui deprehensus in balneis, per insidias à Demetrio rege, quum intemperantiam illius aliter uitare non posset, in lacum feruentis aquæ, qui proximus aderat, sese proiecit, atq; eo cõsilio ultro moriens se à uiolentia regis, & a tanto scelere uindicauit, uitam malens perdere, q̃ pudorem. Haud multo ferme secius Spurina adolescens Romanus, qui quum ob eximiam corporis formam supra modum uexaretur, dehonestauit sibi faciem gladio, ne sua sibi species negocium faceret, quo minus posset omnibus inculpata pudicitiæ suæ ratio constare. Ab hoc autem flagitio magnus ille Alexander quantum abhorruerit, uel ex eo satis patet, ꝙ quum Philoxenus eius classis præfectus scripsisset ei apud se duos pueros præstanti facie, & egregia admodum forma uenales esse, & num uellet emere percunctaretur: tanta mox ira percitus egregius ille rex fuit, ut sæpius uociferans rogaret astantes: nunquid unquam tã obscœnũ aliquid de se audiuissent, ut Philoxenus hæc sibi probra precio duceret comparanda? Quocirca rescribens post multa iurgia, ac maledicta in illum, iussit ipsum in malam rem cum suis eiusmodi mercibus ire. Eiusdem modestiæ fuisse legitur & Clodius Albinus, qui (ut tradit Iulius Capitolinus) quum mulierarius maxime haberetur, & inter primos amatores: auersæ tamen ueneri semper infensissimus fuit,

& in talem turpitudinem proiectorum acerrimus persecutor.

De continētia Socratis, & de Alcibiade adolescente ultro eum ad hoc nefas blandiciis prouocantem. Cap. V.

LOnge diuersa mente ab his adolescentibus proxime memoratis affectus fuit Alcibiades, alioq nobilissimus adolescēs, & summa ingenii gloria prǽditus, hic mihi nequaquam cum his pudicissimis adolescentibus memorandus, nisi me ad id præstans in ea re Socratis uiri nunquam satis laudati continentia prouocasset: qui nullis prorsus blanditiis lasciui adolescentis pellici potuit, ut in tantum flagitium laberetur. Fuit autē Alcibiades genere, doctrina forma opibus, gratia, suo æuo inter omnes Atheniēses insignis: qui diu cogitans quanam potissimum ratione, arctiori quapiam beneuolentia suum sibi præceptorem amabilius posset, & copulatius deuincire: ultro gratificari ei in ea re cōstituerat, quam ipse existimabat, licet falso, fore præcipuam ad consequendam tanti prǽceptoris beneuolētiam: nescius quantum ille ipse Socrates ab eiusmodi fœditate esset alienus: & si consuetudine adolescentium admodum delectari uideretur. Nā quæ non fecit mollis adolescēs, & quæ machinatus non fuit (ut legimus apud Platonē) dum per fœdam illam consuetudinem ei magis conciliare sese uelit? Nam non prius à proposito destitisse perhibetur, quàm noctu in eius amplexus irrepserit: à quo tamen (ut ipse postmodum asseruit) non aliter surrexit, quàm si cum patre, aut maiori natu fratre iacuisset. De eo uero quod apud eundem auctorem Aristophanes laudat, fictū utiq̧ esse cōstat, neq̧ ex animi sentētia magis dictū, q̄ ad ostentationē ingenii & argumentādi causa à Platone disceptatum. At re uera Plato ipse in suis legibus, hāc turpitudinē nefariā tanq̄ homicidii pec

catum ubiq; acerrime detestatus est: dicitq; inter alia, nõ minus homicidam censendum, qui eo coitu hominem præripit nasciturum q̃ qui hominem iam natum occidit. Audaciorem quidem haberi posse dicit, qui præsentem uitam abrumpit iam nati, at crudeliorem, qui lucẽ inuidet nascituro: & quantum in se est nondum genitũ necat: quod fit, quum ibi seminatur, ubi nequit semẽ agere, ac nasci nullatenus potest.

Graue esse sodomiticum peccatum, grauiterq; puniri. Cap. VI.

QVanta autem sit huius nefandi sceleris immanitas uel ex ipso illo. D. Augustini testimonio patere satis potest, qui grauitatem tanti criminis doctissima sic argumentatione collegit. Adulterii, inqt, malum uincit fornicationem, id tamen uincitur ab incestu: peius est enim cum matre, q̃ cum aliena uxore cubare: sed omnium pessimum est, quod contra naturam fit. Hæc ille uere, & sapienter. Cui ergo uideri mirum debet, si tam graue scelus, grauissimo etiam supplicio
Gen. 19 puniatur? Nam propter hoc scelus legimus in finibus Arabiæ in regione palæstina Sodomitarum gentem in quinque opulentissimas ciuitates diffusam immisso desuper diuinitus igne ac sulphure uno simul incendio uniuersam fuisse consumptam: atque urbes in sterilem puluerem ac fauillam redactas in exemplum eorum (ut asserit apostolorum princeps Petrus) qui impie acturi sunt. Nam & ignis ibi qui Sodomitas semel exussit (ut
2. Petri. 2 narrat uenerabilis Beda) & terra illa adhuc fumida appa ret. Constat enim pulcherrimo aspectu ibidem fructus nasci, sed intus nihil habentes sub cortice nisi cinerem, & foetorem. Quod manifeste innuit omnibus sectatoribus eiusmodi foeditatis, carnalem delectationem & si stultorum mentibus in præsenti blandius arrideat, nil

tamen habere nisi falsam speciem uoluptatis: & re uera in fine tantummodo fumum, et incendium reseruare. Ferunt nocte quoque qua Christus Iesus prodiit ex utero uirginali, in hanc mundi lucem, ut in incorruptis literarum monumentis proditũ est, et diuus Hieronymus affirmat in ea prouincia, cunctos qui ea turpitudine tenerentur, ad unum repentina morte sublatos. Noluit siquidem totius naturæ conditor, & instauratos, ac humani generis redemptor Christus Deus ibi in suo ortu, euersores iuris humani, & destructores naturæ incolumes superesse. Verum si quum ad seruandum, & parcendũ uenerat, improbum hoc genus hominũ perdidit, quid tunc quum ad iudicandum, atque ulciscendum uenerit, facturum existimemus? Sed quid plura attinet de tanto abusu ueneris recensere? Satis nota flagitii grauitas est, absq; eo, q̄ atrocius exaggerare quisquam hoc uitium artificiosa oratione laboret: et ideirco dimisso tanto foetore de fornicatione dicamus. Nam, ut recte ait Plato, qui bene beateq; uiuere uult, non modo à maribus sed etiam à mulieris innuptæ nefaria libidine abstinere debet: nec aliam, q̄ suam quemq; uxorem contingere: nefandum esse affirmans spurios procreare, et genitale semen mandare meretricibus. Præclare id quidem Plato at quanto præclarior ac sanctior. D. Pauli sententia dicentis. Nolite errare fratres: neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neq; molles, neque masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt. 1. Cor. 5

Quàm peruerse faciant, qui spreto cõnubio scorta sequuntur, et dũ legitimos liberos uitant, nothos educant. Cap. VII.

PRoximum ergo uidetur esse, ut eorum impudicitias arguamus, qui aspernati uxores, q̄bus possent honestè uti, ac licitè, si uellent, meretricios

amores,atq; interdictos concubitus consectantur:exosi uel ob id nuptias,quod sint hæ ubertate liberorum fœcundæ,& fertiles:ex quo prædiis,fortunisq; aliis frustillatim, multipliciterq; conscissis,inopia rei familiaris sæpe tam ipsi, quam posteri affici soleant.Haud equidē inficior: solet id quidem euenire:sed est hoc in manu domini, qui ad bonum cuncta nobis ex sua prouidentia disponit. Vobis ergo non attinet ista prospicere,at magis intelligere, quomodo interim hoc falso consilio, easdem ipsas familias,quas pollere maxime cupitis obscuratis ipsi maxime:& uos interdictæ ueneris sordibus inquinatis. Neq; enim attendunt hi qui hæc cogitant quàm inique faciant,quod antiqua patrimonia,quæ legitimi liberi multo rectius inter se partiri potuissent, spuriorum improbitas,& meretricum ingluuies funditus, ueluti abyssus, & inexplebilis charibdis, absorbeat: nec intelligunt quàm peruerse omnia pietatis humanitatisq; iura subuertant:quum proprios,utcunque è se natos liberos impie exponentes abiiciant:ut legitimos nepotes ditiores efficiant:addicentes interea miserrimos illos, si mares, ad seruitutem,si fœminæ ad lupanar & stuprum : ut nihilo plus nefarium sit eos generasse nothos,quàm perdere inopes.Profectò quisquis hoc non uidet excors est,delirus, ac prorsus amens. Nam quis sanè mentis non uideat,qualis,quantaq; hęc impietas sit,quàmq; præposterus,ac pturbatus ordo charitatis, illam ipsam scilicet charitatem,quæ liberis naturali iure debetur, ab his misellis in nepotes cognatos alios iniquo iure traducere? quando(ut est in trito uulgi sermone) tunica pallio est propior.Num quid tibi minus liberi propiores sunt,quàm nepotes? Cæcus admodum, ac etiam prorsus stultus,quicunque,sibi persuadet, maiorem sibi habendam esse rationem nepotum, quàm liberorum, quoquomodo hi quidem geniti aliena culpa , & ui

tio parentum fuerint. Haud planè intelligo, nec mirari satis possum, unde his incessit miseris tanta & tam dira uecordia, ut animum induxerint suum id sibi, posteritative suæ conducere ullo modo posse: quum ob eiusmodi cœlibatum, antiquæ frequentesq; familiæ ad paucos redactæ deficere soleant sæpius, quàm ditari: atque ex defectu prolis in aliena tandem uel cognatorum, uel affinium transire cognomina: aut etiam, quum ii forte desint in. R. publicam uerti. Quam ob rem perspicuum esse satis potest, quàm peruersum sit, atque profanum ita appetere cœlibatum, ut fornicationem non uites: ita connubio iustæ uxoris abstinere, ut interdictæ concubinæ delecteris amplexibus: ita prolem legitimam fugere, ut spuriam male tollas, aut quod peius est, perdendam exponas: quæ & si educari contingat, destituta tamen omni fauore paterno, solam parentum pœnam hæreditabit, affecta probro, & inopia miserabili. At quanto satius est uxorem ducere, legitimos liberos procreare, & eos si fortè facultates minus sufficiant, ut regio possint luxu uiuere, honestis artibus instituendos curare: quam sic inique contra legem, pietatemq; delinquere, & proprios liberos nulla eorum culpa perdere: qui undecunque nascantur, modo parentum impudicitiam non imitentur, & Deum rite colant, amore sanè digni sunt, neque magis, minusve ex eo chari censendi, quàm legitimi. Proinde procurare in primis parentes decet, ut filii sibi sint ex legitimo matrimonio concepti: aut si forte contingat habere sic male natos liberos, nequaquam abiicere eos à se, atque perdendos exponere: quin potius alere, ac paterno affectu, ubi per ætatem licuerit, uel disciplinis literarum instruere, uel mercatura, uel etiam agricultura, aut alio quouis honesto opere quo possint sua sibi ipsis miselli

industria ac labore uictum,uestitumq; parare. Tantum quæso,ne addicas eos ante adultā ætatem religioni, ut plerique factitant:neue ascribas sacerdotio à quo legibus arcentur,atque idonei non sunt:quicquid hac nostra tēpestate mala licet consuetudine fieri consueuit. Quod uero ad legitimos liberos attinet, quid nam est ꝙ inopiam uerearis,si hoc quoque modo eos pro re educare,atque instituere uolueris,ut suo postmodum ingenio uel industria,uel literarum disciplinis,ac aliis bonis,honestisq; rationibus,proprioq; marte(ut aiunt)quod sæpe contingit,ubi deesse opes uident)possint augere patremonia,& ea quidem multo opulentiora posteris reddere, q̄ ipsi à parentibus acceperunt:atq; ita prole, diuitiis,honoribusq; locupletare,honestare, ac propagare familiam,quod præcipuum,& proprium munus est nuptiarum. Hoc & enim pacto & ipsæ familiæ,& propinquorum,cognatorumq; res mutuis fauoribus efficiuntur proculdubio meliores,sine ulla offensione Dei, & citra iacturam,atque contumeliam liberorum. Homini quidem honestis parentibus genito, ingenueq; educato,magis plane opitulatur uirtus,q̄ diuitiæ: ita ut illi ad honores,& cætera consequenda(modo illa adsit) mediocri plane fortuna sit opus. Quid ꝙ opes & facultates fluxæ & caducæ sunt,nec in potestate cuiuspiā possidentis? Videmus enim quo modo quotidie ipse rerū omnium conditor,& largitor Deus ex pauperibus diuites,& ex diuitibus rursum pauperes faciat: iuxta illud Dominus pauperem facit,& ditat,humiliat & sublevat. Incerta utiq; sunt hæc omnia,& ideo fortūæ bona me-
1.Reg.2 rito appellantur,quæ nulla possunt certa ratione uel cōparari uel comparata retineri:sed casu nescio quo, modo uni,modo alteri per uices instabili possessione traduntur. At uero uirtus publica possessio est,atq; indifferenter omnibus sese communicat: modo nec uilitate animi,nec laboris tędio negligatur. Et enim duplex esse

patrimonium

patrimonium constat, quod à parentibus dari solet: alterum ex rebus pereuntibus, quod fortuna moderatur: alterum uero ex uirtutibus, quod perpetuo manet: nec est in fortunæ potestate, & hoc ab inope quantumuis parente liberis potest abunde tradi, & absq; metu dilapidationis, aut alterius cuiuspiam iniuriæ tutò dimitti. Sed de his inferius sexto libro dicetur, ubi de liberali & casta educatione liberorum tractabimus.

Valde molestum esse sequi meretricios amores. Cap. VIII.

SEd ne tantillo quidem minor insania illorum censenda est: qui non rei familiaris ratione, ut hi, quos modo dicebam, sed ueriti unius uxoris insolentiã, assuescunt ferre, & perpeti procacitatem multarum meretricum, de cinere in prunas (quod dici solet) transilientes. Et enim quid insanius, q̃ ereptum uni iugo collum, id postea multiplici deuincire capistro? & ex atriensi seruo fieri uilissimum culinæ, seu pistrini mancipium? Quid nam quæso uilius, aut turpius adde etiam, perniciosius, q̃ seruire, & subdi turpiter imperio meretricum? quæ quidem eatenus student suis amatoribus obsequi, usque dum eos emungant argento, & quo ad pergant sibi suppeditare, quibus sese exornent superfluis, & ingurgitent, ac infarciant, ut altilia, & sues ipsi domestici solent. Nulla est enim meretrix, quæ eum ipsum, quem fecit inopem, ferre possit, aut quem expilauit diligere. Proinde probe Plautus in comœdiis. Meretrix, inquit, tantisper blanditur, dum illud, quod rapiat, uidet. Quid in uideat? oculatæ sunt ei manus. Non lepidius sane magis, q̃ uerius à festiuissimo poeta confictum atq; expressum est ingenium meretricis. Nam perspicuum, atque exploratissimum est, ubi primum defuerint munera, quæ dones, statim pariter defuturam tibi & amicam, quæ amet: eruntq; subinde & irrita, & ingrata omnia,

quæ ante dedisti: quando ea sola amabaris gratia, quia dabas. Non enim considerat hæc de quanto, sed quantum accipiat, & quicquid non accipit, sibi ablatum putat. Nam ei, quæ propter pecuniam amat, idem est terminus amoris, qui & spei: & quam tibi tua copia fecit amicam: eandem mox tua inopia à te faciet alienam. Quid credis? non os sed æs tuum amat: non delitias, sed tuas diuitias: utq; te cœpit eius forma, ita eam tua pecunia. Amat enim meretrix q̃diu è conferto promit penu: id ubi exhaustum uidet, è uestigio inde, tanquam è pestiferis ædibus fugit. Itidem planè facit ut formica, quę horreum tandiu frequentat, quatenus inuenit, quod abripiat: atque hirudinis more, mox ut euacuata est succo uena, laxatur: q; autem meretrix ulla exaturetur aliquando, ut hirudo, ubi plena cruoris est: caue ne id unquam speres: superfit modo uoraci gulæ, quod hauriat, & auaris manibus, quod rapiant. Est enim meretrix tanquam dolium pertusum, quod nũquam repletur ad summum: sed semper indiget, semper exposcit. Præclare rursum comicus, Mulieres, ait, nihil aliud curant, nihil aliud agunt, q̃ quomodo aliquid ab amatoribus extorqueant. Iccirco instructa egregie his artibus Syra lena apud Terentium, Philotem meretricem adolescentulam edocet serio, & ex more, ut quenq; nacta esset amatorem, eius nunquam misereat: eum spoliet, mutilet, laceret. Interim uero quid quæso miser amator ita desertus, spretus, atque exutus faciet? Quid inquam faciet? quum deerit iam misero egenti præ inopia laquei precium? Miserrima quidem afficitur ærumna, qui egens amat. Etenim si is explere solitam libidinem suam deinceps uolet, misellæ fœminæ, & dyabolaris cuiuspiam coitum exigua stipe mereari sibi necesse fuerit: quæ, quum uulgatum corpus habeat, ulcerosa scabie, quam gallicam Itali appellamus, non utique carebit. Quocirca misero homini paratum

erit illico pestilens huius morbi contagium: quod uel unico congressu solet contrahi: subinde languor, macies, pallor, dolor, ulcera, inopia rerum, desperatio salutis, mors, & post mortem denique infernalis gehennae: quo uelut ad suum mare decurrit tandem omnis inhonesta uoluptas: illic enim usuras suarum uoluptatum pendit omnis impudicus. Ah quanto satius est tibi praecauere antequam corruas: & mutare mores antequam alligeris dolis, ac fraudibus meretriciis: & anteq̃ pastomides tibi, uti equo, de naribus urgentes pendeant: & antequam denique ulceribus scateas, & doloribus conflicteris: quia tunc sero sapies: & in cassum tui te poenitebit erroris. Per quàm eleganter quidem apud T. Liuium nostrum legimus, Fabium illum maximum dixisse aliquando: euentum rei stultorum magistrum esse. Sic & Damon ille uergilianus sero sapiens. Nunc scio, inquit, quid sit amor. Quasi non prius eum nouerit, quàm perierit. Expresfius quoq; de hac ipsa re Phedria ille terentianus. Indignum facinus clamitat, nunc ego & illam scelestam, & me miserum sentio, & taedet, & amore ardeo, & prudens, & sciens, uiuus, uidensq; pereo: nec quid agam scio. Multo ergo consultius fuerit interim id quenq; prospicere, & edoctum alienis malis prouide sibiipsi cõsulere: & uel iuxta Dei legem, nuptiis legitimis copulari: uel retinere mordicus propositum castitatis: & imperiosos carnis motus temperantiae disciplina reprimere, & eripere sese opportune ex tantis malis edoctum alienis exemplis. Extat enim uetus adagium, Optimum esse nos aliena frui insania.

De intemperantia, & procacitate concubinarum. Cap. IX.

NEgabis te fortasfis teneri meretricum amoribus quũ una tm̃ tibi cõcubina sufficiat. At q modo

si una tibi concubina satis fuerit, non itidem & illa erit uno fornicatore contenta, quinimmo extorquebis ut hæc oculo contenta sit uno: ut ait ille. Alii enim adni-ctat, alii adnutat, alium amat, alium tenet. Extat Plautinū illud: Matronæ, non meretricum esse, unum inseruire amantem. Nam hæ, dum rescitum iri credunt, tantisper cauent. At si sperant fore clam, rursus ad ingenium re-deunt suum. Has interea si argus seruet, qui oculeus to-tus fuit, quem quondam Io custodem Iuno dedit, nun-quam poterit obseruare, quin aliis quoq; deseruiat amā tibus. Vnus autem esse solet fere meretricibus mos, ut qua fraude amatorum suorum opes per summum sce-lus exhauserint, easdem mox & ipse in alios per intem-perantiam amoris effundant: quodq; uni dolose surri-puerit, alteri eisdem & ipsæ elusæ dolis elargiantur. Quota quæq; iccirco meretrix reperta, quæ partas eo modo diuitias in extremo uitæ seruauerit, ut egere non cogatur? Spoliant hæ quidem alios, & ab aliis pariter expoliantur. Quæ, malum, ergo insania tua est, ut spe-res tibi meretricem fidelem, quæ nec ipsa sibi est unquā fidelis? Quid quæso esse tam turpe putas, quod uerea tur proterua mulier, uel animi, uel lucri causa facere? si modo id impune, aut secreto speret facere. Verum in his rebus, modo non deprehendatur in facto, oc-cultum sibi quodcunq; fore promittit: quum eiusmo-di furta nullo aperto signo, aut testimonio cōuinci cer-to possint. Adde q; iam ipsa te (licet dissimulet) fastidit, ac plane odit. Quid est cur non oderit? tum ex nimia consuetudine, quæ in his contemptum, ac satietatem so let parere, tum ex eo, q; dedignaris eam ad sponsalio-rum honorem ex meretricia sorde subuehere, quod ex-petit maxime, & quod sibi credula, falso licet animo, iā persuaserat, ac promiserat certo futurum. Quam spem postquam extenuari, atq; euanescere diuturnitate uidet, supramodum, & ultra quàm credi par est, tibi infensa,

atque infesta redditur: meritoq; id facit tuo quod facit: quum eam tam male amando perdas. Huc accedit, ꝙ quum cito expellendam se è domo tua omnino intelligat, uel si quãdo te pœniteat peccati, uel (quod facilius accidere potest) si præmori tibi contingat; tunc uelut Harpya rapax, senis (ut dici solet) manibus te expilat, ut in rapiendo uulturi plus sit humani, quatenus cum maximo tuarum rerum, famæq; dispendio inopiæ succurrat suæ, ne propediem anus facta atrum sibi panem mendicet.

De infido amore concubinarum, & meretricum. Cap. X.

AT tu forte dicas noster amor est mutuus, ideoq; syncerissimus: amatq; ipsa pariter, sicut amatur. Sed heus tu, scire uelim unde id noris? An nescis nihil amore incertius, nihil difficilius cognitu hoc uno, quod dicis? Nam ꝙ tu amas, haud dubie tu quidem nosti: ꝙ autem uicissim ameris, nihil omnino obscurius esse potest. Parum, aut nihil profecto sapis (quisquis es, bona uenia audias) si tam facile fœminæ quicquam credas: cui fere plus proprium est mentiri ac simulare, quàm parere. Ollæ amicitia hæc est, ut in prouerbio dicitur. Quare nihil est prorsus, nisi desipias, ut impudicæ mulieri fidendum putes, etiam ꝙ id tibi millies promittat, ac iure iurando confirmet. Sexus enim leuitas, consuetudo mentiendi, fallax ingenium, fallaciæ fructus, mala mens, malusq; animus faciunt, ut quicquid ex illius ore prodit, & insidiosum, & suspectum sit. Fœminæ quidem, ut ait lena illa Plautina, rarenter uere amant, sed amare se simulant: neque ulla mulier habet cordolium. Hæc ibi. O te ergo miserum, immo miserrimum, qui tantis obcæcaris tenebris, & tanto errore duceris, ut impudicos affectus, & libidinem fœdam amorem dicas, aut credas, potius quàm furorem. Quis sa-

næ metis neget id esse amentiam, & manifestam phrenesim: duram scilicet, & immitem amicam, gratam, & iucundam uideri? & quæ ob suam improbitatem, summamq; petulantiam odio est maximo digna: eam ipsam uel ex eo imprimis & amari uehementius, & coli? Expergiscere aliquando miser, & uel sero lymphaticam hanc decoque temulentiam. Quo nam modo ab ea te amari speres? quæ blanditiarum prætextu in te gladios acuit, grassaturq; siccario quouis cruento sæuior? Non uides? non sentis? tibi rætia tendit, tibi præcipitia parat: te deuorat: te discerpit, te lacerat. Quonã pacto uerum & syncærum hũc amorẽ dicere audes? à quo die noctuq; agitaris tanquam miserum mancipium: & in quo (iuxta comicum illud) hæc omnia insunt mala: iniuriæ, suspitiones, inimicitiæ, induciæ, bella. Cui quæso denique fidere potes fœminæ, impudicæ præsertim? quum scite dicatur à sapientibus uiris: mulierem, quæ aperte est mala, eam esse tum demum bonam? Quasi nulla non mala sit: sed minus noxia, quæ palam est mala, quia uitari facilius potest. Heu te ergo imprudentem, & tardum, qui non intelligis huic te quàm infœlicissime seruire: atque ab hac uendi, & in eo nunc stare lapide, in quo (ut aiunt) præco prædicat te uenalem.

De ueneficiis concubinarum. Cap. XI.

AN parum tua referre putas, esse te meretricis mancipium? Qualia credis tibi pocula parari, dum ne se deseras, timet: dum aliam ne præferas sibi ueretur, dum trepidat ne quando sui te sacietas capiat, aut sui tædio affectus procul abigas, atque uel sic semiexpilatus ẽ suis tandem unguibus liber euoles. Interea uero dum trepida, & anxia eiusmodi casus pauet, quas non adit ueneficas? quos

non consulit magos? quæ philtra præterit? quid in-tentatum relinquit? quid non experitur solicita ne tu te quandoq; ex suis explices laqueis, atque paratas in te insidias tutus euadas. In hoc sanè studio omnis eius cura industriaq;. consumitur: ut nihil prorsus cogitet aliud die noctuq; quàm quo modo te sibi uinctum, ac obnoxium perpetuo reddat. Tu formatus in statuunculam cæream acu transfoderis, igne liquesris, litio uinciris. Tibi menstrui uirus, tibi effosi cadaueris ungues, tibi rubetæ uenenum, tibi hippomanes, ac nefandissima quæq;, & fœda dictu undiq; per quisita, pro amoris poculo, egregia tua hæc amica propinat. Nullis enim sordibus parcit, à nullo medicamine manum cohibet, a nullis carminibus linguam frænat, nullum deniq; maleficium reformidat: quousque suis tibi ueneficiis, & amatoriis fascinationibus animũ, mentemq; ademerit: & quasi Circes quædam transformauerit te in monstrum eferum, uel potius (ut accidit sæpe) te necauerit. Quid credis? quòd desipis inde est: expectorauit tibi ex animo omnem sapientiam: & exuit te quicquid habueris aliquando rationis. Inde animi caligo, & magna obliuia rerum. Tota planè uita meretricis nil nisi ueneficium est, quũ parum fidat suis ipsa lenociniis, fucisq; mendaciorum. Nam inueterata usq; ad hæc tempora durat persuasio, in ueneficiis, & herbis, fœminarum superstitionem, notitiamq; præualere. Quid non facere potuisse feruntcarminibus, & herbarum potentia Medeam? Circem? Erichthonem? Canidiam? & alias permultas antiquas ueneficas à poetis ubique celebratas? de quibus & si multa dicantur, quæ fide careant, ac maiora, quàm par sit credere: implent tamen nos admiratione, & cogunt fateri mirabile esse, quod herbarum uis faciat: quum & tot scriptorum assertio, & fere omnium assensus, naturæ uox sit habenda. Extat censorium dictum, uel po-

tius oraculum. M. Catonis asserentis nullam esse impudicam, quin sit protinus eadem & uenefica, & ueneficii simul rea. Quam frequens autem, & q̃ familiaris ueneficiorum usus fœminis esse soleat, ita quõdam à Romanis deprehensum fuit. Nam, ut T. Liuius narrat, quo tempore ex optimatibus, & primoribus urbis Romæ multi incognita peste morerentur, ab ancilla tandem patefactum est complurium matronarum scelus, quæ uiros suos clandestinis insidiis aggressæ subito ueneno necarent: quocirca re in iudicium protracta, centum, & septuaginta numero fuerunt, quę uiros sic interemerant: quæ omnes sub uno simul iudicio, capitali supplicio damnatæ sunt. Quis ergo, si uxores, quum aliquo exagitantur furore, letalia medicamina soleant maritis exhibere, sperabit sibi meretricem fidelem? quandoquidem hæ sint natura ad hominum perniciem semper instructæ: & præ uxorum moribus feroces, & rabidæ leænæ potius censendæ, quàm fœminæ?

De truci meretricum ingenio. Cap. XII.

Quam improbi uero, q̃q; feri sint meretricum mores, nulla potissimum ratione arbitror posse facilius explicari, quàm si bestiarum quantũuis ferarum ingeniis conferantur: quãdo illas hæ sæpe numero & anteeant sæuitia, & adęquent furore. Immutat enim eas nimia malitia ex optimo ac mitissimo, animali in atrocem naturam, ferosq; mores belluarũ: usq; adeo ut multis sæpe nominibus illarum hæ superent ferociam. Quid enim inter armenta tauro pugnacius? quid ea ceruice durius? tamen facile deposita feritate mitescit: discitq; moriger & mansuetus subdere ceruicẽ iugo: ac officiose parere imperiis sibilis & uocibus bubulcorum. At fœmina improba indomabilis est: nullaq; uel ui flectere, uel obsequio demereri, eam potes,

ut,tractabilis,grata,mitisve fiat. Quid in syluis leone sæuius,uinculorum tamen patiens factus & innatæ truculentiæ oblitus,fera ora magistro suo tractanda supponit. Inter serpentes quid perniciosius aspide? incantantium tamen per tracta carmine deponit uirus, mitisq́; ac placida finit se innoxiam hominum manibus contrectari. At impudica,ac procax meretrix, ut illum ira, sic & hanc superat ueneno: atque quo timetur minus eo magis lædere solet. Non enim formidatur, ut leo, nec eultatur,ut aspis,quum tamen utroq; nocere plus possit. Danielem in lacum demissum reueriti leones hominis innocentiam,prostrati adorauerunt. At Iezabel meretrix Naboth iustissimum, atq; innocentissimum uirũ nihil uerita,circunuentum falsis testimoniis, lapidibus ciuium suorum iniq; obterendum dedit. Heliam quoq; quem corui seruorum in morem seduli pauerant, cadẽ fœmina,ut unà cum Naboth perderet,diu sæuitia plus quam fera immaniter persecuta est. O muliebris ergo nequitiæ detestanda crudelitas, feræ parcunt, aues pascunt,mulier insidiatur,& perimit. Feris itaq; bestiis merito confertur fœmina iniqua,atque eis immanitate, sæuitiaq́; præponitur. Feræ siquidem bestiæ haud temere quenquam lædunt,nisi prouocatæ: at mala fœmina ultro sæuit,nec in ullos ferocit grauius,quàm in eos qui de se bene merentur. Quis ignorat,& tigrides,& ursos mitiscere interdum,& lupos,& apros, ac ferocissimas quasq; belluas solitas inter homines aliquando mitigata feritate uersari? atque mites, & placidas ad hominis gratiam mansuescere? quin & elephantorum feritatem usque ad seruilem operam deducit assidua cõsuetudo & blandum obsequium nutritoris: at obscœna mulier nulla ui,nullo humano studio cicurari potest, ut ab inferenda iniuria odii exaturata desistat: & innocua inter homines commoretur. Immo furore plusquã ferino correpta,iniuriis æq́;,ac gratia ex impetu ingenii sui rapitur

Dan. 6

3. Reg. 21

Ibidẽ. 17.

ad offensam: ac nemini ferè plus nocet, quàm cui plus blanditur: ut in summa & irata, & blanda iuxta sit pessimum animal fœmina meretrix. Quocirca minus mihi rectè uidetur respondisse Bias ille sapiens Graeciae cuidam interroganti, quod esset animal omnium maxime noxium: quum responderit: inter immitia uidelicet tyrannum, inter mitia adulatorem. Fortassis rectius respõdisset (ut arbitror) inter mitia pessimum animal esse fœminam blandam, & nequam. Est enim quoquo modo te habeas erga eam noxium animal fœmina improba: uehemensq; immoderata in utranque partem: nam aut amat, aut odit immoderatius: nihil est medium. Nescit haec amare, sine furore, nescit odisse sine pernicie: idemq; huic ferme exitus est, & odii uiolenti, et amoris insani. Liuia uirum suum interfecit, quem nimis oderat: Lucilla uero & ipsa suum perdidit, quem nimis amauerat. Illa sponte miscuit acconitum: haec imprudens pro amoris poculo propinauit uenenum: dispari quidem animo, sed pari euentu hostis utraq; marito: illa dum grauius odit, haec dum amat intemperantius. Neque admodum mirum est, si hoc saepe contingat furentibus fœminis: quoniam, ut ait Cicero, mulier naturaliter abundat audacia: cõsilio autem, & ratione deficitur. Et ut de amantibus interim taceamus: nihil uidetur iratae fœminae, quem odit hominem, neci tradere: & utcũque tollere de medio: nihil uiolare iusiurandum, nihil fas, nefasq; confundere: & mare cœlo (ut dici solet) & cœlum terrae miscere. Mulier iniqua quicquid est malae supellectilis secum ferre, atque assidue gestare sinu solet: linguam scilicet fallacem, manus furaces, oculos fascinantes, cor infidum, falsum consilium, praeceps iudicium uentrem deuorantem latifundia. Addas his acconitum, maleficia, bella, uastitates, incendia: & quicquid denique est usquam mali, aut rei pestiferae in orbe uniuerso. Per quàm sanè uerum

est, & falsum illud de muliere prouerbium. Ignis, mare, mulier tria mala. Hæc interdum nequiter blanda est, & quos plus oderit, amare plus simulat. Interdum uero nequiter irata, ut quos plus amat, illos plus angat, atque aspernetur magis. Verum quia inconstans est, atque natura iracunda, nescit diutius amare: quia ultrix, & tenax odiorum, atque memor iniuriarum, nunquam uere reconciliatur, sed perpetuo odit: quia petulans, et lasciua, nunquam uno amatore contenta est: quia auara, & procax, nulla ei patrimonia sunt satis: quia fallax, & adulatrix nulli unquam fidelis: quia temeraria, & impudens, diffamare quemlibet non ueretur: quia loquax, et garrula, tacere id tantum potest, quod nescit: quia denique (ut semel finiam) est præceps, improba, & discors, odia, rixas, simultates nunquam intermittit serere: lites, & turbas, inter amicos, cognatos, & fratres gratis concitans: ita ut domi, foris, in patria, & peregre, semper mali aliquid paratum habeat: sed ante omnia, facem, & fomitem ad conflanda libidinis incendia: turbinemq; & tempestatem ad castitatis naufragium faciendum.

Qualis sit fœmina impudica, & q̃ pessimum malum. Cap. XIII.

SEd quid est opus hic aliud de mala fœmina dicere, q̃ quod nobis paucis uerbis Chrisostomus scite admodum, & uenuste aureo suo patefecit eloquio? suisq; (ut aiunt) deliniauit coloribus? Quid est, inquit, mulier, nisi amicitiæ inimica? ineffugabilis pœna? necessarium malum? naturalis tentatio? desyderabilis calamitas? domesticum periculum? delectabile detrimentum? mali natura boni colore depicta? Profecto tam belle, tam graphice sapientissimus doctor

id monstri genus à pede ad caput(ut dicitur) depinxit nobis,ut nihil quicquam ferè ad effingendum illius ingenium addi ulterius sit opus. Quocirca multa de industria prætermitto quum quia satis iam dictum uideri potest:tum etiam quia omnia notiora sunt,q̃ ut hic necesse sit à me effusius recenseri.Transeo ergo ebrietatē, fastum, auaritiam,& mille id genus uitia ,quibus solet naturaliter fœmineus sexus affluere : numero planè obruimur ipso,& quo plura dicimus,eo plura, & maiora supersunt. Probè sanè de meretricibus Plautus.Mare,inquit,non est mare,uos estis mare acerrimum. Porro quæ tam immanis charybdis:quodve tam præruptum barathrum fingi à poetis usquam potuit: ubi tot naufragia fiant,aut quod tot tantosq; exorbeat fluctus, quot quantasq; uoracissima hæc scorta miserorū amātium opes exhauriant? Quæ tam furentibus, aut ieluonis implexa canibus Scylla? Quæ tam profunda Lerna? Quæ Hydra tam multiceps,totq; scaturiens colubris? Quæ pestis,aut monstra deniq; tam horrenda, tā dira,uel inuenta,uel ficta usquam : quæ huic monstro hominis,maloq; ualeant comparari? Siue hæc sint fallaces illæ Syrenes,seu Chimera illa decantata, aut illud Hippocentauri portentum,seu sæua Gorgon, seu Pandora illa omnium morborum refertissima,seu Spinx illa uersuta,aut uenefica Circe,uel Parcæ illæ inexorabiles,aut Eumenides diræ.Hæc est illa bellua,quam ducē Pœnum Hannibalem in somnis uidisse perhibent ,syluas,agros,uillas,uicos oppida,& quaqua incederet,cūcta uastantem:sibiq; tunc dictum fuisse, eam esse Italiæ deuastitionem . Atrocior hæc sanè pestis, magisq; noxia,quippe quæ non Italiæ tantum,sed toto orbi ruinā afferat.Sunt enim meretrices omnium scelerum publica,atque aperta gymnasia , ubi prima addiscuntur elementa malorum, & maleficiorū omnium:& ubi adolescentes in primo statim ætatis flore erudiuntur, aut

potius corrumpuntur ad nefas. Hæ syrtes, & latentes scopuli, in quibus sæpius nauigantes, ubi minime timebatur, illidunt. Hæ capharea saxa, in quibus facile periclitantur in cauti, Hæ Symplegades, quarũ concursibus depræhensæ miseræ animæ intermisso patriæ cœlestis cursu demerguntur in abyssi profundum. Hæ sunt illæ ad mirandæ tenacitatis Echineides (ut dicitur) quæ sistunt classes: & naues quantouis magno uentorum spiritu concitatas. Hæ sunt ut Polypus tenax, qui quodcunque brachiorum flagellis semel apprehenderit: nunquã remittit. Placet hic eximios Vergilii uersus referre: quibus describens fœdas illas, & rapaces Harpyas: alludit expresse, & elegantissime per eam similitudinẽ ad mores, & ad meretricis naturam. Canit enim (Virginei uolucrũ uultus fœdissima uentris) proluuies, uncæq; manus, & pallida semper. Ora fame, per uolucres quidem significat meretricum instabilitatem: Per uultus uero uirgineos, formam indicat, & simulatam simplicitatem, qua capiũtur imperiti: per proluuiem autem: & famem ostendit immensam earum ingluuiem: quia nunquam saturantur: sed ore patulo semper inhiant rapinis: promptæ semper: & paratæ, tanquam infernus ad hauriendũ & absorbendum quicquid eis obiiciatur: fœdissimam iccirco adiecit, propter earum obscœnitatem, sordidissimosq;, atque impurissimos mores: uncas quoque manus addidit haud temere: ad ostendendam earundem rapacitatem insatiabilem, qua utuntur in expilãdis amatoribus. Huc illud etiam credo tendere, quod Plato dubitasse uidetur, utro in genere ponat mulierem, rationalium animalium, an brutorum: uolens ea dubitatione (in fallor, stolidam, ac ferinam huius sexus indicare naturam.) Idem ferme intendit, quum fœminarum generationem in Timæo sic descripserit: quam hic: & si parum homini christiano conuenire uideatur, tamen referendam censui: non ut aliquo pacto credatur: sed ut ad

ea, quæ dicimus maius afferat ueritatis argumentum. Ait enim iuxta Pythagoricam disciplinam, quicunque uirorum iniusti, timidi q; uixerint, ubi mortui sunt, in generatione altera, quam somniarat Pythagoras, post legitimum annorum curriculum, in fœminas solitos esse, conuerti. Ridicule sane, at si quid tamē certi de eiusmodi ab inferis regressu religio christiana teneret, facile quidem esset credere, uel exprobabili argumento fœminarum uulgus, non nisi reprobas animas fuisse sortitum: quum tam iniustæ, ac improbæ fere sint, atque ita uiuant in omnem licentiam dissolutæ, ut nullis satis possint aut terroribus, aut fustibus, aut legibus coerceri. Primus omnium (ut tradit Aristoteles) Licurgus legumlator mulieres conatus est deducere ad leges: sed ubi illas repugnare, & acrius quàm par fuerat, detrectare imperium uidit, earum peruicacia uictus cœpto destitit. Quid si etiam illud prædictis addam: quod ad confirmandam hanc sententiam recte adiici posse uidetur: mulieres scilicet asperrimæ cuiusque calamitatis semper duces; atque auctores fuisse: iuxta illud uergilianum, Causa mali tanti fœmina. Quod usque adeo uerum est, ut nullum ferme insigne malum, acciderit: quod fœminæ cuipiam non feratur acceptum. Hinc legimus translata regna, euersas urbes, exactos, ac trucidatos reges: hinc cædes, incendia, depopulationes, deuastationes, exilia, egestatem, inopiam, & sexcenta mala, uel his peiora, tam publica quàm priuata. Testes sunt Hebræorum, Græcorum, Latinorum, ac cæterorum gentium historiæ, ut uel pene tam turpe sit id à quoquam ignorari, quàm à me superfluum recenseri. Huius generis exempla affatim suppetunt scire cupientibus: atque adeo frequentia, ut si uelim commemorare singula, possim in ea re iustum uolumen efficere: & propterea

desistam in præsentia in his rebus orationem diu-
tius occupare. Nota satis prima labes, & totius hu-
mani generis atrox ac lachrymosa pernicies. No-
tum uniuersale diluuium, excidiumq; troianum: &
notus Herculis rogus, comitatus Vlyxis, Terei
mensa, Hippolyti discerptio, Iasonis orbitas, & quic-
quid tragediæ tonant immanius. Notissima quo-
que regum Romanorum exclusio. Marci Antonii
cędes, Ioseph uincula, Dauidis impietas, Sansonis
cæcitas, Dinæ uiolatæ ultio, Salomonis illius sapi-
entis fatuitas, & denique id genus mille, & decem
milia flagitiorum pessimorum. Quare non iniuria
gentiles Mineruam potius quàm Martem princi-
pem, & inuentricem belli ferunt: propterea quòd
fœmineus sexus bella, clades, et alia incommoda, ita
ad se trahat, ut magnes ferrum, & ut Cæcias nu-
bes. Itaque quisquis euadere mulierum laqueos cu-
pit, audiat Salomonem omnium, qui sunt, quique
fuerunt, sapientissimum, atque rei eiuscemodi ex-
pertissimum, differentem, quid de fœmina nobis
statuendum sit. Ne intenderis, inquit, fallaciæ mu- Prouer.5
lieris: fauus distillans labia eius, & nitidius oleo gut-
tur eius, nouissima autem eius amara quasi absyn-
thium, lingua eius quasi gladius biceps: pedes eius
descendunt in mortem, et ad inferos penetrant, &
per semitam uitæ non ambulant: uagi sunt gressus
eius, et inuestigabiles, & omnes qui ingrediuntur ad
eam, non reuertuntur. Et alibi rursum. Ne des for-
nicariis animam tuam in ullo, ne perdas te; & ani- Eccle.9
mam tuam, & hæreditatem tuam. Hæc ille admo-
dum uere, & sapienter. Tam male se quidem habet
meretrix ad amantem, q̃ ęrugo ad ęs, rubigo ad ferrum
caries ad lignum, auster ad flores, & ad maturas segetes
calamitas tempestatū. Hæc est (ut aiunt) mulsum letale.

Aloes saccaro immixta. Hamus esca coopertus. Anguis in herba latens, Malum blandum: & bene conditū. Speculum mendax. Repellas ergo si quicquam sapis: si quis pudor est procul à te hanc pestem: et à captiosis meretricum blanditiis, quantum potes: longissime fugias: teq; ex earum unguibus subtrahas ocius, uel expilatus (ut dixi) ne quid tibi etiam durius: peiusq; contingat. Et enim si tibi cœlibatus est cordi, ab omni prorsus uenere abstinens degas cœlebs oportet: sin minus uxorem ducas, dum licet: tutior enim honestis nuptiis hære bis maritus: quàm fœdo commercio meretricis fornicarius: & leno. Quid (ut dicitur) claudicas in duas partes? elige quid mauis: aut continere cœlebs: aut frui uxore maritus: optio tua est: utrum uis: eligas licet: quicquid ultra est: à malo est. Quanto enim liberius inseruire diuinis poteras maritali iugo solutus: tanto grauius punieris: illicitis ultro modestiis implicatus. Coniugium quidem renunciare non ideo tibi concessum est: ut licētius scorteris: sed ut solutus: & cœlebs cœlestia liberius mediteris. Sed omittamus tandem de meretricum moribus: ac simul de improborum cœlibatu ulterius disceptare: et de uiduali pudicitia deinceps dicamus.

3. Reg. 18

De uiduali pudicitia. Cap. XIIII.

ET enim quum etiam mulieres simili plærunque cœlibatu lasciuiant, & deuiæ à castitatis tramite & ipsæ frequenter aberrent: non alienum duxi à nostro instituto: eas quoq; hoc loco ab errore: qua potero modestia: & lenitate deterrere: quum impudicitiæ uitium cuiusque sexus: et ordinis salubriter incessere mihi in animo sit. Sunt enim non nullæ quæ uirorum morte tanquam dominatu maritorum solutæ: et liberæ non castitatis: sed libertatis amore legitimis: nuptiis abstinent: ut Amazonum more nubendi: nō pariendi finē faciant.

faciant. Quod q̃ turpe sit, quanq; nefarium, quantaq; infamia, & probro dignum, latere arbitror neminem. Porro satis constat uidualem pudicitiam, & si primo fati necessitate contingat, data tamen occasione continendi effici subinde ex proposito uoluntariam: & ea gratia iure, meritoq; laudari: haberiq; propterea proximam uirginitati, nuptiis uero multo præstantiorem. Nam ex sententia Apostoli uiduitas certis quibusdam officiis uirginitati arctius copulatur. Vnde dicit, Mulier innupta, & uirgo cogitat, quæ domini sunt: ut sit sancta, & corpore, & spiritu. Siquidem paris propemodum uirtutis est mulierem abstinere coniugio, quod aliquando delectauerit, & nulla coniugii oblectamenta gustasse. Difficile sanè utrunque: & q̃ uiduam expertā iam coniugii, solatia ad nuptias non alliciant: & uirginem ignotæ uoluptatis desyderium à castitatis proposito non deturbet. Credo equidem (& si in eo facile possem falli) corruptam mulierem iam expertam uoluptatis illecebras difficilius continere, quàm uirginem. Quam ob rem & si uiduæ uirginitatis lauream nuptiarum opera amiserint, pudicitiæ tamen corona donantur: quæ quantum laureæ uirginali cedit, tantum maritalibus anulis, & faci nuptiali præcedit. Quot enim gradibus uiduæ uirginibus subeunt, totidem gradibus coniugatas præcellunt. Licebat quidem (ut est in Leuitico scriptum) filias sacerdotis uiduas, perinde atque antea, quum essent uirgines, de sanctis oblationibus uesci: quibus, dum essent uxores, nedum uesci, sed ne attingere quidem fas erat. Sed & apud Gentiles in negocio religionis idem fermè honor deferebatur uiduis, quod uirginibus. Nempe sicut Romæ in honorem Vestæ p̄petui ignis custodia solis uirginibus mandabatur: ita Athenis, in honorem Pythiæ, ubi idem ignis inextinguibilis seruabatur, solis uiduis: q̃ tantidem apud eos æstimaretur uiduitas, quāti apud ipsos Romanos uirginitas. Vnde Paulus apo-

1. Cor. 7 · Leui. 22 · 1. Cor. 7

ſtolus licet uiduas non interdicat nubere, multo tamen beatiores aſſeuerat fore, ſi ſic permanſerint. Idem quoque Timotheo præcepit honorare uiduas, quæ ueræ uiduæ ſint: quas tum demum approbandas dicit, quum ad .lx. annum peruenerint, & intemeratam uni ſeruauerint toro fidem. Mulierem autem uetulam, quot quot annorum fuerit, nequaq̃ probat, ſi multorũ uirorum fuerit experta connubia. In his enim eminet ſtudium caſtitatis, at in illis, aut ſenectus, aut pudor, uel ſatietas, modũ uidetur feciſſe nubendi. Quocirca ſicut non carent maledicto crebræ nuptiæ, ita unæ dignæ ſunt uenia, & plenè honeſtatis. Non eſt tamen q̃ propterea quiſquã credat hic damnari à nobis ullo pacto matrimoniũ: quod huic uideamur uidualẽ præponere continentiã. Quis autem non intelligit longe melius agi cum muliere innupta, quæ ea, quæ Dei ſunt, tantum cogitet, q̃ cum illa, quæ ea tantum curat quæ ſunt mundi, aut quomodo placeat marito: ut dicit Apoſtolus. Sicut enim dicimus non peccare, quæ legitimo matrimonio copulatur, ſic beatius facere aſſerimus, quæ recuſat rurſum nubere, ut liberius, atq; arctius copuletur Deo. Iccirco Apoſtolus, Mulier, inq̃t, alligata eſt legi, q̃diu uir eius uiuit: q̃ ſi dormierit uir eius, liberata eſt a lege, cui uult nubat, tantũ in domino: beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecũdum conſilium meum. Quod aũt dixerit, Volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nihil à priori ſanè conſilio diſſentit: quum id incontinentiæ tantum fugiendæ cauſa ꝑmittatur: & propterea ſubiunxit. Volo nullam occaſionem dari aduerſario maledicti gratia. Iã enim quædã cõuerſæ ſunt poſt ſathanam & in incõtinentiã prolapſæ. Tollæ aũt iſtã ſuſpicionem incontinentiæ, & nõ erit cur dicat. Volo iuniores nubere, quũ aſſeruerit beatiores oĩno fore, ſi ſic innuptæ ꝑmanſerint. Cõſtat ergo ex ſnĩa Apoſtoli, nõ eſſe bonum uiduas, quæ poſſunt continere, rurſus nubere: at illis tantum, quæ ob

1.Tim.5 · Ibidẽ. · 1.Cor.7 · 1.Cor.7 · 1.Tim.5

fragilitatem continere desperant,expedire nuptias,ne in incontinentiam prolabantur:ideo dicit,Q uę nō potest 1.Cor.7 continere nubat:melius est enim nubere q̄ uri.

Memoranda exempla illustriū fœminarum, quæ ueram uiduitatem seruauerunt. Cap.XV.

HVius autem uidualis cōtinentiæ præcipuā laudem Paulā Romanā ex Gracchorū,Scipionūq; progenie illustrem uindicasse sibi.D. Hieronymus tradit:quæ post mortē uiri spretis statim qbuscūq; mundi delitijs,nihil in omni copia rerum pluris fecit, q̄ ꝑpetuam cōtinentiā.Hanc normam & Blasylla eius inclyta proles adhuc adolescentula perq̄ similis tū forma, tum moribus matri,uiro defuncto eodem pudicitiæ tenore ꝓsecuta est.Nihilo quoq; inferiore laude Mellanīam decorandā puto,q̄ non dū humato mariti cadauere,quum geminos præclarissimæ indolis filios amisisset,efferri una cū uiro siccis spectauit luminibus,& sine mora pertesa connubiorū,uiduitatem ꝑpetuā domino consecrauit.Nec Eufrasia & ipsa Romana ulla in re his inferior putanda est:quæ quum esset adhuc florens ætate:formaq;,& generis nobilitate,& rerum opulētia lōge pręstaret,mortuo tn̄ marito induci nunq̄ potuit,ne à Theodosio qdē Augusto,ut secundo cuiq̄ nuberet: sed data æq̄ oībus procis repulsa,in Thebaidē ꝓfecta, uixit sanctissime,in ꝑpetua uiduitate ꝑdurans.Itidē ferme præstitit Helisabeth Pānoniorū regis filia,& Henrici Cæsaris cōiunx,q̄ uiduata uiro,contēptis ꝓtinus regiis delitiis, & aulico luxu,totā sese egentiū,& ægrorū seruitio mancipauit:nullū patiens sibi nominari spōsum,præter Christū,quē uere in illis pauperibus agnoscebat.¶At q̄to ēt fœlicius accidit Cōstantiæ Constantini Augusti filiæ:quæ uiro adhuc superstite meruit poptato cōtinentiæ munere donari:nam Gallicano Romani exercitus

duci à parentibus pacta,eo piis persuasionibus compu-
lit uirum,ut Christianus factus ex gentili,deposito mu-
nere militiæ,abiectisq; fascibus,& purpura, secum pari
animo,ob Christi amorem sese astringeret uoto perpe-
tuæ castitatis. Non est ullo pacto prætermittendum si-
lentio hoc loco Gallæ illustris quondam fœminæ Sy-
machi consularis uiri filiæ, simile, atque æquale his in
seruanda uiduitate propositum. Hæc enim quum inter
annos adhuc puellares uiduata marito molesta,& graui
scabredine perfusa miserabiliter ægrotaret,& à medicis
didicisset,non posse nisi iterato connubio conualescere:
neglexit medicorum consultum,omnia perpeti parata,
uel mortem ipsam,si sit opus,potius q̃ inire rursus con-
iugium. Ania & ipsa similiter Romana pudicissima
fœmina immatura uiri morte relicta, nunquam à pro-
pinquis suaderi satis potuit,ut reaccensa nuptiali face à
uiduo lecto,à luctu,& à mœrore discederet: q̃q̃ esset,&
ætate iuuenis,& facie decora,& quod ad id plurimum
facit,patrimonio opulentissima. Sui uero tam constan-
tissimi propositi hanc potissimum rationem, siquis for-
tè percunctabatur,afferre consueuerat. Si uirum aiebat,
bonum inuenero,ut antea,nolo esse in timore ne rursus
perdam:sin malum,nihil necesse est experiri hoc incom
modum. Dictum,ac factum profecto sapientissime: at-
que uiduis fœminis maxime complectendum:et si pau
cæ sint,quę uelint hanc sapientiam intelligere,& tantum
præcauere discrimen. Sed nihilo inferius hoc sapientis-
simo dicto fuit,illud præclarum atque diuinum respon
sum,quod quondã reddidit Olympias Cõstantinopoli
tana à Nebridio illustrissimo p̃fecto uidua relicta: Nã
Theodosio Cæsari suadenti aliquando,utrursum nube
ret:quum per uiginti tantum menses cum uiro fuerit,ac
haberetur adhuc à cunctis intacta,essetq; ætate florens
genere nobilis,ditissima opibus,forma insignis,ingenio
ac eruditione singularis:ita respõdit. Si me,inquit,uellet

rex meus alicui copulari uiro, non tam cito abstulisset mihi uirum, cuius copula placuerat: sed quia me parum idoneam cõiugali uitæ cognouerat, uiroq; minime placituram, & illum coniugali uinculo absoluit tempestiue, & properauit me è graui iugo seruitutis eripere, suauius continentiæ iugum ceruicibus meæ mentis imponens. Sanctissimum sanè consilium, & christianis fœminis in primis attendendum. Quid uero φ tam consentanea est naturæ uiduitatis huius obseruantia, ut sit bigamia natura ipsa quibusdam etiam uolucribus inuisa? Legitur enim de turture, φ amisso pari pertesa thalamos, marisq; consortium, æuum solitaria exigat. Est & cornicũ genus (ut legitur) quæ id moris seruant, ut compari extincto altera uidua degat.

Quantæ uenerationi semper fuerit & Romanis, & Iudæis castitas uidualis. Cap. XVI.

SEd non est cur mirum uideri debeat si christianis fœminis uiduitas tantopere commẽdetur: quum & apud Ethnicos, & præsertim Romanos, ea tanto semper honori habita fuerit, ut uiduæ: quæ uno contentæ fuissent matrimonio, in morte corona pudicitiæ, palàm, publiceq; donarentur: qua coronatæ, ueluti triũphantes, cum summa laude efferrentur. Id etiam honoris iidem ipsi Romani uiduali pudicitiæ deferebant, ut in nuptiis nulli pronubæ attingere nouam sponsam liceret, nisi quæ uni tantum uiro nupsisset: quæ uero nupsisset denuo, uel multis, eam ut impuram, & profanam ac, mali ominis procul à felicibus nuptiis esse uolebãt. Existimabant enim prisci illi sapientes, illius præsertim matronæ incorruptum esse animum, quæ post depositam semel uirginitatem, in publicum nolet rursum egredi. Nec iniuria, quum multorum matrimoniorũ experientia, nil, nisi certum intemperãtiæ signum præseferre

uideatur. Ideo Portiam illam iuniorem pudicissimam fœminam laudanti cuidam mores cuiuspiã illustris matronæ, quæ tñ secundo nupserat, ita respondisse ferunt. Fœlix, & pudica mulier, nunq̃ præter semel nupsit. Præclarum uerbum, & Catonis prole dignum. Quam ob rem minus mirum si Cornelia. P. Africani filia, & Tyberii Gracchi uxor uiduata marito, Ptolomei regis nuptias spreuerit: et si sibi, & regni, & diadematis communes uices offerret. Sed quanto ẽt mirabilius potest uideri in ueteri etiam testamento, ubi tanti ubiq; proles fieret, ut sterilitas esset dedecori, & probro, uiduitatem tamẽ ue-
Iudi. 5 hementissime cõmendari: Sic enim legitur de Iudith. Cõfortatũ ẽ cor tuũ, eo q castitatẽ amaueris, & q post uirum tuum alterum nescieueris: ideo manus domini cõfortauit te, & eris benedicta in æternum. Docuit hæc sane uidua non egere consortio uiri in regenda familia pudicam, & prudentem matronam, ut ferè queruntur, quando ipsa intrepide ad hostes transiit, & obtruncato propriis manibus Holophernis capite, non familiam tantum suam, sed etiam patriam acerrime oppressam à longa obsidione liberauit: & quod uniuersus populus longo temporis interuallo non potuit, hæc sola unius noctis mora, sua prudentia studio industria gladioq; confecit. Nec minus prædicanda est illius pudicæ uiduæ Sareptanæ prudentia: cui nunquam in tam publica penuria rerum, ac fame, neq; farina in arca, neque oleum
3. Reg. 17 in lecytho defecit: quousq; Helias tandem ad eam Dei iussu perductus, pluuiam, quæ ultra triennium diuino iudicio fuerat intercepta exaustis iam terris redderet: ex qua irrigata siccitate, uberrima repente messis exorta est, & pristina simul agris omnibus restituta fertilitas.

Viduas præcipuo Dei fauore defendi. Cap. XVII.

QVæ nam ergo honesta uidua talibus exem-plis moni,debet aut imbecillitate ai,aut sexus i firmitate terreri:quo minus cõstandi animo pro positum uidualis continentiæ prosequatur ? quum & uiduis,& pupillis,ubiq; præsto sit Deus:qui & pater or phanorum,& iudex esse dicitur uiduarum ? Ne quæso dicas destituta sum,desunt cognatorum fauores,& ami ci recesserunt.Vexor undiq;,& opprimor,omni opple ta amaritudine.Eia ne dubites,in domino confidas,nun quam te deseret Christus,qui suscepit patrocinium pu-pillorum & uiduarum.Vnde Paulus apostolus dicit. Quæ uere uidua est,& desolata speret in Deum,& in-stet obsecrationibus,& orationibus nocte, ac die: nam quæ in delitiis est,uiua mortua est. Nequaquam ergo uerendum est tibi,q sola uidearis:quia sola non est,cui semper Christus dux est. Quo nam modo potes dici solam quum templum Dei sis:& ubicunq; es,sine Deo esse non possis?Sed nec desolata es, quum Christum habeas patronum:habes autem si casta es, si cum eo mente diu noctuq; uerseris:ut in eo confidas, ut de eo loquaris,ut de eo cogites. Castitas enim uidualis non eget uiri consortio:sed amat mœrorem fletum labores secretum,ac solitudinem:sicut incontinentia cõsortium, delitias celebritatem,conuentum. 1.Tim.5

Quid potissimum conueniat uiduis ad seruan-dam continentiam. Cap. XVIII.

OPortet ergo uiduam quantum potest,uirorum declinare consortia,simulq; omnes uitare deli-tias,quæ usq; adeo impugnant pudicitiam: ut mulier his assueta delitiis etiam si uelit,publice continẽ terq; uiuere non possit.Sicut enim diuturnum absq; in-fidiis uiri mulierisq; consortium, esse non potest: ita pari ratione muliebres delitiæ,seu potus ineptiæ,suspi tione libidinis carere nõ possunt.Nã nihil ẽq; uiduitatis

proposito officere consueuit, q̃ opulentia, & deliciæ: icci
circo dixit Apostolus. Vidua, quæ delitiis uacat, uiuens
1.Ti.5 mortua est. Quam ob rem satis constat, ꝙ sicut secun
dæ res, & affluens luxus impulerunt multas in barathrū
incontinentiæ, ita econuerso q̃ plurimas multiplices an
gustiæ, & lugubris habitus, labor, & fletus conseruaue
runt pudicas. Pallor, & sordes (ut ait. D. Hieronymus)
gemmæ sunt uiduarum. Resecant hæc quidem libidi
nem, exercentq́;, ac reprimunt iuuentutem. Vnde legi
mus poeticum illud. (Præstabat castas humilis fortuna
sabinas.) Quali autem, quantaq́; religione esse opor
teat uiduam, quæ continere decreuit, in Annæ Phanue
Luc.2 lis uita monstratur: quæ (ut in euangelio legitur) septem
annis à uirginitate sua immaturo uiri obitu derelicta, us
que ad quartum & octogesimum annum in castitate ꝑ
mansit: nusquam à templo recedens, ieiuniis, & oratio
nibus uacans: nihiloꝙ minori studio castitati, q̃ officio
religionis intenta. Et iccirco meruit uidere Christū in
fantem, & diuino afflata spiritu ante redemptionem no
scere redemptorem.

Contra quarundam uiduarum incontinentiam. Cap. XIX.

SEd heu q̃ longe ab ea continentia, atque uiuendi sanctitate recedunt impudicæ quædam mulieres nostri æui, quæ uiduitatem quidem uerbo tantum tenent, sed re ipsa sanè prostant, meretricium uerius quā coelibatum profitentes. Hæ sunt quæ comptæ magis q̃ uelatæ sæpius procedunt in medium uirorū: & ad speculum sese pingentes, ac fingentes, in contemptum, & contumeliam summi artificis Dei, conantur longe pulchriores hominibus uideri, q̃ natæ sunt. Harum studiū est, supercilia circunducto nigrore fucare, comas, & genas mendaci rubore, & adulterinis coloribus ementiri:

omnemq; & oris, & capitis speciem ita liniamentis, colore, puluere, uariisq; medicaminibus obtegere, ut alia figura, alia facies, & alius uultus eis esse uideatur, ab eo, qui fit natura formatus. His autē (ut D. Hieronymi uerbis potius q̃ meis coarguam) ita rubentibus buccis cutis farta distenditur, ut eas pro certo habeas, non maritos recusare, sed quærere. Harum ædes adulantiū plenæ sunt ad eas crebræ salutationes, frequentes cōuiuæ, profusæ epulæ, assiduæ lenæ. Cui mirum ergo, si in tanta mollicie, & in tanta copia lasciuiarum, ac in tanta fortunæ fœlicitate uiuere castè nequeant? & quum maritis careant, nolint abstinere scortatoribus? qui fœde, præter hoc unum mariti nomen, cuncta subeant munia maritorum. His thalamus patet, his ex actio prouentuum, his cura familiæ, his, agnatis, atque gentilibus exclusis, pupillorum etiam tutela mandatur. O præclara tutela, cui tuos liberos tutò committas. Sed quid agāt agnati, & prognati? Nam & si hoc ualde sit iniquum, nulli tamen corrigere id licet, q̃diu hæc uiduitatis nomen, utcunque, tenet: ob eius nanque reuerentiam nominis, & hæres, & domina rerum est. Horret propterea, ut hostē appellationem mariti, quum nihil uereatur nomina scortatoris. At quanto sanè melius, & laudabilius foret iis nubere, & bigamas aut trigamas dici, q̃ scorta: atq; nuptas, & pauperes in honestate uiuere, q̃ solutas, & diuites in fornicatione turpiter mori. Id uero idcirco dixi, non quod non plus probem pœnitentiam, & ad ueram uiduitatē regressum: sed quod desperem huiuscemodi copulæ diuulsionem fieri, nisi per mortem posse. Hæreditas quidem, quæ relicta est tibi, præmium debet esse pudicitiæ, quā debes defuncto marito: nō merces turpitudinis, qua pudicitiam tuām prostituas lenoni. Quid? quod ex affluentia rerum hæ ipsæ tanta plærunq; afficiantur amoris insania, ut nec liberos ferre possint, nec propinquos uereri, nec rem domesticam curare, nec deniq; seipsas ama-

re! O infoelices foemellas, quæ uos oppresſit demen- tia! qui furor! quæ cæcitas! ut hoc falſo uiduitatis nomi ne, q̃tulæ facultatis factæ hæredes, cõtemnatis effici coe leſtis regni cum Chriſto cohæredes: non attendentes q̃ tam iacturam uobis apportet hoc, quod uos lucrũ eſſe arbitramini. Ah miſeræ uos, ꝙ propediem uelitis, noli- tis, moriemini, & pro his uoluptatibus, & delitiis, quæ tẽ poris momento tranſeunt, in ſempiterno barathro atro cisſimas poenas luetis. Succurrat quæſo quod iam dixi, & ſæpe ēt dicendum eſt, q̃ momentaneę ſint omnes uo luptates, q̃q; uana, & fluxa, ac foeda omnia oblectamen ta carnalia, quæ uos poenis æternis addicunt. Conſide- rate rurſus, q̃ honeſta, q̃q; decora, q̃ue ſyncera res ſit pu dicitia: quæ quidem uos præponit cõiugatis, æquat uir ginibus, conſociat angelis, reponit inter coeleſtes. Illud quoqꝫ ſecum reputet, & ante oculos ſibi unaquæqꝫ pro ponat, q̃ turpe, q̃q; flagitioſum ſit uiduam mariti lege ſolutam ſeruire lenoni, obliuiſci filiorum: dilapidare pa- trimonium pupillorum: & nõ uiduali moerore potius, q̃ puellari amore palleſcere. Diſce quæſo qualis habea tur, & cui comparetur in diuinis ſcripturis mulier impu-
Eccle. 9 dica. Mulier fornicaria inquit, ſapiens Eccleſiaſticus, qua ſi ſtercus in uia conculcabitur. Quare age reuertere ad cor, & iſtam tuam tantam uecordiam, uel potius furo- rem abiice, & arctius complectere pudicitiam: & dicas cum Virgiliana Dido. (Ille meos primus, qui me ſibi iunxit, amores Abſtulit, ille habeat, ſecum ſeruetq; ſepul chro.) Sed tempus monet, ut iam à luxu ac perditis mo ribus uiduarum tranſeamus ad eos, qui uel profesſio- ne, uel uoto perpetuam promiſerunt ſeruare continen- tiam: quibus, ut cõtinentia magis neceſſaria eſt, q̃ uiduis, ita quoque eorum impudicitia magis deteſtanda.

FINIS.

BERNARDINI SCARDÆONII PATAVINI DE CASTITATE LIBER TERTIVS.

DE CONIVGIO ET CONTINENTIA SACERDOTVM.

EXORDIVM.



Vpereſt nobis dicendum de his, qui ſacroſanctæ religioni Chriſtianæ auctorati, perpetuo cœlibatui aut uoto, aut profesſione ſacrorum ordinum, ſua ſeſe ſponte addixerunt: facti ex eo numero ſpadonum, qui ultro ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Hi ſunt autem qui in Dei templo aris propius adminiſtrant, addicti ac conſecrati prorſus Deo, & cœleſtibus miſteriis mancipati: & iccirco caſtitas cœlibatus ultra uirtutes omnes (ut infra dicemus) his ipſis maxime neceſſaria eſt: quippe qui tanto perfectione uitæ præſtare cæteris hominibus debent, quanto præſtant honoribus. De his enim ſcriptum eſt. Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt. Quicunq; ergo electus eſt, ut erudiat, atque inducat cæteros ad conſequendam perfectionem uitæ, eum iam, & perfectum eſſe, & purum ab omni ſorde peccati, & præſertim ab omni libidinis labe par eſt. Ad hunc autem perfectionis nitorem nihil æque facit atq; uirginitas, aut caſtitas cœlibatus: qua homo quis mortalis & terrenus, ita tñ propius ad angelorum uitã accedit, ut iam nõ carne, ſed ſpiritu, quo Deo coniungitur, uiuere uideatur: quemadmodũ & Apoſtolus Paulus qui dicebat. Viuo autem iam nõ ego, uiuit autem in me Chriſtus. Nam dũ partem ſui, qua terrenus eſt, homo deſpicit, & mẽtẽ, qua diuinus eſt

Matth. 5

Gal. 2

excolit,Dei ipsius similitudinem uere exprimit,& ei fir-
missimo nexu puræ,perpetuæq; charitatis astringitur.
Leui 19 De his autem ipsis dictum est.Sancti estote, quia & ego
sanctus sum dominus Deus uester.Sanctum autem di-
ci solet,quicquid Deo,& sacris mysteriis dicatum est:
Ibidē.27. qua ratione & uas,& uestimētum,& ædificium,& eius-
modi dici possunt sancta,iuxta illud Mosis dictū.Quic-
quid semel cōsecratum est,sanctum sanctorum est. Sed
multo etiam magis sacerdos hoc nomine dignus est:
qui segregatus à uulgo,& a reliquis hominibus carna-
liter uiuentibus soli Deo est consecratus:atque ei extra
tumultum sæcularium curarum positus diuinis tantum
rebus,ac mysteriis inhæret.Tunc enim ueri sacerdotes
Dei sumus,quum solius templi usibus consecrati con-
tempto mundo Deo tota intentione uacamus. Hinc
dominus apostolis, atque cunctis simul sacerdotibus
apostolos ipsos officio referentibus, dixit. Ego elegi
Ioan. 15 uos de mundo: uos non estis de hoc mundo. Et enim
quandiu nos cum mundi hominibus terrena sectamur,
Adæ sequaces sumus,dum uero cum angelis cœlestia
1.Cor.15 meditamur,Christi imitatores efficimur. Nam ut apo-
stolus Paulus disserit, Primus homo de terra terrenus
fuit,secundus homo de cœlo cœlestis.Referunt siqui
dem in hoc mundo,alii imaginem terreni hominis:alii
uero cœlestis.Sed nemo cœlestem hanc imaginem in-
duere recte potest,nisi prius & locum,& nomen sortia-
tur inter cœlibes:qui conuersationem suam habere di-
cuntur in cœlis:& hi potissimum sunt sacerdotes. De
horum aūt numero censentur in primis esse sacerdotes
qui uocati sunt,ut cœlestem illum hominem Christū
referant,cuius uicem in terris gerunt.Cæterum quia nō
omnes possumus omnia: nec est cuiuslibet hominis
Matth.19 posse caste uiuere:ideo dictum est à domino.Non oēs
capiunt uerbum istud:sed qui potest capere, capiat.Nō
enim requirit Christus noster spiritalem istam perfectio

nem promiscue ab omnibus:sed ab his duntaxat, qui capere,& comprehendere continentiam ualeant:ut Dei sacerdotes decet:qui nequaquam dare sacris assensum debent,nisi adesse ipsis sibi a Deo donum senserint castitatis:quod ex eo præsertim dignosci posse uidetur, quum nobis firmum fuerit,& certum propositum in tota uita perpetuo continendi.Sed quoniam de hac ipsa re in sequenti sermone latius pertractandum est,differemus hæc interim,ne crebrã repetitionem lector fastidiat & fatigetur prolixitate lectionis.In hoc enim tertio libro studiosissime, tuendum esse censui,uotum,ac propositum continentiæ clericalis:quum per hæc tempora plærique,etiam ex nostris,de castitate male sentiant, & in eam falsis,atque ineptis cauillationibus frequenter insultent.Quocirca permittendum illis non fuit, ut diutius in sinu (ut aiunt) gaudeãt suo nemine sigillatim suis male cogitatis argutiis respondente. Hic modo candidissime lector attendas:& tantisper quæso suspendas sententiam,q̃ diu disceptamus:neque in hanc,neque in illã prius partem declines,q̃ tu fueris ad eam,& uera, & iusta ratione pertractatus:ita ut in hoc iudicio nihil respicias præter honestatem,& æquitatem:ut æquum,& syncerum iudicem decet. Videbis sanè (ut spero) dari sacerdotibus uxores,nihil aliud esse (quicquid improbi quidam dicant) q̃ impium,atque nefarium sacrilegium. Sed iam Deo duce rem ipsam aggrediamur,ut confirmata ueritate,subinde istorum præcipua de ea re argumenta refellamus:et ea præsertim,quæ a nonnullis uel maxima,atque potissima esse creduntur:ut sic firmioribus refutatis,sua sponte corruant leuiora. Liceat mihi facere,sicut periti medici cõsueuerunt:qui in ægrotationibus grauioribus,in uniuersum curantes,minimis etiã partibus corporis,si qua sit, quæ doleat,una, eademq; curatione medentur.

Annumeratio quorundam aduersantium proposito perpetuæ castitatis: & quantus ei honos semper sit habitus, ex consilio saluatoris. Cap. I.

INter eos autem, qui aduersus sacerdotalem cœlibatum côiurarunt, sunt hi, uel præcipui, qui Hebræorum exemplo cônubia christianis sacerdotibus existimant esse relaxanda. Sunt qui euangelicam Petri socrum, & Philippi filias in actis apostolorum allegantes, in S. Rom. eccle. quasi uictores insultent. Nec desunt, qui ea uerba Genesis, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, pro maximo sibi argumento confirmandæ huius, opinionis usurpent. Pleriq; etiam, quia castitas non præcipi, sed suaderi potius uideatur, contendunt exemplo Græcorum iure latinos quoq; sacerdotes retinere sibi uxores posse. Multi insuper diffidentia quadam continendi persuasi, negant quenq̃ posse perperuo continere. Quidam quasi qui magis pie, ne dicam magis fatue, sentiunt, ad euitandam infamiam fornicationis, negant cuiq̃ uxores uetandas esse, & præsertim sacerdoti, cui pręcipuę curæ debet esse bona existimatio: atq; id factitatum fuisse licite quondam dictitant, etiam tempore apostolorum. Itaq; multi multa his similia nectentes, diuersis machinatiôibus, & uanis rationibus nos fatigant: dum uxores, uel potius concubinas nefarie sacerdotibus quoquomodo impetrare nituntur. Qui quidem diuerso licet tramite, ex æquo tamen omnes aberrant à recta: in surgentes iniqua pace, & damnabili concordia, aduersus castitatem. Quam ob rem concurrere cum his, & conferre propius manus oportet, & tueri collatis signis, pro uirili nostra, & in quantum præstabit nobis Deus, ueritatem. Sed etiam alia multa dici non ignoramus, multo sane supradictis uaniora: quæ iccirco nolui singula recensere, quòd uno eodemq; pharma-

Margin notes: Act. 21 (beside "stimant esse relaxanda"); Gene. 1 (beside "in S. Rom. eccle.")

co, quicquid mali fuerit, facile cum reliquis morbis curabitur. Nam dinnumerare singula longum est, & coarguere infinitum. Quanta autem ex eiusmodi falsis opinionibus, & argumentis inanibus quotidie mala pullulent, quantaq; dissidia generentur, difficile dictu est: quũ iam eo uentum sit, ut & corpus illud mysticum ecclesiæ orthodoxæ, in quo omnes unum corpus sumus, & alter alterius membra in Christo, conscissum fermè totum, ac discerptum oio esse uideatur. Sed non est hic locus, ut de aliis fallacibus, & uanis dogmatum placitis, disceptemus: nobis in præsentia satis est, tueri castitatem: & pro suscepto opere refellere, ac redarguere impudicos: neminem interea sigillatim taxando, sed generatim falsas opiniones quæ contra castitatem passim pullulant resecando. Habent enim præter alios abusus infœlicissima hæc nostra tempora id etiam proprium: quòd de singulis ecclesiæ placitis suo quisque iudicet arbitratu: quo fit, ut castitatis propositum, quod apud latinos sacerdotes ratum, atque inuiolatum ab ipsis apostolis usque ad hanc ætatem constantissime nullo reclamante perstiterit, nunc demum uocari in ius cœperit, atque redargui nouitatis: quasi nouis constitutionibus, & non potius à principio statim religionis Christianæ fuerit sacris hominibus uxoris commercium ex consilio domini interdictum. In qua quidem re multi etiam peritorum (quod magis miror) inducti in eam opinionem temere, uacillant: æmulati credo Græcorum consuetudinem, qui uxoribus, quas habuerant, antequam iniciarentur, uti honeste, liciteq; creduntur: quum tamen ab initio earum usus sibi, sicut nec latinis, ullibi uideatur expresse concessus: licet postmodum subreptitiè, & malis artibus fuerit ab aliquibus concilii Niceni permissione, usurpatus: ut infra dicemus. Verum

minime mirandum est, si inueniantur hæretici, qui hæc afferant: quoniã oportet (ut ait Apostolus) hæreses esse, ut ꝓbati quiq; manifesti fiãt. Et enim uidemus, ꝙ post
1.Cor.11 quam ecclesiastica dogmata in camino tentationis, & contradictionis uelut aurum excoqui cœperint, tunc quoque cœpisse maiori confusione, & dedecore, hæreticorum mendacia, tanquam uilissimi æris scoriam magis magisq; sordescere, & ipsam ueritatem, ut aurũ fulgentissimum, multo illustrius rutilare. Sed modo, antequam ad aduersantium argutias refellendas accedamus, paucis prius confirmandam esse duximus nostrã sententiam, exponentes quid de prisca sacerdotũ Christianorum continentia sit censendum. Nam multi quidem falluntur, falso existimantes nouum esse castitatis institutum, non antiquum: sicuti re uera est, et quemadmodum firmissimis argumentis probabitur. Verum (ne forte me quisquam capiat in sermone) nos hic de obseruatione, & consuetudine loquimur: quæ quondã fuit antiquis sacerdotibus, non autem de libertate, & licentia. Tunc enim sacerdotes nullo expresso interdicto sed consilio tantum domini, mutuoq; consensu sese ab uxoribus continebant: quum immundus semper habitus sit apud omnes gentes libidinosus quilibet etiam cum uxore congressus: & propterea nulla ratione decere credebant, quẽquam libidinis labe pollutum, aut aris assistere, aut mysteria sacra ullo pacto posse licite contrectare. Sed nunquid illi sacerdotes, qui forte ante Scyricii pont. max. & cõcilii Carthaginensis placita commiscuerint sese uxoribus, peccauerint mortaliter? de hac re post tot sæcula disceptare nunc primum, nihil mihi necesse est. Satis est enim nobis hic ostendere priscos sacerdotes ex antiqua consuetudine (quicquid dicant quidam) nec alienis mulieribus, nec propriis uxoribus solitos cõmisceri: ex eo ꝙ putarent quicquid esset contra domini consilium, proculdubium esse malum, nec
ullo

ullo pacto committendum. Quin nec apud Græcos quidem legitur per ea tẽpora ullos sanctos uiros post susceptos sacros ordines usos esse amplius uxoribus: ut iuxta Apostoli dictum, qui habebant uxores tanquã non habentes essent. Abundauit siquidem Græcia in utranque partem, semper & bonis, & malis sacerdotibus. Taceo Origenem, qui de hæresi à multis dãnatur, quanto & ipse studio coluerit castitatem. Taceo & Paphnucium, qui & si aliis, ob dissidium uitandum, uxores esse relaxandas suasit, tamen ipse continentissimæ uitæ fuit, ac uirgo ab omnibus semper habitus. Quid Basilius? Quid Gregorius Nazianzenus? Quid Io. Chrisostomus? & innumerabiles pene alii? qui licet Græci, non tamen ut Græci uxoribus, ac liberis, sed studiis, & orationibus, & contemplationibus assidue uacauerunt. 1.Cor.7

Credat ergo quisque de mortali peccato, ut lubet, in eo nihil contendimus. Verum deceat ne contra domini consilium quicquam, iudicet id quisque secum, nihil addam de meo amplius. Audiamus autem maximũ Christi præconem Paulum sic dicentem. Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Leuiorem tamen pœnam (ut interpretatur Chrisostomus) sustinebunt: eo quod non habuerunt legem, quã qui legis adminicula habentes, eadem faciunt perinde atque eis, ut in primordio fidei, nulla lex foret, quæ uetasset. De lege ergo continentiæ fuerit nec ne, nihil disputo, & si legamus in illo posteriori decreto, quod de obseruatione castitatis habetur, mentionem fieri de priori consuetudine apostolorũ quæ lex solet appellari. Sed de hoc satis infra dicemus: quum decretum ipsum in medium pro testimonio adduxerimus. Roma.2

Castitatem episcoporum, & sacerdotum Christianorum esse prisci moris, & à Christo, & ab apostolis primum profectam. Cap.II.

VErum quoquomodo res se habeat, nihil est profecto quod sic admirer, q̃ ꝙ tam frequenter iri uideam, etiam à doctis, in eam sententiam, ut persuadeant sibi plærīq; institutum castitatis, quo Latini sacerdotes coniugio sese abstinent, ab Romana ecclesia multo post apostolorum tempora æditum fuisse: & non apostolorum atque apostolicorum uirorum temporibus obseruari cœptum. Quæ utiq; opinio falsa est, nec scripturarum testimonio, aut idonea quapiā alia ratione probabilis: quum à principio statim Christianæ religionis, ex ueteri more apostolorum ferè per quadringentos annos obseruatum semper fuerit, ut omnes sacerdotes, & ministri Christi, tam Græci, q̃ Latini, tacito consensu, absq; ullis legibus scriptis, castitatem etiam cum uxoribus inuiolabiliter custodirent. Nec id mirum quum tantopere in euangelica lege castitas commendetur: & consulat eam dominus: & Apostolus Paulus suadeat ab utili & honesto, quod est ad suadendum firmissimum argumentum: dicens. Porrò ad utilitatem, inquit,
1.Cor.7 uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam: sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine
2.Cor.3 impedimento dominum obsecrandi. Et alibi. In omnibus, inquit, exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in ieiuniis, in uigiliis, in castitate & cætera. Ministros ergo Christi decere castitatem, atque etiam necessariam eis esse quis non uidet? Sed hoc etiam multo manifestius apparet tam ex consuetudine ipsa perenni à Latinis hactenus obseruata: quàm ex his, quæ in antiquissimis patrum decretis ubique referuntur. Scribitur enim

in decretis patrum octogesima quarta distinctione: ubi D. Augustinus in Carthaginensi concilio ita disseruisse memoratur. Quum in præterito, inquit, concilio de continentiæ, & castitatis moderamine tractaretur: isti tres gradus conscriptione quadam castitati per consecrationem annexi sunt: episcopos inquam præsbyteros & diaconos: ita placuit, sicut condecet sanctos antistites, ac Dei sacerdotes, nec non leuitas, uel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus, quo posint simpliciter, quæ à domino postulant, impetrare: & quod Apostoli docuerunt exemplo, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab uniuersis episcopis est dictum. Omnibus placet, ut episcopi, presbyteri, diaconi, & qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus abstineant. Legitur quoque in epistola diui Clementis secunda ad Iacobum fratrem domini, qui apostolorum canones appellantur de continentia sacerdotum hoc præclarissimum uerbum. Ad dominica inquit mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem coniuges suas non nouerint. Quod si post ordinationem ministro contigerit proprium inuadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis potionem accedat sed aquam porrigat sacerdotibus ad manus, & ostia forinsecus claudat, & minora gerat officia. Hæc ibi. Vnde profecto apertissime constat non fuisse quicquam noui ab his in eo concilio de castitate sancitum, neque posteriores istos patres tam fuisse inuentores eiusmodi decreti, quàm amplificatores: & idipsum institutum secundum morem, consuetudinemque, quã usque ad ea tempora seruauit antiquitas fuisse confirmatum, & hilariter acceptum ab uniuersis ordinibus, atque idem à multis postea pontificibus in

multis conciliis repetitum, magnisq; pœnis, ac censuris uallatum. Non est ergo ꝙ quisquam credat, ac sibi falso persuadeat, non fuisse prisci moris, & obseruantiæ antiquæ institutum castitatis: à qua ꝑsuasione licet falsa, tamen tam uulgi, quam etiam quorundam alioqui eruditorum, magimus, atque pestifer error effluxit: qui credunt nouissimis ferme temporibus, id quod habetur de sacerdotali castitate, fuisse sancitum. Nonne iam mille, & centũ annis & ultra Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, & alii permulti, & sanctissimi, & doctissimi uiri floruere: in quorum potissimum æuo quæ de castitate traduntur ædita sunt: quum ea prius non iure scripto, sed cõsuetudine tantum, ac exemplis moribusq; constarent. Verum nec tunc illa quidem ab his inuenta sunt: sed nouo duntaxat scripturæ testimonio q̃ antiqua fuerant, roborata. A principio nanque Christianæ pietatis ad ea usque tempora sæuientibus in Christianum nomen ubiq; gentium tyrannis, & Romæ præsertim, quum non liceret synodum congregari, nemo initiabatur sacris, nisi martyrio destinatus: ut prope tot essent tunc in ea ætate proposito martyres, quot essent nomine Christiani. Hinc casti, & iusti omnes, & ad perfectiora semper tendentes: quippe qui nihil in tanto omnium rerum contemptu, præter Christum cogitarent: & nihil præter Christum saperent: quo circa sine ulla lege scripta, more, & exemplo maiorum continebant, perdurantes in perpetua castitate: uersantesq; cum uxoribus absq; ulla suspitione libidinis. Hoc idem coniicere etiã facile possumus ex ea sententia Origenis: qui per ea ferme tempora floruit, quum super Ezechielem sic dicat. Ascendimus paulisper supra eloquium: quia non semper utile est de fornicationibus loqui: & procul absit, ut aliquis in ecclesia sit, qui dehortatoriis à fornicatione indigeat sermonibus. Nam si quis necesse habet audire (Non fornicaberis) uel illud (Si quis templum Dei uio

lauerit disperdet illū Deus)iste similis est his,quos Apostolus dicit.Iusto lex non est posita,sed iniquis,non subditis,impiis,& peccatoribus. Quomodo ergo iusto lex non est posita,sed iniquis,& non subditis, sic doctrina ea,quæ à fornicatione monet recedendum esse, casto non est posita,sed improbis, & fornicatoribus, & inobedientibus.Non habemus itaque necessarium ut discamus à fornicatione discedere,uerum ut ad perfectiora tendamus,à principiis elementorum Christi.Hactenus ille de castitate illius sæculi,licet Græcus.Ex quo patet castitatis leges eo tempore, in eo tanto feruore charitatis,& fidei erga Deum,minime necessarias fuisse:quum nec suspitio quidem de fornicatione, quod tā uulgare peccatum est, ea tempestate inter christianos homines haberetur.

Quando primum sacerdotum mores immutari cœptum sit, & constitutiones de seruanda continentia redigi in scripturam. Cap. III.

CÆterum post Constantini Augusti conuersionē ad Christum,ubi pacata deniq; fuit ecclesia, diuulgataq;,& diffusa publice,passimq; per uniuersum orbem religio Christiana,& quies persecutionibus data,templaq; ubiq; locorum ædificata, ac maximis referta diuitiis,censuq; ditata amplissimo:tum primum Christianorum mores simul cum fortuna mutari cœptum est, ac subinde paulatim disciplinam,& seueritatem illam uiuendi laxari,multis(ut nunc fit)locupletari sacerdotio,q̄ iustificari mallentibus:& sibi, non Christo uiuere satagentibus.Atque sic demum diuitiæ, quā nūc uidemus auaritiam,uoluptates,luxum,libidinemq; inuexerunt in clerum:quantoq; ambitio acrius inualuit,

tanto religio,& pietas magis elanguit. Tunc erant pauci, sed uere fideles, nunc uero quando facti sumus innumeri, difficile est reperiri tot continentes, ut non reperiantur multo plures mali in his esse, quam boni. Continentia itaque per ea tempora non ex praescripto, sed ex antiqua apostolorum, apostolicorumque uirorum obseruantia, iam ab ipso saluatore Iesu per manus tradita, à sacerdotibus constantissime seruabatur. At ubi per licentiam, & luxum (ut nuper dicebamus) noua quorundam haeresi mutari id coeptum est, tum primum cautiones, quae de castitate disponerent, ad coercendam licentiam, & ad reprimendam libidinem necessariae uisae sunt: ac propterea statutum in Niceno concilio ne liceret sacerdotibus uersari cum mulieribus extraneis, nisi forte mater, aut soror, aut auia, aut amita, aut matertera foret: quod ex eiusmodi mulieribus nulla suspitio potest exoriri Deinde aliis quoque conciliis decretum est, ne uidelicet quis deinceps sacris initiaretur ordinibus, nisi coelebs, aut qui cum uxore ipsa unanimiter, & aperte promiserit castitatem: quam & apostolos, & apostolicos uiros usque ad ea tempora praestitisse constabat: & cui sanè etiam si nulla alia certa lege antea caueretur, ueteri tamen instituto parendum esset: idque pro lege, ex ui consuetudinis, atque ex ueneratione antiquitatis habendum. Lex ergo fuit illis, non in charta exarata, sed in corde impressa, nec scripta atramento, ac manu hominis, sed spiritu Dei uiui, & sanguine Christi, quasi minio decorata Multa quidem per Iesum saluatorem nostrum (ut Origenes ait) reuelata fuere apostolis, quae ne uulgo fierent communia illi mandare literis noluerunt: idque etiam confirmat Pauli apostoli discipulus Dionysius Areopagita,

qui secretiora nostræ religionis, mysteria auctoribus ipsis ex animo in animum sine scriptis medio intercedente uerbo transfusa fuisse confirmat. Quod & apud Hebræos factitatum olim fuisse multi testantur, unde & Cabalistæ disciplinæ origo exorta: ut omnittam interea, quòd idem pythagoricis quoq; ipsis dicitur placuisse. Quid alia quæso scriptura opus est, satis constat Apostolos qui nullis essent uxoribus alligati, aut uirgines, aut cœlibes, ut tunc erant, perpetuo permansisse: qui uero fuerant coniugati, uxores pro sororibus habuisse: non eis corporaliter amplius, sed tantummodo spiritualiter conuersantes.
Vnde in historia Eusebii legitur, Petrum, ubi uidisset uxorem suam amore Christi duci ad mortem, post eam ita maximo gaudió exclamasse. O mea optima coniunx memento dòmini. Talia erant illis temporibus sanctorum connubia, ac talis affectio inter se coniugum beatorum: ut nihil prorsus de uoluptate carnis, sed tantum de mutua animarum salute cogitarent. Legitur quoque in uita Petri, eum semper consueuisse, dum populum edoceret, summa ui, summaq; contentione suadere, atque extollere castitatem. Legimus insuper, & Philippi filias, quas isti nobis obiiciunt, & patris, & matris castitatem imitatæ consenuisse in sua uirginitate: de quibus in actis apostolorum Lucas memorat dicens. Venimus Cæsaream, & ingressi domum Philippi euangelistæ, qui erat ex septem, mansimus apud eum: huic erant uirgines quatuor prophetantes. Effertur similiter magnis laudibus uirginitas Petronillæ Petri filiæ: quam a teneris annis ita edocuerant parentes amare castitatem, & uoluptatem carnis respuere: ut in uirginitate perpetuo uixerit, & amore uirginitatis mori maluerit, quàm illustrem principem, & præfectum, in maritum accipere. Act. 21

Primus autem (quod sciam) qui de castitate sacerdotū publice statuerit Scyricius Ro.pont.fuit: qui ut occurreret in continentiæ clericorum: quæ ea ætate exoriri primum cœperat, nihil mutans de anteriori obseruatione, id ipsum, tantum, quod secūdum priscos mores, ad sua usque tempora seruatum fuerat, æditis legibus fortius stabiliuit. Fuit autem Scyricius iste uir in omnium uirtutum genere, gloria insignis, uitæ sanctitate præclarus, iustus, innocens, & probatus in omni timore domini: floruitq́; post Christi natalem anno circiter trecentesimo, & septuagesimo, Valentiniani Augusti temporibus, & Iuliani apostatæ: a quo multa incommoda ob Christi fidem passus, nunquam potuit ullis afflictionibus, & persecutionibus superari. Habetur huius uiri decretū octogesima secunda distinctione, cuius uerba operęprecium esse duximus hic à nobis referri. Plurimos, inquit, sacerdotes Christi, atque leuitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugibus, q̄ etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere: quod in ueteri testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa: & cætera, quæ sequuntur. Et paulo inferius. Quia, inquit, aliquanti de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignorantia lapsos se esse deflent: his hac conditione misericordiam duximus nō negandam: ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo delecti sunt, quàm diu uixerint, officio perseuerent: si tamen post hæc continentes se studuerint exhibere. Hi uero qui illiciti priuilegii excusatione utuntur, & sibi asserunt ueteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, apostolicæ sedis auctoritate deiectos: nec unquam posse ueneranda tractare mysteria, à quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerūt: & reliqua, quæ ibidem referuntur, quæ breuitatis gratia prætransimus. Hæc sanè uerba, ut uides, apertissime indi-

cant,non consueuisse ex consuetudine ueteri olim sacer dotes christianos:aliquo pacto commiscere se uxoribus ut nunc plærique male interpretantes scripturas mendaci ter asseuerant. Nam si ea consuetudo fuisset, non hi qui dem ueteris testamenti adduxissent testimonium, sed pristinam potius sacerdotum Christianorum consuetu dinem allegassent, si ulla eiusmodi consuetudo tunc eis extitisset qua se defenderent. Atqui ad ritum Hebræo rum iccirco confugerant,quia deerant sibi Christianorū exempla ad ea tempora,quibus possent in causa obie cti sibi criminis culpam diluere. Qui uero allegabant in excusationem sui erroris ignorantiam,uxore sanè iun cti fuerant:impium nanque fuisset de fornicationis pecca to,obiicere ignorantiam,quando fornicatio ipsa ubique in ueteri,nouaq; lege damnetur. Verum de uxoribus ad ea tempora non legebatur publice interdictum esse, sed de more ex traditione & consuetudine ueterū absque alio præcepto consueuerant episcopi, sacerdotesq; & diaconi continere. Quo nam iure quæso quisquam eo rum puniri merito potuisset,quasi transgressor,nisi id si bi fuisset prius aliqua uel expressa uel tacita saltem lege prohibitum? Lex enim fertur, non ut quæ præterierint crimina,sed ut quæ futura sint,puniātur. Idem pene Di uus Ambrosius scribit in libro officiorum primo,quod Scyricius in decretis. In offensum, inquit,exhibendum est,& immaculatum ministerium, nec ullo coniugali coitu uiolandum,qui integro corpore, incorrupto pu dore,alieni etiam ab ipso consortio coniugali sacri my sterii gratiam recepistis. Quod eo non præterii,quia in plærisque abditioribus locis,quum mysterium gererent, uel ipsum sacerdotium,filios susceperunt:& id tāquam usu ueteri defendunt,quando per interualla dierum sa crificium deferebatur:& tamen castificabatur etiam po pulus per biduum,aut triduum, & lauabant uestimenta sua,ut ad sacrificium purius accederent:uti in ueteri te

stamento legimus factitatū. Si in figura, tanta obseruantia, quanta in ipsa ueritate? Disce sacerdos, atque leuita, quid sit lauare uestimenta tua, ut mundum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Hactenus ille absolute, & breuiter. Ex quibus profecto meridiana luce clarius apparere potest, castimoniæ obseruantiam non ea tempestate cœpisse, quando hæc ædita fuerunt, sed in principio statim ab ipsius euangelii emanasse primordiis: atque posterioribus deinde sæculis, à summis pontificibus in sacris conciliis sæpius confirmatam. Si quidem antea nihil necesse fuerat nouis legibus quicquam statuere super his: quoniam sacerdotes illi nondum ab Apostolorum consuetudine sese abduxerant: neque adhuc, quod ad continentiæ negocium pertinet, ab iis ipsis aliquo pacto desciuerant: sed quum primum ex prçuaricatione quorundam deprehensum est immutari mores, deflectiq; de uia, & declinari turpiter ad mollitiem, lex adinumenta est: & in lucem producta, quæ prius erat abscondita, uallataq; subinde etiam pœnarum metu, quo ueluti ualidissimis habenis peccandi licentia frænaretur. Lex quidem transgressoribus scripta est, non castis, qui secundum legem, etiam sine lege uiuerent, sicut hi, qui ad ea tempora lege non indiguerant. Erat enim tunc illis obseruatio, & uis legis inserta animis: ut minime necessarium fuerit super his aliam ferri legem. Verum quia (ut diximus) labi cœperat obseruantia continendi, ex nouo luxu, libertateq; peccandi: mox uelut ultrix, & uindex apposita est lex, ut nulla esset deinceps excusatio incontinentibus. Nam si quis ex antiquis illis simpliciter, uel ignoranter errassent, & ad amussim (ut par fuerat) forsan non seruassent castitatem: sicut facere dominus noster consuluit, & apostolorum postea consuetudo roborauit: poterat uel ignorantiæ, uel simplicitati eorum aliqua uenia concedi: ut supra in Scyridi de-

creto diximus contineri: quoniam nondum de continentiæ uoto in scriptis palam redactum quicquam fuerat: at nobis nullo iure potest ignosci: qui iam tot exemplis instructissimus, & tot legibus obligati, ut nulla prorsus nobis excusatio uideatur esse reliqua, si peccemus.

Quid sit caste regere uxorem, sicut faciebant antiqui sacerdotes. Cap. IIII.

IAm satis arbitror declaratum esse sacerdotes christianos (quicquid dicant lasciui quidam) semper de more caste, continenterq; uixisse: & cum uxoribus, quas forte duxerant, antequam initiarentur, sicut cum matre, & sorore solitos esse uersari, earumq; curam habuisse tantummodo, non usum. Verum quia nonnulli interpretantur quod à Symacho pon. max. dictum est de conuersatione uxoris, quam caste regendam dicit: non esse re uera ab uxore, sed ab alienis toris continere: breui respondendum censui, quid super ea re sit credendum. Legitur enim octogesima prima distinctione, Symachi uetustissimi pontificis, qui præfuit Christianæ pietati anno à Christi natali quadringentesimo nonagesimo quarto, decretum ita iubentis. Volumus ut sacerdotes prohibeantur, ne mulieribus conuersentur, excepta matre, sorore, uel uxore, quæ caste regenda est. Quomodo autem intelligi debeat uxorem caste regi, Leo pontifex successor eius trigesima prima distinctione ita nobis luculenter exponit. Lex, inquit, continentiæ eadem est altaris ministris, quæ episcopis, aut præsbyteris, qui quum essent laici, siue lectores, licite quidem & uxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed quum ad prædictos peruenerint gradus

cœpit eis non licere, quod licuit. Vnde, ut iam de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos non dimittere uxores, sed qui habent, sic habere, quasi non habeant: quo & salua sit castitas connubiorum, & cessent opera nuptiarum. Qui quæso dici potuit apertius. Sed rursum in prædicto loco. Omnino confitemur, inquit, non licere episcopo, presbytero, diacono propriam uxorem causa religionis abiicere à cura sua: sed ut ei uictum, & uestitum largiatur: non ut cum illa carnaliter ex more iaceat: sic ut apostolos legimus ægisse, Paulo apostolo ita dicente. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circunducendi, sicut frater domini, & Cephas? Vide insipiens quod non dixit: nunquid non habemus potestatem mulierem amplectendi? sed dixit circunducendi: ut eam quidem mercede prædicationis sustentaret, non ut foret deinceps inter eos carnale coniugium. Hactenus ibi. Ex quibus sanè lucidissime clarissimeque apparere, uel cœco potest, olim fuisse in more, institutoque maiorum positum, sacerdotes uxoribus, quas sibi ante sacros ordines legitime copulauerant, nō opus ueneris, sicut antequam iniciati essent, sed tantummodo alimenta præstare sic ut & apostolorum temporibus de more prȩstari solitum fuerat. Caste ergo regere uxorem, est uersari continenter cum uxore, & curam illius habere: non autem commisceri cum illa carnaliter de more: ideo dixit regere, & non uti: ut scilicet regimen haberet uxoris, non solatium. Quare aliud est regere caste, aliud uti caste uxore: nam in regendo labor inest, in utendo autem uoluptas: & quanuis utrunque a maritis præstandum sit, tamen tantum distant inter se, quantum inter matrimonium & cœlibatum. Neque tamen negamus, coniuges quoque castos dici, qui sibi inuicem seruant fidem: & similiter matrimonium castum, quod nō uiolatur: at inter se tales coniuges non sunt dicendi pro-

prie casti, sed fideles. Casti enim quo ad alias mulieres habendi sunt, non autem quo ad suas: nisi & ab uxoribus quoque contineant suis, sicut ab alienis: quemadmodum faciebant olim sacerdotes illi ueteres imitatores apostolorum. Et quanquam id nomen castitatis late pateat, dicamusque etiam congressus cum uxore legimos, castos esse, ac pudicos: atque pari ratione omnem quoque iustitiam, probitatemque sub hoc nomine castitatis comprehendamus: quod à sensuum castigatione deriuare uideatur: attamen uere, & proprie castitas, de qua hic agitur, & quæ ad matrimonium sacerdotale pertinet, est, quum uterque, alter ab altero sese continet, & tūc castum quasi castratum dici manifestum est. Hoc itidē sentit Aurelius Augustinus in epistola, quam ad Bonifacium comitem scripsit. Si coniugem, inquit, non haberes, dicerem, ut in castitate continenter uiueres, sed ne te ad istam uitam exhorter, coniunx est impedimento, sine cuius consensu continenter uiuere tibi non licet. Ex quibus sane uerbis patet, non esse aliud caste uiuere, q̄ ab omni uenereo coitu se continere. Quid autem esset caste regere uxorem, quantum ad sacerdotes attinet, Diuus Hieronymus apertissime nobis ostendit in ea epistola, quam ad Rusticum episcopum matrimonio iunctum scripsit. Vxori, inquit, tuæ propter antiquam cō suetudinem, & periculum sacerdotii, non des animam tuam in potestatem: ne forte in similitudinem Adæ in paradiso positi, confundaris: atque acceptam legem, si peccaueris, perdas, ac nuditatis tuæ conscius confusionem mentis excipias, & locum consecrationis amittas. Amanda quidem uxor sicut ecclesia, ut templum Dei: cum ea orandum, legendum, abstinendum, communicandum in altari, non in opere: spiritu, non carne uiuendum: quia tibi usum coniugii interdictum esse perpendis, quum te episcopum esse cognoscis. Habere se illa ex hoc christum gaudeat, non maritum, esseque cū Deo,

non habitare cum coniuge. Hæc Hieronymus. Et ne contentiosus aliquis ob incertum illius titulum epistolæ, neget fortasse hoc dictum fuisse Hieronimi, addamus, quæ in calce apologiæ aduersus Iouinianum pro comperto ita in eandem sententiam ab eo ipso referuntur. Christus, ait, uirgo, & Maria uirgo, utriusque sexus uirginitatem dicauere. Apostoli uirgines, uel post nuptias continentes: episcopi, presbyteri, diaconi, aut uirgines eliguntur, aut uidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici. Insuper aduersus Virgilantium, Proh nephas, ait, episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: si tamen episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam, ostendentes quàm sancte uiuant, qui male de omnibus suspicantur, & nisi pregnantes uxores uiderint clericorum, infantesq; de ulnis matrum uagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid nam facient orientis ecclesiæ? Quid Ægypti? & sedis apostolicæ? quæ aut uirgines clericos accipiunt, aut continentes: aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt? Hæc ibi. Insuper confirmatur id decreto trigesima secunda distinctione, quod incipit. Seriatim, ubi nouiter decernitur de subdiaconis idem, quod obseruatum semper fuerat, in superioribus ordinibus non decere. s. quenquã à gradibus inferioribus clericorum ad subdiaconatum ascendere sine consensu uxoris suæ, ut fiat deinceps ex carnali spirituale coniugiũ. Quo facto: non pmittitur uxorẽ iungi eidẽ amplius marito carnaliter nec alteri siue in uita, siue post mortẽ eius. His plane auctoritatibus satis liquere cunctis potest, ut arbitror, illis ẽt tẽporibus, ita unius uxoris uirum eligi solere ad sacerdotium ut ei deinceps frui opere nuptiarum fas non esset: quicquid consuescant, aut ex indulgentia seruent Græci, & quicquid dicant ex nostris quidam,

qui dum obtegere eo nomine suam culpam malint, quàm deponere, Græcorum exemplo, & antiquorum consuetudine, quam falso allegant, se calumnio se tuentur. Sed qd plura? & enim q fornicari nõ uerctur, nihil mirum eundem ẽt tam perperam se defendere.

Quomodo intelligendũ sit apostoli dictũ, episcopũ oportere esse unius uxoris uirũ. Cap. VI.

IAm ex his, quę hactenus diximus, patere satis credimus, illud Apostoli ad Timotheum præcipientis oportere episcopum, presbyterum, ac diaconum, esse unius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, & cætera non tam ad connubium, q̃ ad mores episcopi, sacerdotis, diaconiq; pertinere. Quod quanuis uideatur plærisq; male interpretantibus aduersari, iis quæ paulo superius diximus: tamen re uera siquis recte pensabit, & acutius intuatur, uidebit nihil quicq̃ ab ecclesiasticis assertionibus, quas tuemur, omnino dissentire. Nam non dixit Apostolus episcopum, seu presbyterum, uel diaconũ oportere esse unius uxoris uirum: ut propterea necesse sit illum esse maritum, ac unius mulieris mancipium: atq; ex eo ualde solicitum de his, quæ sunt mundi, & quomodo placeat uxori: alioqui nec Timotheus ipse, ad quem scribit, digne fuisset episcopus, qui uxore caruit: & propterea ad eundẽ scribens sic admonet. Teipsum, inquit, castum custodi, & noli adhuc aquã bibere, sed uino modico utere pp stomachũ. Ioannes quoq; apostolus eadẽ ratione indignus fuisset & ipse episcopatu, qui uirgo in æuũ pmansit. Similiter & Iacobus, & reliq apostolorũ: quũ præter Cephã, nulli eorũ pro certo uxorẽ, liberos ue fuisse legamus. Atq potius dixerat id Apostolus ad excludendos bigamos, & ad oẽm suspicionem futuræ incõtinẽtiæ tollendã: q merito electionẽ ualeat impedire. Trãsisse siqdẽ ad secundas nuptias, certũ uidetur esse indicium futuræ incontinentiæ, atq; certissima cõiectura

1. Tim. 3

1. Tim. 5

(quicunque ille fuerit) oblectari eum coniugii opere, & à fœminæ consortio difficile continere, quo abstinere prorsus debet, qui fit ad eiusmodi ordines promouendus. Iccirco idem repetit de electione uiduarum. Vidua, inquit, eligatur non minor sexaginta annorum, quæ
1. Tim. 5 fuerit unius uiri uxor. Quare sic? nisi quia secundæ nuptiæ tam uiris, quàm fœminis afferunt suspitionem incõtinentiæ: cuius apertum signum est digamia. Non enim dicit Apostolus eligatur episcopus, aut sacerdos, qui uxorem uirginem de suo genere accipiat, ut Mosi quõdam præceptum fuit: neque qui unicam uxorem teneat, ut suscipiat ex ea filios, & permaneat in concupiscentia generandi. sed qui unicam tantum habeat, habueritve uxorem, & filios subditos in omni castitate. Quam ob rẽ addit, & mulieres similiter pudicas, ut facillime perferre
1. Tim. 3 possint, & imitari continentiam maritorum: quod est pudicarum tantummodo mulierum. Nam mariti pudici, si impudicas habeant uxores minime cõsecrari Deo possunt, quando utrinque castitas sit seruada, quocirca requirit & maritos castos, & uxores pudicas. Per unas ergo nuptias, & mulieres pudicas non concupiscentia coeundi, sed continendi constantia præmonstratur, per filios uero subditos, etiam regendi, & gubernandi prudentia. Nam ut ait ibidem Apostolus, Quomodo ecclesiæ
Ibidem diligentiam habebit, qui domui suæ præesse nesciat? Quid est enim quòd miremur si in initio Christianæ religionis dicat Apostolus, episcopũ oportere esse unius uxoris uirum: quum ad ea usque tempora, tam apud Hebræos, quàm apud Ethnicos cœlibatus probro fuerit: atque pœnis afficeretur quicunque uitam cœlibem ad senectutem usque perduceret? Quare ualde difficile, ac impossibile pene fuerat ea tempestate inueniri adultos, ac prouectæ ætatis uiros cœlibes: qui non unam saltem uxorem duxissent. Quin nec nunc quidẽ in tanta copia cœlibum, reiiciuntur coniugati, si cõsensu

mutuo

mutuo castitatem promittant. In eo tantum nos ab illis aucta malitia, & corrupti mores distingunt: q illis etiam iniciatis uersari cum uxoribus licebat, facta tantummodo tori separatione, & intermisso opere coniugali. At uero nostratibus, quorum continentiæ male creditur, cohabitatio eiusmodi omnino uetatur, quia iam in deterius relapsum est humanum ingeniũ, & refriguit charitas Christianorum. Et enim tunc temporis qui sacris initiarentur, non ultro sese ingerebant, sed uocati, & si ægre quidem ex reuerentia tanti ordinis, attamen propter obedientiam accedebant. Et qui sic eligebantur, aut erant prouecta iam ætate, ut merito dicerentur presbyteri, quod sonat apud nos seniores: aut erant tali, tantaq; morum integritate præditi, ut quanuis iuuenes, nulli prorsus suspitioni essent carnalitatis obnoxii: sed pleni sapiẽtia, & spiritu sancto, ut de Stephano, & Timotheo, & de aliis compluribus legitur, qui sanctitate uitæ, & miraculorum uirtute, longa temporum serie post apostolos floruere: quiq eorum imitantes uestigia, seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Sed respondeat hic rursus quispiam, non præcipere Apostolum, ut necessario episcopus sit unius uxoris uir, sicut nuper dicebamus, sed permittere ei uxorem, ac per ea excludere bigamos, ac deinceps, qui ad altare etiam secundũ Mosis legem non admittebantur. Recte sanè, & uere, non tamen propterea ulla ratione is conuincet, ut episcopo iure aliquo uti liceat uxore: quam ante susceptionem ordinis forte traduxerat: sicut nec post cõsecrationem traducere. Nam si licet per apostolũ sacerdoti uxore frui, cur similiter post ordines uxorem ducere ad fruendum non licet? In eo nanque optime Græci cum latinis conueniunt, non licere iniciatos traducere amplius uxorẽ. Non enim intelligo cur his nuptiarum opus sanctum sit, contractus uero nefarius, quando quidem sicut honestum esset frui uoluptuose uxore, ita pari ratione & ho-

nestum esse deberet, ducere legitime uxorem. Quo circa certa ratio est, ut quemadmodum hoc non omnino licet, ita nec illud similiter licuisse. Postremo scire desydero, si episcopus iste suus, aut leuita eligendus sit ita uxori alligatus, nec sit propterea ei desistendum ab opere maritali: cur fit, ut nunquam legamus quempiam honestum uirum in sacris ordinibus constitutum, aliquādo liberos suscepisse? aut usum fuisse uxore? Nusquā est enim inuenire apud idoneos scriptores, Latinos sacerdotes, nec fortasse Græcos, qui honestæ uitæ fuerint post sacerdotium uel uxoribus usos esse, uel liberos genuisse. Porro si quis mihi ex apostolicis uiris quēquam in usum ueneris, aut suscipiendæ sobolis gratia uxorem retinuisse monstrabit, protinus per me sublata erit controuersia. Adducat hic mihi fortasse quispiam Nouatū sacerdotem satis illustrem, at uirum sane impium & schismaticum, de quo Cyprianus uir sanctissimus in epistolis multa nefanda commemorat, & hęc inter alia ualde insignia. Pater, inquit, eius in uico fame mortuus, nec ab eo in morte uisitatus, postmodumve sepultus: Vterus uxoris calce percussus, & ad parturitionem properans in parricidium partus expressus. Ecce hunc sane legimus in sacerdotio filium generasse: atqui etiam nondum genitum necasse. Quid quæso suspicandum est hic aliud, nisi ita de industria procurasse uxoris abortū, ut suum tegeret incestum? quem, nato sibi de uxore filio, tegere non poterat, sicut usum uxoris, & reliqua alia flagitia sua eousq; celauerat. Etenim tam criminosi habebantur tunc sacerdotes, qui post sacerdotium suis uterentur uxoribus, q̄ habentur nunc, qui subductas habent mulieres, & ab utuntur pro uxoribus concubinis eo quod ob raritatem peccantium tunc maiori dedecori uidebatur fore, deprehendi post sacerdotium suscepisse liberos ex uxoribus, q̄ nunc ex frequentia delinquentium, ex concubinis. Cœpit quidem iam ex frenquenti usu

peccandi tam immane flagitium uideri improbis leue piaculum. Sed hactenus de Apostoli dicto, quod si quis me recte interpretatū neget, sacra uolumina quæ so diligenter euoluat: & si quid probabilius nactus fuerit, nos amice corrigat, uel arguat, si meremur.

Quod non prohibentur cuiquam nuptiæ nisi ei, qui sua sese sponte abdicauerit matrimonio: nec item suadentur, nisi ei, qui continere non potest. Cap. VII.

NOn est hic quoq; dissimulandum esse impios quosdam interpretes, qui dicant Apostolum damnasse hæc tempora, quum scribat fore in nouissimis diebus pseudo prophetas, qui prohibeant nubere. Quasi id non euenerit Manichei & Tacianorū temporibus, nuptias omnino damnātium: quum pares eas fornicationi, & corruptionibus reliquis facerent, publice asserentes, nemini licere uxorem ducere: de quibus intellexit profecto apostolus: atq; de istorum sectatoribus, si qui forte fuerint in posterum, qui ista resemient: non aūt de cœlibatu sacerdotū, quorū castitas (ut supra dictū est) ab ipsis initiis Christianæ religionis cœpit, & ad hæc usq; tempora perseuerat. Quis sanè mentis ausit dicere Apostolum damnasse, quē ipse præstiterit cœlibatum, & aliis consuluerit retinendū: & non potius illud (quod dixi) uniuersale interdictū matrimoniorum quod præuiderat ab ipso Manichæo irrationabili dogmate proponendū? Qđ aūt dixerit in nouissimis diebus, intellexit in fine psecutionis paganoꝵ, & nouissimis temporibus martyrum. Illud etiam pari argumentatione calumniæ uertunt, quod idem Apostolus dixit. Propter fornicationem unusquisq; suam uxorem habeat, & unaquæque suum uirum, ut uir uxori suæ de Timo. 4

bitum reddat,& similiter uxor marito: quod plærique male interpretantes id ipsum generaliter etiam de sacerdotibus uolunt intelligi. Verum hi modo me patienter audiant,& plane intelligent,non id sic esse dilatandum, ut temere ipsi sibi persuadent,sed iuxta sensum scripturarum,ac doctorum esse sanius interpretandum. Principio ergo sciendum,q͞ quum Corinthii ad quos scribebát Apostolus regenerati iam baptismate fuissent, ac instructi euangelicis disciplinis,& ad castitatem,ab ipso uehementius adhortati:mox ut ab eis recessit, seducti eorum plærięq fuerant à quibusdam hypocritis,& pseudo apostolis:qui quum ob difficiliora præcepta uideri uellent cæteris sanctiores, asserebant non à fornicatione tantum,sed etiam ab uxoribus ob mundiciam castitatis,post baptismum receptum esse perpetuo continendum.
1.Cor.7 Quod & si prima fronte bonum esse uidebatur: quoniam bonum est mulierem non tangere: tamen id multis eorum occasionem fornicationis, & nefandæ libidinis fomitem ministrabat: quod ubi depræhensum
Ibidem est id sic in perniciem cedere,consultus super his Apostolus edocet Corinthios,quid facto opus esset, ita respondens. De quibus autem scripsistis mihi:bonum est siquidem homini mulierem non tãgere,propter fornicationem autem unusquisq suam uxorem habeat, & unaquæq suum uirum. Vxori autem uir debitum reddat,& similiter uxor marito. Mulier sui corporis non habet potestatem,sed uir,similiter autem & uir non habet potestatem sui corporis,sed mulier, & reliqua quæ ibi sequuntur. Quibus sanè uerbis manifestissime apparet, Apostolum non cœlibes alloqui, sed coniugatos, qui postquam semel consenserunt in matrimonium,nõ licet alteri absq consensu alterius continere: sed uterq compari suo tenetur debitum reddere: ne quis incontinentiæ crimen specie sanctitatis incurrat. Nam istud uerbum unusquisq suam uxorem habeat,coniugatos tan-

tum'comprahendit qui reiecerant à se uxores, non aūt solutos,& hoc in remedium fornicationis sub qua com prehenditur omnis intemperantia libidinis: quæ tunc temporis nusquam gentium, q̃ inter Corinthios licen‑tius habebatur. Nam & si ad negocium euangelicæ pu ritatis multam conducat ab usu, atque contubernio mu lieris abesse: tamen non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est a Deo: sic enim scriptum est. Qui Matth. 19
potest capere capiat. Id est, qui potest continere conti‑neat, qui nequit, utatur remedio matrimonii: tantum for nicationem, omnemq; illicitum concubitum fugiat. Si enim illud uerbum unusquisque habeat uxorem suam comprehenderet cœlibes, cur idem dixisset? Solutus es ab uxore noli quærere uxorem: qui enim habet uxo rem, cogitat quæ sunt mundi, & quo modo placeat uxori. Non est ergo ꝙ nobis quisquam obiiciat sæpius 1.Cor.7
in gerendo: Habeat unusquisq; uxorem suam. Suā enim dici intelligas, quam quisq; eorum habuerat antequam crederet, & inconsulto ob amorem Christi repudiarat. Quod autem hoc intelligēdum sit de copulatis in ma trimonio, satis clarum est, quum ipsemet ibidem dicat. Hæc secundum indulgentiam dico, non secundum im‑perium. Volo autem omnes homines esse sicut me ip‑ 1.Cor.7.
sum. Quid autem de uirginibus, & uiduis statuat, sta‑tim infert. Dico autem non nuptis, & uiduis, bonum est illis si sic permanserint, sicut, & ego, ꝙ si non continent, nubant: melius est enim nubere, q̃ uri. Conceditur ergo quæ minima culpa est, quum non possit aliter uitari ma xima. At hæc suadentur his, qui sæcularia tractant, & qui bus ob metum fornicationis male fiditur: non autem his, qui meliora uouerunt, quiq; sacris præsunt successo res apostolorum: quibus dictum est a domino, Vos de mundo non estis. Sunt autem uxores his duntaxat ha‑ Ioan. 14
bendæ, qui de mundo sunt, ac terrenis inhiant, nec aliud profitentur, q̃ quod in baptismate promiserunt: ab re‑

nunciare scilicet Sathanæ,& pompis,& operibus eius, quæ quidem professio nec parua nec leuis est,seruetur. Non enim prohibentur nuptiæ nisi his qui meliora professi,contemptis uoluptatibus,sponte sese mysteriis sacris,& castitatis studiis dediderunt.Nec est hoc quidem matrimonium spernere,tanquam perniciosum,& illicitum:sed commendare continentiam,tanquam præstantiorem:& ut maius bonum.Quare dictum est continẽtiæ auidis.Qui potest capere capiat. At diffidentibus dicitur. Qui se continere non potest nubat,melius est nubere,q̃ uri.Ibi quidem uirtus continentiæ commendatur,hic carnis infirmitas nuptiis subleuatur. Nec est id tam tollere matrimonium,q̃ probare: quandoquidẽ per eiusmodi cœlibatum nullo pacto improbantur nuptiæ sed ornantur.Neque enim bonum quidpiam accessu melioris excluditur,sed augetur.Sic neq; aquæ potus per posterius inuentum uini sublatus est, immo etiã aliquibus ualitudinis gratia à medicis imperatur.Sic nec sericum extrusit ex usu lanificium,nec aurum cętera metalla,sed laudi potius,& ornamẽto fuerunt.Sic pari quoque ratione nuptiæ nequaquam interdictæ sunt per cœlibatum,sed ob integritatem Christianæ religionis redditæ sunt uel ex eo sanctiores.Damnauit peruersos eiusmodi interpetres princeps apostolorum Petrus in sua canonica epistola his uerbis. Charissimus inquit frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit nobis,sicut in omnibus epistolis,loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.Hæc ille nos ad reliqua pergamus.

Matth. 19
1.Cor.7
2.Petr.3

Quando continentia fuerit subdiaconis imperata & quomodo licẽtia uxorum à Græcis extorta sit à patribus in sexta synodo. Cap. VIII.

Apud Latinos ergo & si cohabitare cum uxoribus aliquandiu permissum sacerdotibus fuisse cõperimus: nõ propterea tñ (ut uidetis) constat, aut legitur licuisse unq̃ sacratos Deo homines uxoribus uti. Secus uero de Subdiaconis, qbus primo p Pelagium secundum, & subinde per diuum Gregoriũ interdictum fuisse usum nuptiarum certissime noscitur. Nõ enim sacer habitus est olim ordo subdiaconatus, ideo non cõsueuerant subdiaconi ab uxoribus cõtinere: sicut nec reliqui inferiores ordines. Ex quo manifestissime patet, uel ob id planè nunquã licuisse sacris hominibus uxoribus frui, sicut plærique hactenus arbitrati sunt, alio qui sicut legimus qñ primũ subdiaconis interdictæ sunt nuptiæ, q prius licebant: ita ẽt legeremus & sacerdotibus, & diaconis aliqñ licuisse uti matrimonio: & postea usũ eius fuisse sublatũ. Item quoque sicut legitur qñ primum uxores Græcis cõcessæ fuerũt: ita pari modo legeretur, qñ fuerant interdictæ: si id uerum foret, q licitæ fuissent aliquando. Certum est enim anno à sacrosancto natali Christi sexcentesimo sexagesimoquarto Synodũ, quam sextam dicimus apud Cõstantinopolim in Græcia factam esse: atque ibi in ea per Græcos episcopos impetratum, ut decerneretur Græcos sacerdotes licite suis posse deinceps uxoribus potiri: quod antea nõ licebat ut in Romani canonis ordine contineri Synodalis ipsa constitutio asseuerat, & si abusus Græcorum præter uniuersalis ecclesiæ morem tacito consensu, seu dissimulatione potius patrum aliquandiu uxorum congressus sibi tanquam licitos arrogasset. At qui ea constitutione comprehensos esse nullo pacto Latinos eadem distinctione in decretis Stephanus. Ro. pont. docet: ubi tuetur uiriliter propositum castitatis. Quod uero ad uxores Græcorum attinet, breuiter respondit, esse in eo longe diuersas traditiones orientalium ecclesiarum ab institutis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

31. dist. Quoniã

31. dist. Nicena.

31. dist. Aliter.

Quæ sanè responsio quoniam nimis breuis, atque concisa uidetur, quippe quæ factum nudum, ac nulla ratione uallatum in medium pro suæ causæ defensione deducat: mihi uisus sum operæ precium facturus, nec alienum a nostro instituto, si aliquid in ea re paulo acutius indagauero, ut possit unusquisq; intelligere, non solum quid utrinq; sancitum fuerit sed etiam utra sanctio potior sit habenda, siue Græcorum, siue Latinorum sit illa. Quod sanè est facile cognitu, si sagaciter antiquorum patrũ uestigia bene emunctis naribus uoluerimus odorari. Quocirca ut hic locus possit apertius explicari, si placet paulo altius huiusce diuersitatis initia repetamus, inuestigantes diligenter scripturas, si forte ex densissima sylua, & obscuris latebris erui hoc uerum possit: atque eiusmodi dissidii origo aliquanto certius reperiri. Dicã ergo ex diuinis scripturis, quod ad faciendam fidem mihi pertinere uisum est: non q; protinus uelim alios necessario sequi meam coniecturam, sed magis ut cõmentandi ueri aliis quoq; semitam monstrem.

In obseruatione continentię utra traditio sanctior fuerit an Latinorum, quæ est ab Apostolis: an Græcorum, quæ a patribus emanauit. Cap. IX.

PRimo omnium satis constare arbitror (ut infra dicemus) Apostolos, atque discipulos Christi, ubi secuti sunt dominum, & familiæ curam, & uxorum simul reliquisse commercium uel mutuo consensu, uel repudio, quum per id tempus nondum repudii ius sublatum foret. Nã adeo ignitum erat tunc Christi uocantis eloquium: & tãta illorum pectoribus ex eo uis amoris infusa, ut illo dicente, nisi qui reliquerit patrẽ, & matrem, & uxorem, & renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: statim multi

tam uiri,q̃ fœminæ conuersi ad Iesum, communi con-
sensu maritali toro cederent,illumq́; sequerentur. Hinc Mar. 10
itaque emanauit ab ipsis sanè fidei incunabulis,dũ Chri-
sti euangelium apostoli prædicarent:ut quicunq; cõuer
terentur Hierosolymis ex Iudæis,mox ut uocati, atque
in sortem prædicationis per manuum impositionem ac
citi fuissent,ab renunciatis uoluptatibus desisterent esse
sub potestate uxorum,atque infide unanimiter connexi
& iugati ab renunciatis uoluptatibus relinquerent usum
maritalem. Neque enim aliter esse idonei euangelicæ
expeditioni neque uacare spiritui potuissent: quoniam
sicut ait Apostolus. Qui adhæret uxori,non habet po
testatem sui corporis,sed uxor. Id quidem erat relinque 1. Cor. 7
re patrem,& matrem,& uxorem:exire scilicet de eorũ
potestate:non autem deserere & abiicere a se prorsus
parentum,& uxorum procurationem, ac si non essent,
quod fuisset sane impium,& inhumanum. Est ergo re-
linquere hoc loco parentes,& uxores, non præbere se
eorum uoluntati,nec propter eos euangelizandi studiũ
aut negociũ fidei derelinquere:quod ex multiplicibus
suasionibus,& illecebris,paritérq́; molestiis connubio-
rum facile accidere posset. Ideo discipulis suis domi-
no dixisse perhibetur, neminem posse duobus domi-
nis seruire. Hæ uero mulieres, quæ & ipsæ propter
Christum religioni sese dicarant,consensu mutuo toro
maritali deserto,cum uiduis castitatem perpetuam pro Matth. 6
ponebãt,quo circa pariter cum illis ecclesiæ sumptibus
alebantur,quasi uiduæ,id est,à maritis diuisæ:nam Lati
ni altero coniugum absente,torum uiduum consueue-
rant appellare. Quale autem esset tunc Christianorum
consortium a principio statim euãgelii in actis aposto-
lorum aperte cognoscitur,ubi scriptum est. Et hi om-
nes erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mu
lieribus,& Maria matre Iesu,& fratribus eius. Cæterum Act. 1
id Hierosolymis quandiu fidei negocium ageretur in-

ter Hebræos pacifice obseruatum est: at ubi ad Græcos uentum est, quidam, qui conuertebantur ex Græcis affecti nimio amore erga uxores non poterant earum consuetudinis penitus obliuisci. Inde ortum fuisse legi-
Act.6 mus murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ eorum: sic nanque euangelista sanctus appellat omne illud collegiũ fœminarum: nam & permixtas cum his uxores forte habebant, quæ iam à se uelut uiduæ, seorsum à uiris diuisæ, & separatæ degebant. Quam ob rem ad tollen-
Act.6 dam eiusmodi suspitionem curauere Apostoli, ut crearetur septem diaconi, qui eiusmodi negocio præessent, & mensis posthac ministrarent, ne quenquam eorum, qui destinati essent ad euangelium prædicandum, mulierum cura distringeret: & minus idoneum negocio euangelii redderet: ac simul ne quis rursum Græcorumde uiduarum despectione merito posset queri. Hinc ergo, si recte pensamus, non immerito possumus suspicari Græcos naturaliter semper mulierosos, uxoriosque fuisse, & probabili coniectura, uel ex hoc scripturæ testimonio colligere, inde paulatim ex eo affectu inoleuisse eis consuetudinem uxores suas, uel retinendi, uel saltem impẽsius curandi quàm cæteris: dissimulantibus interim Hebræis, ne ea forte correctio tũc temporis nimis importuna foret: & tenellæ adhuc religioni aliquam inuidiam suscitaret: sicut & de obseruatione legis antiquæ, & de circuncisione corporali aliquandiu dissimulasse Apostolos legimus, quasi incertos, quid potissimum esset, in tanto rerũ discrimine faciundum. Sic & multo post Ecclesia Romana quæ de gente Bulgarorum recenter conuersa æquo boniq; fecit, si quid contra communem ritum Latinorum sua consuetudine deliquissent: sicut legitur in decretis. xxviii. distinctione, in fine. Multa enim ferebant in illa tenera fidei infantia Apostoli primum, & subinde Apostolici uiri, non tam uoluntatis assensu, quàm amo-

re pacis, ac nimio pietatis, atque charitatis affectu. Iccirco legitur Petrum apostolum quum promiscuis cibis cum gentilibus uesceretur, superuentu illorum, qui ex circoncisione crediderant, subtraxisse se per simulationem, ob scandalum præsertim eorum, qui & si crediderant planè euangelio, nondum tamen satis sibi persuasum fuerat esse propterea à priori legis obseruatione cessandum: erant enim maximi æmulatores legis. Paulus quoq; & ipse ueritus ne cui Hebræorum per occasionem consuetudinis suæ cum Gentilibus, inuidiæ fomitem subderet, eadem est usus simulatione nequaquã reprehendenda: nam Timotheum ex gentili patre natũ circuncidit propter Iudæos: quin & sibi aliquando caput rasit, & iuxta ritum, & cæremonias legis obtulit sacrificium in templo: ne scilicet, qui ex Iudæis crediderant turbarentur: tantæ molis erat Iudæos, & Gentiles in fide unanimiter continere. Inde prouenit, ut etiam Gentilibus mandaretur, ne suffocatis in cibis uterentur: non quia mundis immundum quicquam foret sed cõcilianda societatis causa: nam postmodum firmatis religionis Christianę fundamẽtis, omnia ista facile sublata sunt quippe quæ cum labore, iactura, ac dolore fiebant: uerum quod ad negocium castitatis attinebat, non ita mutari facile poterat, quum uoluptas carnis obstaret: Et propterea Græci in suo semper abusu obstinati, non ualentes uxorum se paratione ęquanimiter ferre, impetrauerunt aliquando seorsum à cæteris, ut possent unica uxore potiri. Romana siquidem ecclesia tunc in ea re ita se habuit erga Græcos ad permittendas uxores, sicut Moses aduersus Hebræos ad eas repudiandas. Nam ut in euangelio Matthei legitur. Ad duritiam, inquit, dominus, cordis uestri permisit uobis Moses dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic. Græcis ergo ex dissimulatione, potiusquam approbatione conciliorum cõmixtio uxoris retenta est,

Gal. 2

Act. 21

Matth. 19

Latinis uero ex consuetudine Apostolorum, atque ex consilio Pauli semper interdicta: & si & ipsis propter sanctitatem uitæ cohabitare caste cum uxoribus aliquã diu licitum fuisse legamus. Hic modo uelim à quouis æquo iudice discerni utra Græcorum ne an latinorum probabilior sanctio esse uideatur: an ea: scilicet, quæ à Christo primum apostolis, & ab his deinceps nobis quasi per manus tradita est, semperq; ab ecclesia seruata: an quæ a Græcis ex sua lasciuia uiolenter exorta, atque mordicus, & fraudulenter retenta: Quod quidem quum sic se habeat quis non uidet, multo potiorẽ habendam esse Latinorum sanctionem, q̃ Græcorum licentiam: quando huius rei habeamus auctorẽ Christum, Paulum, & cæteros apostolos: illi autem solum Paphnutium suasorem. Sed quid nobis cum Græcis, aut Paphnutio: Nos quidem Latini non à Græcis, sed ab Hebræis, qui priores Græcis fuerant, profecti sumus. Constat enim ex Hierosolymis, & ex Iudæa fuisse Apostolos, non ex Græcia: atque fere ab Apostolis. S.R.E. sanctiones, & institutum præsertim castimoniæ ab initio processisse, quod hactenus à bonis sacerdotibus semꝑ est obseruatum. Sed iam satis arbitror constare ex his quæ modo diximus castitatem à principio fuisse semper a catholicis sacerdotibus seruatam: & ritum. S.R. ecclesiæ, qui hactenus durat, utpote Christi Iesu, & Apostolorum, præferendum esse sine controuersia ritui, licentiæq; Græcorum. Quare pergamus ad reliqua, quę de eisdem Græcis, deq; eorum consuetudine referuntur.

Quomodo Græci ex falsa interpretatione apostolicæ sententiæ, & ex Paphnucii consilio sibi uxores arrogent. Cap. X.

SAtis (ut mihi uidetur) aperte hactenus ostensum fuit, priscos sacerdotes solitos fuisse uersari caste,

& continenter cum uxoribus: quas forte quum initia-rentur sacris, habuerant, quanquam postmodum Græcorum quidam, ut sunt acutissimo ingenio, & proni ad libidinem, interpretatione quadā sua uxorum suarum usum, reclamantibus frustra Latinis subdole sibi usurpauerint. Nam spreto quicquid in ea re suasissent Aposto li suis hi traditionibus, atque opinionibus adhæserunt, Apostolum sic ex suo sensu interpretantes. Argumentantur autem argutuli Græci pro excusatione, ac defensione suæ causæ sic. Si licet ex sententia Apostoli uirum unius uxoris eligi ad sacerdotium, uidetur quoque licere uxori, ac matrimonio operam dare, quum ab ea separari non possit, nec debeat, nisi ex causa fornicationis, dicente lege. Quem Deus coniunxit homo non separet. Matth. 19 Quæ sanè interpretatio eos primum ab antiqua illa Apostolorum consuetudine de castitate perpetuo seruanda, in sinistrum deflexit: sensimq; eo deducta res est, ut Græci palàm, ut cæteri homines cum suis uxoribus dormiant nec uolunt intelligere, ꝙ continentia, quæ torum separat, non separat propterea matrimoniū, sed confirmat, quum mutuo consensu propter Deum coniuges inter se spreta carnis uoluptate, fidei nexu multo firmiori, atque arctiori constringantur, ut de matrimonio uirginis genitricis, & Ioseph legitur, quod nulla interueniente copula carnalis, uoluptatis ueri tamen matrimonii retineat nomen. Sed ut cœptam iam de Græcis historiam prosequamur, dicam quo modo suarum sibi Græci uxorum usum uendicarunt. Accidit Syluestri pontificis max. & Constantini Augusti temporibus, anno salutis nostræ trecentesimo quadragesimo, ut in urbe Nicena episcoporum totius religionis Christianæ concilium cogeretur, ubi inter cætera, quæ ibidem gesta sunt, agi quoque cœptum fuit de separādis prorsus coniugiis sacerdotum, tum ob manifestam etiam eo tēpore lasciuiam Græcorum, tum ob continentiam iam

suspectam etiam Latinorum. Cœperant enim tum primum rumores spargi esse, qui ab uxoribus, ut hactenus seruatum fuerat, minime continerent, & ex eo cœptum matrimonia sacerdotum, & contubernia uxorum, sicu & aliarum mulierum haberi suspecta, ut supra dictum est. Sed quoniam Græci id obstinatius q̃ par fuerat, detrectabant. Tandem de Paphnucii consilio tacito patrum consensu permissi sunt cum uxoribus habitare: Latinis ab omni prorsus uxorum, ac suspectarum fœminarum contubernio separatis ut superius dictum est. Quod si antiquorum patrum moribus uixissent, profecto disceptare nihil necesse fuerat, nec aliter disponere, q̃ quod erat a suis maioribus eo usq; seruatum. Legitur id latius in historia tripartita, & in decretis trigesima prima distinctione. Transiuit interea res sic tacita usque ad Sextam Synodum anno salutis sex centesimo septuagesimo quarto, ubi Paphnucii consilium tum primum expresso patrum consensu publice, palamq; comprobatum fuit: atque etiam ad perpetuam rei memoriam literis commendatum. Ex quo apparet eiusmodi commixtionem pro certo non licuisse quum noua permissio uxorum prætendere uetus interdictum apertissime uideatur. Nam si quando antea eis licuisset uxoribus uti, nihil necesse fuerat legem condere, quæ his usum nuptiarum permitteret: quem ipsius matrimonii iure maritis omnibus competere certum est. Permittere enim permissum, & concedere concessum uanum fuisset omnino: quod neq̃ existimandum est accidere potuisse in eo tam sancto sapientissimoq; concilio.

Quid potissimum nouerit Paphnucium ad relaxandas Græcis sacerdotibus uxores. Ca. XI.

CÆterum quia Paphnucii auctoritas magna est ne cui forte uideat de tanto uiro mea hac disce

ꝑatione, quicq̃ uoluisse detrahere: quē amare sane potius, atq; laudare par est (e iā si & ipse falli potuit, ut homo, quando nullus mortalium (ut aiunt) omnibus horis sapit: dicam quid censeam uerisimiliter mouisse uirū alioqui integerrimum, ut de re tanta actam ardua a cæteris patribus sanctissimis, atq; doctissimis uiris tantopere dissenserit. Et enim iste quidem uenerabilis uir Paphnucius nulla alia maiori ratione pertractus fuisse uidetur, ad concedendas sacerdotibus Græcis uxores, q̃ necessitate. Constat enim uirum Syncerum & castum id consuluisse non tā ut eiusmodi copulā ex sua snia comprobaret, q̃ ut Grecorū pertinaciā, seu potius libidinem quā optime norat ei populo insitam naturalēq; esse, tali tunc remedio tēperaret: de qua re eo concilio subtiliter, & copiose disseruit. Non enim fieri posse sperabat homo prudentissimus ut ea gens suapte natura semper libidinibus dedita ualeret tunc continentiæ frenis aliter melius coerceri, q̃ licentia nuptiarum: & eo præsertim tempore, quo Nicolaitarū secta spurcissima in dies illis regionibus coalesceret: cui neq; fornicatio, neq; adulteriū erat ullo pacto in obscœnis, quū noua hæresi unusquisq; uxorē suā, perinde atq; uile iumentū, mutuo ad poscentis libitū cōmodaret: dicentes oia esse debere communia, & propterea uxores ipsas, ut reliquas res gratis, & liberaliter participādas. Nulli mirū ergo si Paphnutius uir ꝑspicacis ingenii, in tā corruptissima fornicandi licentia, actā flagitioso libidinis inhonestæ ꝓfluuio, uxores alioqui sacris hominibus interdictas suis Græcis sacerdotibus specialiter censuerit relaxandas: ut ea scilicet licentia quātū fieri potest aliqua ex parte, eis petulantia illa ueneris sopiretur. Et. n. si lubens, & ex aio eiusmodi cōnubiis assensisset, & nō potius inuitus ob multo maioris mali metū, qđ imminere sublato nuptiarū remedio præuidebat, quid in causa fuit, quòd & ipse uxori cum cæteris maritis non hæserit: nam uirgo est habitus,

& quo ad uixit uoluptatibus semp infensus fuit. Quod ergo minus malum fore credidit, id adiudicauit faciendum esse pro meliori: & minus malum anteponendum maiori, non tam ad id, quod liceret, q̃ ad id, quod pro tempore expediret intentus sicut à medicis fieri uidemus in quibusdam morbis, qui feruntur minori malo, q̃ tollantur. Sic Aaron ad euitandum (ut sibi uidebatur) grauius malum, assensit Hebræorum genti, aurei uituli adorationem. Similiter & Moses ob eiusdem gentis duritiam (ut nuper dicebatur) annuit eis ius repudii gentilium more, non aliter sane concessurus, quoniam neq; antea fuerat, nec post, aliquo diuino oraculo comprobatum. Eadem quoque ratione Romana nunc ecclesia eos ipsos sacerdotes Græcos coniugatos tolerat, qua olim Paphnucius coniugauerat: utpote ueteri morbo laborantes, & nullis iam medicaminibus, aut fomentis curabiles. Hæc a nobis fortassis nimis libere, at non ab re certe dicta, ac ædita in publicum. Verum nunc super his quid agendum sit, nihil asserimus certi, neque quicquam afferimus noui præter id quod hactenus extitit obseruatum: atque assertionem hanc sapientiorum iudiciis, & ecclesiæ arbitrio integram, illibatamq; relinquimus.

De natura, & moribus Græcorum. Cap. XII.

Nolim hoc loco cuiuspiam gentis gratis mihi inuidiam conflari, si orientales gentes, & in primis Græcos dixero ob superbiam sapientiæ, quam sibi nimium arroganter assumunt, male semper audiuisse: & a uero, & æquo natura gentis sæpius deflexisse: unde olim uelut ex irriguis fontibus, multiplices sectas, diuersa dogmata, & innumeras penè hæreses cōtra catholicam fidem. Christianamq; pietatem emanasse cōstat. Addas, q eos Latinis semp infensos legimus:

unde

unde illud Catonis Græcos insectantis. Nos quoque dictitant,inqt,barbaros,& spurios,& magis q̃ alios opicorum appellatione dedecorant.Sed & Marcus Tullius multa in hanc ipsam gentem,in ea oratione quam pro L.Flacco habuit disertissime dixit:imitatus credo patrem,qui & ipse Greciæ genio,unus omnium infensissimus fuisse perhibetur.Dicebat enim.M.Cicero.M.Tullii pater Italos similes esse Syrorum uenalium, quorum ut quisq; sciret optime græce,ita esse nequissimum: asserens una cum literis Græcorum mores ad Latinos demigrare solitos.Cicero autem ipse quid de Græcorum libidine sentiret in.L.pisonem unico epitheto expressit, ubi uoluptarios Græcos appellat.Hoc idem nihilo minus expresse.Ouidius paucis & ipse ostendit,ubi de Tereo Tracum rege,quorũ nunc loco successere Græci, ita concinit.(Sed nũc innata libido Extimulat: pronũq; genus regionibus illis in uenerem:flagrat uitio gentisq; suoq;.) Paulus quoque apostolus ad Titum scribens Epimenidis uersiculo de moribus Cretensium aptissime usus est.Cretenses semper mendaces,malæ bestiæ, uentres pigri. Quod autem regio ualde officere moribus soleat,Curcius in uita Alexandri hac sententia & ipse confirmat. Ex Sicilia,inquit,Cleon, & hic quidem non ingenii solum,sed etiam nationis uitio adulator. Et Cicero dissimilitudo,inquit,locorum dissimiles hominum procreationes habet.Quam uero prona semper fuerit in uenerem natio ipsa Græcorum,Ioannes quoque apostolus apertissime demonstrat,dum Pergamũ, & Tiatira Græcas ciuitates de Nicolaitarum errore reprehendit,ut legitur in eius Apocalypsi.Sed & Diogenes,quum & ipse in Græcia diutius uersatus esset percũctanti cuidam qua parte Græciæ uidisset bonos uiros, respondit,nusquam:sed Lacedæmone pueros tantum: designans corruptissimos mores totius Græciæ usque adeo ut nec apud Lacedæmones olim gentem incor

Tit. 1

Apoc. 2

ruptisſimam, niſi in pueris integritas priſca maneret: In reliqua uero Græcia ne pueros quidem eſſe incorruptos. Huic dicto conuenit, quod de Phryne nobili ſcorto idem philoſophus dixerat. Nam quum hæc Delphis ex uoto Venerem auream dicaſſet. Diogenes tale ei ſubſcripſit elogium. Ex Græcorum intemperantia. Innuens per hæc quanta Græcorum libido fuiſſet, quũ uni femellæ, ex quæſtu meretricio, pro redimendo uoto tantum auri ſupereſſet. Legimus quoque (quod prætermittendum non eſt) Alexandrum Seuerum imperatorem Romanorum de militibus ſumpſiſſe aliquãdo ſupplicium, ꝙ quum Antiochiam ueniſſent, lauacris muliebribus, & delitiis indulgentius uacaſſent: atque ita dicitur in contione acclamaſſe. Milites Romani amant, potant, lauant Græcorum more. Hinc etiam uerbum fœdum apud latinos factum eſt Græcari, & Ciorinthiari: quum quis intemperantius ſcortis, & meretricibus indulgeat. Quam ob rem non ſine cauſa poetæ Veneri ſedem in media Græcia collocarunt, utpote apud gentem, & in regione luxuriæ, & laſciuiis omnibus natura deditisſima: & propterea hanc ipſam modo Paphiam, modo Cypriam uocabulis à Græciæ urbibus ſumptis nominant. Quam proni autem fuerint ſacerdotes Græci per ea tempora ad incontinentiam, dira ipſorum perſecutio in diuum Ioannem Chriſoſtomũ manifeſte demonſtrat. Is enim (ut in dialogo de eius uita legitur) quum creatus eſſet Conſtantinopolitanus epiſcopus, exerceretq; iure cenſuram aduerſus fœdam, & in honeſtam uitam ſacerdotum: qui præter uxores mulieres quoque quas ſubintroductas uocabant, ſecũ domi turpiter retinebant, aſſerens tanti comparatione flagitii, tolerabiliores eſſe lenones quàm eiuſmodi ſacerdotes: ꝙ illi longe à medicinæ taberna degant ſeorſum cum his, qui ſua ſponte infirmi eſſe uolunt: at hi intra ſalutis officinam uerſantes, remediaq; pro

ſitentes,ad morbum ſanos inuitent. Ex quo tantam ſi- bi ſanctus uir conflauit inuidiam, ut pars impia cleri quæ eo eſſet affecta contagio exitialiter in eius infamiã, & necem,coniuraret:nec prius deſiſteret quouſque fal- ſis criminationibus eum eiiceret in exiliũ.Id autem mo liri per falſos teſtes huic genti facile fuerat, quum in Græcia ita iuſiurandum mutuo accipi ſoleat,ut extet prouerbium de Græcis. Da mihi iuramentum mutuo: & non multum ab hoc diſsimile,quod eſt, Fide Græca mercari:quaſi nulla eſſet in eorum uerbis fides,ſicut nec in eorum menſibus Kalendæ. Sed curioſius hæc for- taſſis de Græcis dicta ſunt,ac pluribus quàm noſtra pro feſſio poſtulare uideatur. Verum non ab re equidem putaui fore,huic genti hoc loco patrii ſoli uitium pro- bro uertere, quum ſæpius hominum mores, ſicut & plantæ ad regionis habitum,naturamq; reſpondeant. Gentes ſi quidem natura diuerſæ ſunt: aliæ iracundæ, aliæ audaces,aliæ uafræ aliæ hebetes, quædam in ui- num,quædam in uenerem proniores,quod uitium uni Græciæ peculiare ſemper fuit. Sed quid attinet plura referre de Græcorum incontinentia? iam ſatis quidem patere arbitror,ex his quæ hactenus dicta ſunt,Paphnu tium uirum prudentisſimum Græcorum nuptiis, non quia placerent fauiſſe, ſed quia gentis uitium idipſum tunc neceſſario requirebat:ne maiori ſcilicet ueneris in- ficerentur flagitio,ad quam Græci proniores ipſius re- gionis genio ac natura feruntur: adeo ut non conten- ti matrimonio ita ſibi conceſſo(ut nuper dicebam)ſu- per inducere uxoribus pellices,& concubinas ſolerent. Reliquum eſt ut dari mihi ueniam in hac cauſa à Græ- cis petam,ſi forſan hic contra noſtrum inſtitutũ uiſus ſim eos acerbiuſcule pupugiſſe. Quod qdẽ nullo à me odio aut inuidua factũ eſt: ſed ſtudio,& defenſione ue- ritatis. Nã & ſi Gręcię geniũ inatæ libidinis accuſamus,

non propterea defraudamus eã propria laude, ꝙ olim ſemper floruerit optimis ingeniis,& uiris, doctrina, & ſanctitate præſtantibus:ut merito docta Græcia fuerit appellata, & iudicio etiam aduerſariorum obtinuerit omnis diſciplinæ principatum. Vnde. M. Tullius pro. L. Flacco. Tribuo,inquit,Græcis literas, do multarum artium diſciplinam,non adimo ſermonis leporem,ingenii acumen,dicendi copiam. Hic tamen eandem ueniã petit ſibi dari à fratre,quam ego mihi modo à Græcis peto. Ait enim Dabis hanc ueniam mi frater ut noſtros Gręcis anteponam. Cicero generaliter dixit:at ego modeſtius,de aliis rebus non contendo,ſed de ſola religione,& caſtimonia aſſero noſtros Græcis anteferendos. Nam quod ad eruditionem pertinet,& ad mathematicas diſciplinas,quis neſcit ab his ad nos tanquam a fonte omnia diſcendi fluenta uberius effluxiſſe, quibus oĩs latina oratio & diſputatio perenniter irrigatur? Nec hic tacebo ad conciliandam mihi Græcorum gratiam, illud Euſebii in ſua euangelica præparatione dictum: & ſi non carere ſuſpicione uideatur eius commendatio, quum & ipſe Græcus ſit:integritas tamen uiri facit, ut nullo pacto tale teſtimonium recuſemus. Ait enim Græcia ſola homines generat uere cœleſtes,atque diuinos, natura ad omnem ſcientiã natos,cuius rei cauſa eſt ſubtilitas aeris. Dictum eſt enim a quodam ſapiente cuius mihi nomen excidit. Aer ſiccior, anima prudentior, & melior. Cui ergo mirum ſi dicatur Græciam libidinoſam eſſe,eadem ratione,qua dicitur ingenioſa, & prudens: Attamen ut ibi reperiuntur multi hebetes & imprudentes:ita parimodo non negamus præter loci naturam ibi quoque reperiri poſſe multos continentes. Nam ut in generationibus hominum, & quorumcunꝗ animantium ſæpe accidit,ut filii à parentibus degenerent,ut uideamus ſæpe à ſapienti patre naſci filium ſto-

lidum:& ab equo generoso,ac robusto,segnem, & infirmum:Ita etiam de gente,& de regione pari iure censendum.His uolui me reconciliare Græcis, quum mea natura sit,nolle mihi quempiam infensum esse, nec iratum ullo pacto.Sed iam ad institutum reuertar meum: & expediam,quæ ex proposito mihi restant ducenda.

Quo præstet interuallo cœlibatus sacerdotum Latinorum matrimonio sacerdotum Græcorum. Cap. XIII.

Satis mihi constare posse uidetur ex his,quæ dicta sunt,Latinorum traditionem de castitate sacerdotum multo digniorem, atque perfectiorem esse, q̃ licentiam nuptiarum Græcorum, reliquum est ut uideamus etiam utra modo traditio Deo uideatur acceptior:quod quidem ex fortuna,atq; ex fœlicitate utriusque ecclesię facile puto posse dignosci. Videmus enim (si cõferendum exemplum est)uniuersam fœlicitatem imperii,iamq́;(si Deo placet)& literarum,atq; omnem scientiarum peritiam,una cum uero ritu religionis ad Latinos fuisse translatam:ut ipsi sanè Græcorum papæ cum suis nuptiis sordidi,atque contempti degant, miserrima egestate depressi iamq́; & imperiti cõtra naturam gentis,& quod miserabilius est,impiis superstitionibus, & infidelibus regibus seruientes. At qui Latini suo cœlibatu,& si multi reperiantur incontinentes,tamen in bonorum gratiam summe eruditi,summeq́; illustres, ac reuerendi ubiq; locorum sunt. Componantur quæso modo in quouis genere laudis utriq; populi, cedet profecto Græcia,nec ultra,quantumuis uana, audebit Latio se conferre,ne dum præponere,ut fecit aliquando:quoniam nihil ferè extat citra sexcentos fermè annos à Grę cis Græce,& in Græcia scriptum,quod patienter legas. Porrò Latinis nostris cœlibatus sui sterilitas, ex spiritali

ſemine, nouas, & largas fruges uirorum illuſtrium in
utraq; lingua quotidie affert: at Græcis contra ſuarum
nuptiarum fœcunditas, ex carnali ſatione, non niſi loliū
triſte parit, auenas ſteriles, tribulos, herbasq; nocentes:
Gal.4 nihil degenerante à ſua ſemente fructu. Sic enim ſcriptū
eſt. Qui ſeminat in carne de carne metit corruptionē.
Poſſet hoc planè loco id, quod de Synagoga Hebræo
rum communiter interpretatur, recte ad eccleſiam Græ
corum transferri: ut iam uere & de ea dicatur. Quæ
1.Reg.2 multos habuit filios infirmata eſt: & ſterilis peperit plu-
rimos. Item illud Eſaiæ prophetæ. Letare ſterilis, quæ
non paris, erumpe, & exulta, quæ non parturis, quo-
niam plures filii deſertæ, quàm eius quæ habet uirum.
Eſa.54 Per belle etiam utraq; eccleſia (quoniam ex eo diuiſa
Gal.4. eſt, & ſuis legibus utitur) præfiguratur per Lyam, & Ra
chelem ambas Iacob uxores: quarum altera quidem
Gen.19 deformis, ſed fœcunda, licentiam nuptiarum indicat
Græcorum: altera uero pulchra magisq; amabilis, quæ
diu ſterilis habita eſt, Latinorum caſtitatem præfigurat.
Fuit ſiquidem eccleſia Latinorum aliquandiu ſterilis iu
dicata, quod nihil carnaliter genuiſſet, attamen ſpiritua-
Gen.21 liter in fine cognoſcetur eſſe fœcundiſſima. Nec ab
Gal.3 his longe diuerſum eſt, quod de uxore, & ancilla Ha-
brahæ legimus, Sara ſcilicet & Agar. Per Saram.S.R.
Eccleſia intelligi poteſt, quæ & ipſa ſterilis dicta eſt, ſed
denique Iſaac in libertatem genuit, qui gaudium, & ri-
ſus interpretatur. Per Agar autem intelligere poſſumus
eccleſiam Græcorum, quæ ſecundum carnem parit ſibi
Hiſmaelem in ſeruitute generans. Liberum ſane eſt ſar-
cerdotium Latinorum, quod gaudium parit, & riſum:
quoniam extra carnis moleſtias uni ſeſe Deo totum im
pendit: ſeruile uero ſacerdotium Græcorum: ꝙ quum
ſint ipſi & uxoribus, & liberis addicti, in Dei opus, non
niſi negligenter intendere ualeant. Nos ergo (ut inquit
Paulus) non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ. Itidem

quoque uidetur præsignasse geminus partus Rache-
lis: primo enim partu parit Iosephum, qui ab iisdem Gal.4
fratribus, à quibus uenditus est, fuit postmodum humi-
liter adoratus: secundo uero partu peperit Beniaminum
cui & Benoni nomen fuerat, quod est interpretatum
filius doloris. Iosephus ergo qui interpretatur augmen-
tum, generationem spiritualem significat. S.R. ecclesiæ:
Beniaminus uero qui post genitus est, generationem Gen.45
carnalem ostendit Græcorum, quo partu Rachelis ob Gen.35
difficultatem pariundi moritur. Id quoque protendere
recte potest imminentem totius ecclesiæ uastationem:
quæ propter eiusmodi carnalem generationem sacer-
dotum, haud multum procul ab interitu esse uidetur.
Rachelis igitur, id est ecclesia Christi, ut partu primo
spiritali aucta, atque exaltata est, ita altero partu, si eue- Gen.35
niat, ut secundo pariat (quod faxit Deus ut non contin-
gat) morietur. Mens quidem præsagit hic nescio quid
triste ob id ecclesiæ proceribus imminere, quod omen
Deus auertat: malitq; malos corrigi gratia benignitatis
suæ, q̃ iusto iræ suæ iudicio flagellari.

De Pii secundi pont. max. dicto: quodq; male sen
serit Gratianus de connubio sacerdo-
tum. Cap. XIIII.

SVfficere iam sanè poterant quæ diximus hacte-
nus ad probandum quod de sacerdotum casti-
tate sentimus: quomodo scilicet in ecclesia catho
lica, & Romana, ab honestis, & probis sacerdotibus
sit semper seruata continentia: sed quoniam ma-
gna auctoritas quorundam officere huic causæ, &
dictis nostris obstare uidetur: qua multi sæpe fal-
luntur, uisum est expedire, ut huic quoque peri-
culo, quibus possumus præsidiis succurramus.

Legimus enim pium .ii. pont. max. uirum sapientissimũ dixisse in dialogis, quos contra Boemos, & Thaboritas scripserat. Non errauit ecclesia primitiua, quæ sacerdotibus permisit uxores, nec errat moderna, quæ subtrahit. Id quod dicit, permisit: de usu sane matrimonii accipiendum non est, si de Latinis intelligit, sed tantum de cohabitatione, ut diximus uxorum, quæ quõdam permissa fuerat. Legerat is quidem olim caste sacerdotes cum suis uxoribus habitasse, at certe nusquam legerat in sacris literis, uel decretis ex permissione ecclesiæ licuisse Latinis sacerdotibus, cum uxoribus commisceri & ex eis liberos licite procreasse. Quicquid male quidam interpretantes Pii dictum, de concedendis uxoribus somniant. Nam & quod legitur in concilio Ancirano uxores permitti diaconis, qui protestantur non posse continere: & similiter alia decreta, quæ de ista licentia loquuntur semper de Græcis intelligenda sunt, non autẽ de latinis, qui ecclesiæ Romanæ, & catholicæ dictis pareant. Nec est etiam ꝙ quisquam acrius instet illud adducens, quod legitur in decretis sexta & quinquagesima distinctione, Bonifacium, Agapetum, Theodorum, Syluerium, Felicem, aliosq; complures summos pontifices: atque episcopos, fuisse aut sacerdotum, aut episcoporum, aut maximorum pontificum filios. Sed quid ad rem ? quis nescit per multos probos, & honestos uiros acciri quotidie, & accitos olim ad sacerdotium ex coniugatis ? quibus erant legitimi, & bene morati filii, iuxta Apostoli præceptum, de quo supra diffusius dictũ est: qui quidem postmodum optime parentum mores imitati, digni & ipsi sacerdotio fuere, & per legitimã electionem, & uocationem parentibus successerunt: quod postea ne successio in ecclesia dari uideretur, ex causa interdictum est. Quam uero ibi interpretationem Gratianus qui decreta patrum, ac sanctorum placita in uolumen distinxit addidit, non probamus. Dicit enim.

Quum quosdam ex sacerdotibus natos in summos pontifices promotos fuisse legamus, non est intelligendum eos de fornicatione, sed de legitimis cõiugiis esse natos: quæ sacerdotibus ante prohibitionem ubiq; licita erant, quum in orientali ecclesia usq; hodie liceant. Hæc ille. Sed pace tanti uiri dictum uelim, peruerse quidem interpretatus est, ex eo scilicet non esse de fornicatione natos, ꝙ ante prohibitionem coniugia sacerdotum ubiq; licerent. Hoc enim falsum est: si intelligit de usu coniugiorum: nam de matrimoniorum fœdere satis constat. Quam uero prohibitionem intelligat, nescio, quando (ut supra latius probatum fuit) prohibitionem matrimonii nullam extare aliam, q̃ quæ à Christo, & ab Apostolis tradita nobis est, & quæ hactenus fuit à bonis omnibus obseruata. Nullæ enim constitutiones sunt (quod sciam) quæ de castitate sacerdotum Latinorum disponant quicquam, quasi nouum, sed id tantum exponunt, atq; confirmant, quod iuxta traditiones Apostolorum, & obseruationem antiquorum semper fuerat antea obseruatum, ut patet in decreto Syricii, qui inter primos habetur, qui interdixerint sacerdotibus uxorum contubernium, ob nouam suspicionem subortam: ꝙ reperirentur qui contra ritum, & consuetudinem antiquam (de quo superius satis dictum est) se uxoribus cõmiscerent. Cur quæso quum tot decreta, ac innumera pene placita sanctorum collegerit, id quoque non adiecit, quo usum matrimonii sacris hominibus aliquando licuisse constaret: sicut ipse putat, & ex illa sua interpretatione affirmare uidetur? At qui sane melius, atque uerius, ut arbitror sic exposuisset. De fornicatione iccirco eos natos non fuisse, quia filii quidem sacerdotum fuere, sed nequaquam à sacerdotibus geniti, ꝙ essent hi ex legitimo matrimonio, ante parentum suorum consecrationem generati. Quemadmodum intelligendum est de socru Petri, & de eius filia Petronilla, & de filiabus

Philippi, de quibus in actis Apostolorum legitur, & aliis multis, quos non est opus, nec ocium recensere. Quis est qui nesciat Petro, diu antequam uocaretur à piscatione ad apostolatum, uxorem, & filiam fuisse & similiter aliis Apostolis? q̃q̃ nisi de Petro nullibi de aliis satis constet. Quid igitur mirandum si fuerint & illo tempore, qui dicerentur filii sacerdotum, quippe qui geniti fuissent antequam eorum parentes initiati sacris essent, sicut & filii Apostolorum ante apostolatum nati? Sed nec nunc quidem desunt exempla illustria eiusmodi filiorum, quos memorare hoc loco nihil necesse est. Gratianum autem hic in ea re hallucinatum fuisse minus mirari facit, quod & in multis aliis suis dictis similiter errasse perhibetur. Huius autem errores collecti passim ab illustribus auctoribus ubiq; referuntur, ut minime sit opus huc eos tranferre, sed hunc illis potius accumulare, neque uerbosius rem tractare.

Matth.8
Act.21

Vanum, & imbecillum fore remedium ad euitandam fornicationem concedere sacerdotibus uxòres. Cap. XV.

SVnt quoque qui contendant dicentes ob euitandæ fornicationis causam conducibile fore Christianæ pietati sacerdotibus uxores permitti. Putant enim non aliter posse melius hanc pestem tolli q̃ licentia nuptiarum: asserentes id esse tutissimum præsidium pudicitiæ, quod nec nos quidem negamus, quoad laicos homines, & solutos: sed quoad sacerdotes non modo non esse subsidium dicimus, sed potius asserimus esse dissidium, & ruinam continentiæ, ut satis iam diximus, & ut deinceps sumus dicturi. Quid enim remedii conferre possit sacerdotum continentiæ matrimonium non equidem intelligo: quum eiusmodi remedium interueniente uxoris morte (ut sæpe cõtingit) perpetuũ, aut certum omnino eis esse non possit. Et

enim si solæ nuptiæ remedia in continentiæ præbeant, propter quod arrogasse eas sibi Græci dicuntur: quid quæso facient adolescentes mariti, assueti muliebri lenocinio, si forte (ut dixi) eueniat ut uxores eorum immatura morte decedant? quid si infantes, aut puellas post se relinquant? cui cedo cura mandabitur, aut custodia liberorum? Secundas sane nuptias adire non possunt quemadmodum cæteri, quibus reparabile est remediũ fornicationis: ac licet superstitibus liberis tutrices, custodesq; inferre nouercas, quæ illis matrum quoquomodo officia præstent: & totius familiæ curam habeant. Sed sacerdotibus omnium consensu præter unicã uxorem, & eam uirginem habere non licet: quando nec ueteris quoque testamenti sacerdotes nõ nisi uirginem ducerent, nec nisi semel matrimonio iungerentur: quos nunc, & Græci imitantur, Bigamus quidem ubiq; ab aris arcetur, uti profanus, & indignus sacrosanctis mysteriis: quod nec quisquam aduersariorum negat. Continere ergo uiduis necesse erit: at nunc negant id se præstare posse. Quid igitur agendum? Quo remedii genere libidinoso iuueni, nec ualenti continere, erit post modum succurrendum, ne peccet: nisi forte cui connubii ius amplius licere nõ potest: liceat deinceps habere cõcubinã: quæ antea, q̃a uxorẽ habere licite potuit, nequaq̃ licere poterat. Ecce quomodo rursum ad fornicationẽ ex his uanis ac fictitiis remediis regressus datur quã isti simulant uelle tollere, adinuento ueritarũ, remedio nuptiarũ. Vidẽ queadmodũ inter Scyllã & Charybdim imprudẽs, dũ periculũ fugis incidisti? Caste ergo & sine uxore deinceps deges, qđ nolebas, quodq; minime posse putaras. At q̃to sane facilius p̃stare id poterit, q̃ iã idẽ à principio p̃stare decreuerat, q̃ q̃ sic deceptus, p̃ter animi sui sniam, sublata sibi per mortem uxore præstare cõpelletur, qđ minime præstãdũ putarat. Sed & quis incõmoda moderatius solent ferri, q̃ qs spõte subiit q̃ que

casu,& ex insperato infliguntur: quoniam hæc grauissima esse solent,& importabilia. At quãto sanè fœlicius agitur cum eo, qui nunquam uxorem expertus est,q̃ cũ eo, qui iam uxoris blandicias, & coniugiorum illecebras norit:& postea uelit nolit, ex necessitate sibi sit carendum coniugio. Quanto item liberius uiuet, qui solus fuerit,q̃ qui miseratus suam, suorumq; liberorum fortunam,& præsentis afflictionis mœrore, & præteritæ uoluptatis memoria assidue cruciabitur. Acriores quidem sunt morsus intermissæ libertatis mulieris fruẽdæ, q̃ nunquam frui potuisse. Et enim sicut homo æger, quum æstu febrium nimio siccatur: si aquam gelidam biberit, primo quidem uehementer releuari uidetur: at paulopost reuersa siti grauius afflictatur: sic qui libidine ad leuandum ueneris desyderium uti procurat: releuatus quidẽ ad horam, mox uehementius flagrat:& æstu maioris ardoris affligitur,q̃ si nunquam uenereis rebus operam dedisset. Irritatur enim ardentius usu & exercitatione lasciuia: ingrauescitq; morbus fomentis eiusmodi, non tollitur. Difficile est sanè absterrere à macelo (ut uulgo dicitur) canem, ubi semel intestina gustarit: at multo etiam difficilius hominem à cognitis carnis illecebris abstinere.

Plus inesse boni q̃ mali in uoto continentiæ contra quorundam sententiam. Cap. XVI.

QVod uero dicunt plærique, inesse scilicet quidam huic uoto cõtinentiæ, quod primo statim aspectu nescio quam mali speciem præseferre uideatur: quum non omnes cui sese obstrinxerunt uoto persoluant atque ex eo grauius delinquant: nec nos quidem negamus. Sed quum nihil adeo bonum sit inter mortales, quo non possint improbi homines abuti male, si uelint: in re tanti momẽti si quid est quod prodesse

uideatur, etiam si cum aliquo piaculo fiat, nequaquam reiiciendum putamus præsertim quum nihil magni, atque præclari fieri sine periculo possit. Quid quod rari quoque sint, qui matrimonii pudicitiam seruent: uel utantur propria uxore modeste? Quod usque adeo uerum est: ut facilius arbitror inueniri posse cœlibes qui ab omni uoluptate ueneris sese contineant, quam maritos qui utantur matrimonii concessione moderate: atque qui assuetudine uirtutum, & temperantia ciborum, & honestis desyderiis cõfirmati, omnem prorsus luxuriæ uoluptatem reiiciant: quam qui iam assueti uoluptatibus ueneris, furorẽ libidinis temperent: aut impetum regant. Iuxta illud. Quid enim uenus anxia curat? Inguinis, aut capitis, quæ sit distantia nescit. Quod cum uenia dictum sit. Voluptas siquidem ueneris, est sicut scabies, cuius pruritus scalpendo nequaquam tollitur, sed magis magisque incenditur. In summa uero dicendum est de uoto castimoniæ, quod & de lege dictum est à Paulo apostolo, qui quum uellet ostendere iustitiam non legis esse beneficium, sed gratiæ: atque simul probare quantopere peccatum, nisi gratia subueniret, ad nocendum ualeret: etiam ipsam legem (ut præclare disputat Augustinus in libris de ciuitate Dei) qua prohibetur peccatum, non dubitauit appellare uirtutem peccati. Aculeus, inquit, mortis peccatum est: uirtus uero peccati, lex. Est enim lex uirtus, & quasi robur peccati: quoniam prohibitio legis auget desyderium rei uetitæ, nam omnes natura, currimus in uetitum semper, cupimusque negata, ut ille ait. Non enim iustitia sic natura diligitur, ut eius dilectione fugiamus peccatum: sed (ut ibidem Augustinus asseuerat) ut diligatur, ac delectet iustitia, necessaria est homini diuina gratia. Verum Apostolus ne quis propterea legem esse malum putet, ut hi modo dicebant uotum: quia est uirtus peccati, alio loco dicit. Lex quidẽ sancta, & mandatum iustum, & bonum, quoniam per

1. Cor. 15

mandatum peccatum apparet, quod prius latebat. Idē uidetur dicendum esse de uoto castimoniæ, quod & si auget peccatum, tamen bonum est, & sanctum: quoniā apertius ostendit in sacerdotibus, & professis omnem libidinem semper esse peccatum: quum ad ea tempora, & si malum esset, tamen non apparebat, nec uere constabat esse peccatum, quum matrimonium nullibi legeretur esse cuiquam interdictum. Sicut ergo lex non est malum, licet augeat concupiscentiam peccandi, ita pari modo uotum non est malum licet augeat ex præuaricatione peccatum: nam idem pariter & ostendit peccatum, & deterret nos metu maioris præuaricationis à peccato. Non possum hic præclarum D. Augustini argumentum in ea re pertransire. Inquit enim ita lex nō est malum quando auget concupiscentiam peccantium sicut nec mors est bonum, quando auget gloriam patientium, quum uel illa pro peccato deseritur, & efficit præuaricatores: uel ista pro ueritate suscipitur, & efficit martyres. Ac per hoc lex quidem bona est, quia prohibitio est peccati: mors autem mala, quia stipendium est peccati. Sed quemadmodum iniusti male utuntur non tantum malis, uerum etiam bonis: ita iusti bene utuntur, non tantum bonis, sed etiam malis. Hinc fit ut mali male utantur lege, q̃uis lex sit bona, & boni bene moriantur, quanuis mors sit malum. Hæc Augustinus uere, & sapienter: quæ quum perbelle respondeant aduersariorum nostrorum argumēto, nec ego sperem melius posse dicere, huc ad uerbum diximus transferenda. Quinimmo non solum non est malum aut mali species uotum, sed est maxime bonum, & conducibile animarum saluti: quum sit quidem multo melius, ac maioris præmii, aliquid exoluere obstrictos post uotum, quàm idē ultro liberos ab omni uoti obligatione præstare: quando uotum semper de meliori bono fiat. Nam bo

tum quidem esse matrimonium nemo inficiatur: meliorem tamen esse continentiam boni certe omnes affirmat. Continere autem bonum est ex eo quòd moralis sit uirtus propter disciplinam animi: ac continere ex uoto melius est: quòd sit religionis, & pietatis ob Dei cultum. Iccirco Augustinus de uirginitate asserit: quòd nec uirginitas ipsa quia uirginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur, quam fouet, & conseruat amor, studiumque pietatis. Quis enim non uidet huic spontaneæ uoti obligationi inesse quiddam excellentius, quàm in re exhibita simpliciter? quum ultra id quòd continentiam ipsam præstamus, nos quoque subiiciamus uoto sponte ad eius obseruantiam propter Deum: ut postmodum etiam si uelimus, resilire amplius à proposito nequeamus. Vnde dicit Anselmus in eiusmodi quæstione, multo plus afferre, qui arborem cum fructibus offerat: quàm qui reseruata sibi arbore solos fructus donet. Ita nanque propositum firmatum in bono auget meritum: sicut obstinatio in malo auget peccatum: quatenus ex ipsa obstinatione efficiatur irremissibile, dicaturque peccatum in spiritum sanctum, nunquam neque in hoc sæculo, nec in altero remittendum: ut de Pharaone, Iudaque perhibent diuinæ scripturæ. Vnde propheta Dauid ne reus uoti foret dicebat Vota mea domino reddam in conspectu timentium eum. Propterea sapiens in Prouerbiis. Vota iustorum inquit placabilia. De præuaricatoribus uero: Ruina ait est homini deuorare sanctum, & post uota retractare. Quamobrem non equidem inficior (ut reuertamur ad rem) euenire sæpe solere ut plærique multi peccent grauius propter eiusmodi uotum, quod isti mali speciem appellant uerum quia id boni, quod est uomere castitatem, sine

isto periculo mali, haberi nullatenus potest, præstat ecclesiæ, uel paucos habere sacerdotes perfecte castos, q̃ nullos ac omnes cœlibes cum aliquo discrimine fornicationis patrandæ, q̃ uxores habentes cum certo periculo totius religionis Christianæ perdendæ. Longe.n. melius est remedium conseruandæ castitatis, quàm impudicitiæ tollendæ, quando neutrum ratum sit omnino. Nec fortassis pauciores sunt qui nunc custodiant cœlibatum, quàm si mariti essent, qui seruarent absque contaminatione integritatem ac pudicitiam maritalem. Et enim sicut probi, & pudici coniuges una tãtum uxore contenti sunt, ita probi, & honesti sacerdotes nulla. Vanum ergo remedium, quod neque perpetuum est, quoniam amittere uxores possumus, uel fornicationis causa, uel mortis, neque certum, quia natura impudici, ut uulgo fieri uedemus, sua non contenti uxore adirenr ẽt alienas: quod & de Græcis legitur in uita beati Chrisostomi, qui ex eo in exilium deportatus est (ut nuper diximus) ꝙ adulteria sacerdotum acerrime castigaret. Conducibilius ergo fore credimus adumbratum istud refugium pudicitiæ, quod isti sibi fingunt, omnino aspernari, & reiicere prorsus: quàm peruerse contra mores Apostolorum, & decreta sanctæ matris ecclesiæ licentia iniqua laxare, ne dum paucis consultum uelint, nulli postmodum consultum sit & tam gloriosum continentiæ propositum languescat etiam in bonis. Et enim si recte pensemus improborum ingenium clare uidebimus ꝙ non multo pauciores sint futuri, qui hac licentia adhuc peruerse uiuant, q̃ qui se beneficio matrimonii à fornicatione tueantur: quoniam libidinosi, & intemperantes, qui ob suam professionẽ uxoribus carent, sicut sine uxore impudici sunt, ita etiam cum uxore ob intemperantiam libidinis impudici essent: nihilo parcius in matrimonio adulteria sectantes, quàm nunc in isto cœlibatu. Esset hoc quidem uenenũ pro remedio propinare, &(ut

&(ut de fabulis aliquid addam) esset hæc tunica Deiaⱥ niræ Centauri cruore infecta: quæ dum illa mederi se credit Herculis adulterio, eum ipsum, quem seruare spe rabat, ueneno misera occidit. Porro hoc idem remediũ quod modo isti afferunt incontinentiæ clericorum, doⱥ cuit olim (ut D. Hieronymus refert) & Vigilantius hæⱥ reticus: qui peruerse contra ecclesiasticum dogma, conⱥ tinentiam, ac pudicitiam sacerdotum (ut nunc improbi quidam) libidinis seminarium consueuerat appellare: quocirca in remedium incontinentiæ libidini fræna per mittens, naturale carnis incendium quod natura, in ado lescentia præsertim feruet, suis his remediis duplicabat: falso credens id extingui debere coitu fœminarum, & non potius ratione, & uirtute continentiæ: qua distamus ab equis, & brutis animantibus: de quibus propheta caⱥ nit. Nolite fieri sicut equus, & mulus quibus non est inⱥ tellectus. Itaque statuendum planè est, ac firmiter profeⱥ cto credendum de connubio sacerdotum, (utcunq; inⱥ terim uiuatur à multis) multo sanè minori periculo fore ut ab ecclesia, pro ut semper fuit, omnino repudietur, q̃ si perperam contra consuetudinem concedatur. Forsan adhuc aliquis urgeat, num melius sit sacerdotem uxorẽ habere q̃ concubinam? Calumniosa est sanè ista percõⱥ ctatio, & uana: quæ duobus malis propositis responderi sibi uult, utrum melius: ut de licito subtiliter præscribens introducat illicitum. Bonum quidem est matrimonium sed sacerdotibus non licet quibus per necessaria est caⱥ stitas ad usum sacrorum: ita quoq; nec fornicatio licet, quæ ex confesso semper est mala. Quid ergo quærenⱥ dum utrum melius? quum eis neutrum omnino posⱥ sit esse bonum, nec licitum. De matrimonio quidem ue nire potest in quæstionem nunquid fas sit sacerdotem uxorem ducere: sed nemo dubitat an possit licite habeⱥ re concubinam. Quam ob rem si recte uis interrogaⱥ re, sic potius quæstionem proponas. Vtrũ melius fuerit,

facerdotem uitam uiuere cœlibem an uxorem ducere? Et fuper his habemus confilium Chrifti,ac & Apoftoli,& exemplum omnium fanctorum, ut facillimum fit unicuiq; iudicare uirginitatem feu caftitatem effe nuptiis potiorem:ut fuperius fatis fuperq; dictum fuit.Tollantur ergo de medio ambages, & quæftiones iftæ calumniofæ & iuxta fanctorum decreta puniantur inceftuofi,ac deponantur,& pro his furrogentur cafti,& pudici:& fi pauci reperiuntur,pauci quoque confecrentur, & hi tantum quibus eft donum caftitatis: quod tunc datum fuiffe cognofcitur, quum aliquandiu eius cafte uixerit,& exofum habuerit confortium mulierum.

Propofitum continentiæ in facerdotibus habendum effe pro uoto. Cap. XVII.

SVnt quidam etiã qui uouiffe caftitatem fe negent: fed tantum propofuiffe fe dicant,quantum humana fragilitas patiatur:& propterea peccatum fuũ, fragilitatis,& nõ præuaricationis culpam appellant:atq; hoc colore fornicationum fuarum reatus adumbrant. Quod q̃ iniquũ, q̃q; peruerfum fit,quicunq; uoluerit attente audire,quæ dicam, fpero facile intelliget. Principio fuaderi caftitatẽ iis qui ualent cõtinere ex confilio domini,nemo,q; fciã,hactenus dubitauit, fimiliter ẽt expedire,uel maxime ad falutẽ. At tu forte dicas, qđ ꝓhibitũ nõ eft,licitũ eft. Quid tũ? Non omnia q̃ licent,ut inqt Apoftolus,ẽt expediunt. Cur aũt nobis faciendũ eft qđ
1.Cor 6 piã,q̃uis liceat,fi illud nõ expedire cognofcimus? Nuſq̃ eft inquis in facris literis expreffe ꝓhibitũ facerdotibus uti opere nuptiarũ. Conuenit id mihi fanẽ tecũ:atqui tñ bonos,& honeftos facerdotes femꝑ abftinuiffe ab uxoribus fatis cõftat. Vnde id cedo?nifi quia nõ expedit ex cõfilio Saluatoris noftri Dei eiufmodi hoĩes irretiri cõnubiorũ laqueis,a qbus poftea honefte nequeant aliquo pacto liberari. Suadet quidem dominus caftitatem, fed

non generaliter omnibus, uerum his tantum, qui uolūt, ac possunt continere. Et idcirco quum apostoli post disceptationem, quam de matrimonio cum domino habuerant, intulissent, Ergo non expedit nubere. Confirmauit tacite dominus non cunctis expedire: uerum his tantum, qui possunt sine uxore esse: ideo respondit. Sunt inquit, eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum: & subinde his uerbis adiūxit. Qui potest capere capiat. Voluntas ergo domini est, ut in bono iam cœpto perpetuo persistamus: cuius gratia factum est, ut ipsum bonum inciperemus: quando, ut ipse dicit, non omnes capiunt uerbū istud, sed hi duntaxat, quibus datum est, Non est enim uolentis, neq; currentis, sed miserentis Dei. De numero autem uocatorū, quibus id datū sit, sacerdotes in primis habendi sunt, qui destinare sese sacris non debent, nisi proposuerint prius secum perpetuo continere, quod apertissimum signum diuinæ uocationis est. Verū si forte dicas proposui cōtinere, ut dominus suadet, sed mutare ꝓpositū licet, quū nondū expressius qcq̃ uouerim. Tu es q dicis licere tibi mutare ꝓpositū cōtinendi, qm̄ id uelis, sed erras. Minime sanè licet bonū ꝓpositū & bene cœptū deserere, & cōsilium domini semel admissum reiicere, quū dn̄s dicat. Quicunq; apposuerit manū ad aratrū respiciens retro, nō est idoneus regno Dei. Et alibi dicitur. Melius est uiam nō nosse, q̃ post agnitā retrocedere. Quid q̃so opus est arctiori, aut strictiori uoto teneri, q̃ quo tenemur, quū iā cōsiliū dn̄i arripuerimus facto ꝓposito continendi? Nihil enim est aliud uotū cōtinētiæ, q̃ uoluntas ꝑpetuo cōtinēdi: quæ q̄dē uoluntas, quū bona fuerit, nefas est à quoq̃ mutari: quādo nō nisi in peius mutari possit. Vir bonus ita promissa seruat, quæ simpliciter, & nudis uerbis ꝓmisit, sicut quæ iuramento, aut uoto promiserit. Promissi nanq; fides frangitur, utcunq; à promissis deficimus. Sunt aūt & cœlibes, qui non promiserunt cōtinentiam,

Matth. 19

Ibidem.

Roma. 9

Luc. 9

2. Petr. 2

& tamen continent: uerum hi non ex proposito, aut ex uoto, sed ex præcepto continere dicuntur: quoniam quandiu sine uxore quis manet, ei præceptum est continere. Sed qui disponit sese uirginem castam exhibere Christo, ex consilio Apostoli, is melius facit, quoniam id ex consilio, & ex præcepto facit. Huiusmodi uero homines à domino eunuchi appellãtur, q semetipsos præciderunt propter regnum cœlorum. Et enim quemadmodum eunuchi semel præcisi restitui ad uirilitatẽ amplius non possunt, sic pariter & illos, qui proposuerint, aut uouerint continere, mutari amplius non decet. In sacerdotibus ergo propositum cõtinendi pro uoto est, quia perpetuũ est: quod si deseratur, damnationem parit: quemadmodum doctor gentium Paulus scribit de uiduis, quæ ecclesiæ stipendiis alebantur. Vbi inquit luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt, habentes dã-
1. Tim. 5 nationem: quia primam fidem irritam fecerunt. Siquidẽ & uiduas illas, nisi continere elegissent, ecclesia non aluisset: & ideo dicit, habentes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt. Vide, uel solum propositũ continendi haberi hic apud deum pro uoto continentiæ: quod quidem propositum fidem appellat, quam deserere, aut fallere, non licet. Non enim prohiberentur nubere, nisi essent eo proposito obligatæ perpetuo ad obseruandam continentiam: nam quãdiu quis nec expresse, nec tacite uouit continentiam, matrimonio copulare se potest sine damnatione. Ideo de aliis uiduis quæ non proposuerant continere idem Apostolus dicit.
Ibidem. Volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Hic patet quomodo aliud est continentia sacerdotũ, qui continent ex proposito secundum consilium domini propter regnum cœlorum: aliud continentia laicorũ qui matrimonio carent: quia quandiu cœlibes sunt, continere ex præcepto tenentur, ne scilicet incurrant forni-

cationem,quæ lege prohibetur. Continere ergo illi perpetuo debent:isti uero quousque uxoribus abstinent. Facit autem & dominus alibi distinctionem laicorum, & sacerdotum,quantum ad usum nuptiarum,dicens. Filii Luc.20
huius sæculi nubunt,& traduntur ad nuptias:qui autem habuerunt dignationem sæculi illius,non nubunt,neque uxores ducunt:æquales enim sunt angelis Dei in cœlo. Quis iam non uidet hic nobis dominum declarare per istam distinctionem,quomodo sacerdotum, & laicorũ status diuersus sit in eo præsertim,quod illis nuptiæ,his cœlibatus conueniat,& propterea illos sæculi, hos cœlestis regni filios appellare. Apprehendere ergo cõsilium Christi(ut concludamus breuiter)est uouere castitatem, & regni effici filios:quorum est nec nubere,nec uxores ducere,quod est proprium sacerdotum,qui semper debent continere:alioqui irritam facientes primam fidem, damnationem incurrant necesse est. Sed de proposito & uoto iam satis:nunc alia prosequamur.

Quid sit quod castitas cuiquã non imperetur,sed sponte suscipiatur. Cap. XVIII.

Satis,arbitror superius probatum esse,nulli hominum matrimonium,ex eo quod matrimonium sit, interdici,sed tantum fornicationem,quæ est contra legem Dei & ubique damnatur. Nam honorabile dicit Apostolus esse connubiũ, & torum immaculatum. At Hebre.13
tibi,qui sacerdos factus es,ideo interdictum est,quia spõte ab renunciasti uxori,& nuptiis,Deo magis seruire proponens quàm fœminæ,atque sacris intendere,quàm profanis,& uacare propagationi spirituali potius quàm carnali: quoniã ut scriptum est,qui seminat in carne de carne metet corruptionem:qui autem seminat in spiritu,de spiritu metet Gal.6
uitam æternam. Quod autem nulli hominum ex euãgelicæ legis præcepto,uel cœlibatus, uel uirginitas im-

peretur,nihil mirandum est: nam uidemus dominũ, in his quæ sunt cõsilii, usum semper maxima lenitate fuisse,ea relinquentẽ in uoluntate,& arbitrio cuiusq;:at hęc tamen si præstentur,scias plus gratiæ,ac premii habitura esse,q̃ quæ fieri præcipiantur. sicut est ieiunium assiduæ præcationes,uerberationes,uigiliæ,diuitiarum contemptus,abnegatio sui ipsius,martyrium, persecutiones castitas,& eiusmodi:quæ quidẽ omnia sunt de pfectione,& consilio,non autem ex præcepto. Non enim usus diuitiarum,neq; somnus,neq; cibus, neq; fuga persecutionum,neq; similiter matrimonium neq; alia eiusmodi cuiq̃ interdicta sunt tanquã mala,uerum illa magis commendantur,ac multo meliora cẽsentur: Apostolo ita dicente. Qui matrimonio iungit filiam suam, bene facit, qui non iungit,melius facit. Hæc igitur,& alia eiuscemodi,quæ pertinent ad perfectionem uitæ, in nostra sunt potestate uel amplectendi,uel dimittendi. Secus uero se habet dilectio proximi,remissio iniuriarum, miseratio ad pauperes, & similia, quæ ad proximi commodum spectant:de quibus præcepit dominus, ut fierent, & comminatur non facientibus: usque adeo, ut uel sola elæemosinarum transgressio ad æternam damnationem sufficiat. Ista enim sunt bona quæ æque facilia omnibus esse possunt:& animis æq; in sita uolentium: at uero quæ ad corpus ptinent tantũ,pro ingenio, & dispositione cuiusq;,uel facilia,uel difficilia factu sunt: & propterea exigi à quoq̃ ex præcepto, & de necessitate nõ debuit:sed relinq potius arbitrio uel constantiæ, uel imbecillitatis cuiusq;. Multa enim in his rebus, quæ uni sunt facilia,alteri difficillima esse, ac ẽt impossibilia, ex naturæ uarietate,& ex diuerso corporis habitu,usu ipso quotidiano deprehẽdimus. Neq; enim pares sunt in oĩbus corporis,atq; animi dotes: neque constat uniuersis mortalibus eadẽ ratio cõtinendi:iccirco in eiusmodi re,

1.Cor.7

nō ex præcepto dñi,ſed ex conſilio habere ſe qsqꝫ de-
bet:& ut ſua fert cuiuſque natura,ſequi. At qui uero dū
id quod eſt conſilii propria uoluntate ſuſcipimus,atque
ultro ipſi nos ad obſeruantiam eius obſtringimus, mul
to maiori merito efficimur digni, q̃ ſi ex præcepto ad
idem cogeremur inuiti. Propterea dominus quū de uir
ginitate,& eiuſmodi perfectione uitæ loqueretur,ſubiū-
xit. Qui poteſt capere capiat. Eſt quidē caſtitas ſupra na
turam,ſupraq; legem ꝑ rarum,atqꝫ excellēs bonum:ita Matth. 19
tamen homini ex diuina gratia conciliata, ut neqꝫ legi,
neqꝫ naturæ repugnet. Ad hanc ergo nemo ullo præce
pti uinculo obligatur,niſi q ſeſe ſpontaneis uotis obſtrin
xerit,de numero eorum ſpadonum factus: qui non ui
aliqua eunuchi fiunt,neqꝫ tales ex utero matris ſunt,ſed
ſeipſos caſtrauerunt ꝑꝑ regnum cœlorum. Extat huiu-
ſce rei nota,atqꝫ aptisſima figura in ueteri inſtrumento,
quam diuus Hieronymus ſcribens ad Fabiolam de ue-
ſte ſacerdotali,ſic eſt elegantisſime interpretatus. Expo-
nens enim quid eſt cur dominus in libro, qui Exodus Exodi.28
inſcribitur,mandauerit octo genera ueſtium pro exor-
nando pontifice ſolenniter apparari, Rationale ſcilicet,
Super humerale Tunicam,Lineam,Strictam, Cidarim,
Baltheum,Fœminalia:attamen in Leuitico ennumera-
tis ſeptem duntaxat, de fœminalibus nihil omnino di-
catur. Non ob aliam inquit cauſam factum, quàm ꝙ
ad genitalia cuiuſquam lex non mittit manum: ſed in Leui.8
eo ſibi quiſque fert legem. Ab induendis ergo fœmi-
nalibus Moſes abſtinuit manum, quaſi tacite loquere-
tur. Fœminalia te non ueſtio, uetans uſum nuptia-
rum: id enim in proprio eſt arbitrio, qui caſtus eſſe
uult, his ipſe ſe ueſtiat, his ipſe ſeſe aſtringat: qui ue-
ro malit uxorem, his abſtineat. Noſtræ itaque uo-
luntatis eſt, num uelimus ſuſcipere uotum caſtita-
tis, atque ſic prouehi ad ſacerdotium, an à uoto

liberos inter coniuges hærere alligatos uxoribus. Nã sicut est uoluntarium dare sacerdotio nomen, ita uoluntarium promittere castitatem: quæ annexa est inseparabiliter sacerdotio. Tunc enim castitas, quę hactenus cõsilii fuerat, efficitur necessaria ex præcepto, quod reddẽdis uotis habemus: iuxta illud propheticum dictum.
Psal.75 Vouete, & reddite. Quod autem dicat Apostolus se non habere de uirginitate præceptum, sed cõsilium, ualde rationabile est, & consonum euangelicæ puritati. Nõ
Cor.7 enim præcipienda fuerat continentia cuiquã separatim, minusq; generaliter omnibus: ne iniici uideretur laqus immerenti: autem cuiquam plus oneris imponi, q̃ posset hominis illius natura perferre. Suadendum ergo, & consulendum, ut quicunque continere se posse sperat, abstineat coniugio: qui autem nõ potest ineat matrimonium, & uxore licite sese, quum uelut oblectet: utrunq; donum Dei est, & si alterum altero melius. Ideo Apostolus. Volo autẽ omnes homines esse sicut meipsum:
1.Cor.7 sed unusquisq; proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius uero sic. Quid nã, est sicut meipsum, nisi castum? Quid sonat, alius sic, alius sic: nisi ꝙ quisq; fidelium proprium donum habet: quod tanquam datũ sibi diuinitus ex Dei gratia accipere debet, ac constanter retinere. Satis iam credo patet, castitatem non ex eo, ꝙ cuiquam præcepta sit, sed ex eo, ꝙ sponte promittatur, seruandam esse: atque ideo subesse præcepto, non quia ipsa præcipiatur, sed potius quoniam uoto subest: quod obseruari præcipitur, ut infra etiam latius differetur. Neque enim hic audiendi sunt qui negant, præter ea, quæ Christi euangelio continentur, esse quicquam quod necessario faciat ad salutem: quum sint & traditiones aliæ quæ solo sermone absq; alia scriptura tam à Christo, q̃
2.Thes.2 ab apostolis datæ sunt. Vnde Paulus ad Thessalonicenses ait. Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

Et alibi. Cætera disponam, quum uenero ad uos. Hinc multa fiunt in ecclesia, quorum aliam originem non habemus, nisi consuetudinem ab apostolis nobis usq; ad hanc ætatem, quasi per manus traditam: quæ ullo pacto aut mutari, aut prætermitti sine grauissimo impietatis scelere non possunt. 1.Cor.11

Obseruandam esse professionem castitatis: si non ratione præcepti, saltem uoti, quod est sacris ordinibus annexum. Cap. XIX.

QVid est autem φ quispiam merito possit queri, si cogatur stare promissis, & uota reddere, quæ sciens, prudensq; sua sponte suscepit. Esto enim φ castitas per se præcepta non fuerit, ut quidam asseuerant: à te tamen o sacerdos promissa est, atq; tua sponte & certo animi iudicio confirmata. Quid modo refert præceptione, an uoto obligeris, quum pro certo noueris te esse deuinctum? Est enim castitas de consilio, ut res optima, omnibus commendata, non tamen ab omnibus efflagitata: sed ab eo tantum, qui sponte ad id sese obstrinxerit, professus uitam agere sanctiorem, & euangelici dogmatis iugo sese subiicere arctiori. Nam quod tibi consilium antea fuerat, mox ubi professus es incipit esse præceptum. Eatenus enim annexa est castitas ordini sacro, ut quicunq; adire ordinem uelit, & uotum simul castitatis ineat, necesse sit: quod ei ita coheret, ut quasi eius corporis membrum, & quidem præcipuum esse uideatur. Dicit enim Leo papa. Lex continentiæ eadem est ministris altaris, quæ episcopis, & præsbyteris, qui quum essent laici, uel lectores licite uxores ducere potuerunt, sed quũ ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere, quod licuit. Non est ergo φ quisquam se excuset, & teneri se ad promissum neget, quum iam ultro ordines sacros adierit, quibus uotum

castitatis,ac sanctioris uitæ professionem inesse sciebat. Quam ratum autem esse debeat continentiæ promissum:uel ex eo maxime apparet,q nemo initiatur inuitus,nec eligitur nisi is,cui per idoneam ætatem diu integrum sibi fuerit decernere,uerum malit,uel in sacerdotio uitam uiuere coelibem:uel in matrimonio maritum agere. Ideo Augustinus doctor ecclesiæ. Attende inqt presbyter,& uigilanter quidem,quod promittere tuum fuit,dimittere non est tuum. Alligatus es uxori,noli quærere solutionem:solutus ab uxore noli quærere uxorē. Hæc ille. Sicut ergo ante ætatem adultam, dum consilii imbecillitas labat,uouere castitatem consentaneam nō est,sic post uotū,atq; professionem sacerdotii, nuptias optare nefariū:adulterii nanq; nomē accipiunt,attentata quouis ingenio cōnubia sacerdotū. Nō enim decet admissum semel sacris mysteriis hominē, uxoris amplius laqueis implicari,neq; alteri domino, aut principi seruire,q̄ Christo. Quā ob rem quum accepto sacerdotalis militiæ sacramento,Christo redēptori tuo ꝑpetuo militare promiseris:quid miser trāsfugis? qd fidem uiolas? atq; sponsionem ritefactam fraudulenter contemeras? Assensus qdē semel ēs,reducere tibi calculum amplius non licet:sed munienda cōstantia est,& ꝑseuerantia retinenda. Sunt enim quædā,quæ ēt nolentes præstare debemus,at in his,q̄ pertinent ad castitatis negociū,nō nisi uolentes astringimur:at ubi quis semel addictus sua spōte fuerit proposito castitatis,auctore Augustino,non solum nubere,uerum etiam uelle nubere damnabile est: quum nuptiæ illorum tantum sint, qui nullam uouerint continentiam. Quam ob rem quisquis seipsum iam castrauit propter regnum coelorum:& in corde suo cōtinentiam proposuit, non solum si mortifero fornicationis uulnere concidat,uerum etiam si uxorem receperit,secundum Apostoli sententiam damnationem incurret:quia primam fidem irritam fecit. Iure sane ac me
1.Tim.5

rito plectimur,si peccamus: nam nisi nos continentiæ uoto astrinxissemus,quis iure,aut desertoris, aut præuaricatoris nobis crimen inferret? Res aliquandiu posita fuit in uoluntate facientis,nunc post emissam professionem,nihil in nobis amplius iuris est,quàm parere: quũ iam iuramento astricti simus,& summo,ac cœlesti imperatori cœperimus militare. Tu quidẽ sic obnoxius, quisquis es,tuus esse desiuisti, & illius totus es factus, cui sic militas,ut iam uel inuitus cogaris in acie stare:iuxta illud poeticum dictum Galeatum sero duelli pœnitet.Præclare de hoc spectatissimus scriptor Basilius ille magnus instruens nos ad uitam perfectam, sic ait. Cuicunque ab initio,quod uitæ genus cupit, modo cõcessum,hoc inire,ac optare licet:siue in matrimonio, siue in cœlibatu uelit uiuere. Quando uero se Deo semel auctorauit,per uitæ continentiam, ac perpetuam castitatem,hoc detrectare non licet:at sese non secus, q̃ aliquod munus,aut hostiam Deo sacram, custodire tenetur:ne reum sacrilegii se dominus accuset, quòd semel dicatum sibi corpus, rursum rebus prophanis, & communis uitæ ministerio sordidauerit. Hæc Græcus ille facundissimus in disciplina castitatis, sicut in rebus cæteris,nihil à nostris doctoribus discrepans. Quid ꝙ etiam coniugati, si consensu mutuo perpetuam uouerint continentiam, uoti illius obnoxii fiant: ut iam non liceat eius deinceps inuicem de more amplius commisceri. Vnde diuus Hieronymus ad Geruntiam ita scribit.Multi adhuc in coniugio uiuentes intelligunt illud Apostoli,Omnia licent, sed non omnia expediunt,& castrant se propter regnum cœlorum,uel à secũda natiuitate post lauacrum ex consensu, uel post nuptias ex ardore fidei.Hæc ibi. 1.Cor.10

Quod nemo aliena professione obstringatur ad obseruantiam castitatis sed sua ipsius uoluntate. Cap. XX.

CVpio equidem uehementer me ab eiusmodi tandem contentionibus expedire, ut opportune ualeam manum ad potiora trásferre: uerum qa nonnulli uana etiam nunc argumenta circũferunt, quæ & si parum momenti habere uideantur, tamẽ & his necesse duximus respondere: ut uel Momo (quod aiunt) satisfacere possimus. Dicunt hi quidem, sacerdotes Latini nominis, qui primi assensi sunt seruandæ castitatis edicto, non potuisse ius aliquod in ea re posteris dicere, & præiudicare priori consuetudini, nec obligare quempiam, ut nouæ legi obnoxius fieret ex aliena promissione. Ineptum profecto argumentum, ac minime dignũ, ut credatur hominis sanæ mentis inuentum, uerum sibi hoc commentum placet. Ad primum autem ꝙ isti de illo nouo consensu fingunt, iam satis (ut arbitror) copiose respondimus, ubi constare potest omnibus, à principio statim euangelii, & ab ipso domino, & subinde ab Apostolis effluxisse usum, moremq; continendi, q usq; in præsenti apud Latinos in ecclesia perseuerat: ex quo sanè apertissime falsum esse dignoscitur, ullam nobis obligationem continendi, præter consuetudinem fuisse recenter iniunctam. Sed etiam ꝙ esset id uerum: quid tibi necesse fuit homo fanatice initiari sacris, & subiicere te huic necessitati cõtinendi? quæ modo (quicquid sit) non tibi tam iniuncta dici potest, q̃ a te tua sponte suscepta? Non ne diu in manu, & arbitrio cuiusq; nostrum fuit, uel ducere uxorem, uel renunciare nuptiis, & promittere coelibatum? Præuidebas te absq; contubernio mulieris esse non posse? uxorem tibi licuit ducere: id tibi tunc nemo uetabat. Non enim interdictum est lege aliqua, quo minus uxorem possit ducere, qui uelit, at

noluisti,imputetur ergo tibi,non legi,aut decreto cuipiā quasi id te uxore priuauerit. Non tu quidem natus es de genere sacerdotali (etiam ꝙ sacerdotis filius forte sis) ut olim Hebræorum leuitæ,qui ex origine in ortu ipso destinabantur sacerdotio. Nec etiam necesse fuit ut in hoc sacro ordine idem iuris sit tibi quod est ciui in sua.R.publica:qui municipalia iura,& plæbiscita, & consuetudinem moresq; ciuitatis, etiam inuitus seruare compellitur. Vbi siquid planè fuerit,quod sit merito improbandum,maioribus quidem imputari potest,sed ab eis resiliri non potest,donec communi consensu ciuitatis,uel superinducatur noua lex,uel abrogetur antiqua. Verum in sacerdotibus multo secius euenit: quoniā nō natiui(ut nuper dicebam)ex quodam certo genere fiūt, sicut Hebræorum Leuitæ:sed ex cunctis ordinibus eliguntur:nec iniciātur,nisi exposcant,aut requisiti annuant electioni. Exposcere autem,uel assentiri nemo debet, nisi ei cœlibatus sit cordi:& animo proposuerit suo caste,& religiose uiuere,ut scit conuenire sacerdoti, & sacris misteriis addicto. Quonam quæso pacto quis merito queri potest,ꝙ aliena sit promissione obligatus seruare castitatis edictum? quum diu sibi liberum fuerit de re tanta,& tam graui discernere,quid sit agendum,& nomen ipsemet dederit,ac ultro ætate iam firmata per susceptionem ordinum sese uoto castitatis obstrinxerit, præcidens sibi deinceps priorem licētiam,libertatemq; uiuendi? Quo fit ut causari nullatenus possit, ꝙ uel coactus,uel inscius in eo quicquam fecerit. Quare desinendum ab his querelis ac promissis standum, si quis pudor est,etiam si pœniteat facti, quum nihil post hæc nobis integrum sit, nisi seruare fidem, constantiamq; promissorum.

Examinare sese oportere,quicunq; accedit ad sacerdotium,an sit idoneus. Cap. XXI.

NOn est ergo quòd quisquam nostrum quæratur de uoto continentiæ,aut se excuset ullo argumento post factum , sed emendet se potius si deliquit,& piis lachrimis sordes abluat peccatorum. Neque enim addicere sese debet quis sacerdotio, cui sit ineptus,& quod caste,& munde exequi nequeat. Præuidendum est planè quicquid facturi sumus prudēter,antequam fiat, ne quid temere inconsulteq; faciamus:cuius postea sit nobis pœnitendum. Notissimum atque sapientissimum extat Chilonis Lacedæmonii dictum. Nosce te ipsum. Quod quidem non ad id spectat,ut figuram, & staturam quis noscat suam, ut & Cicero interpretatur, sed ad animum refertur; ut eo cognito intelligamus,quid aggrediendum; quidve fugiendum sit nobis,utq; in omnibus actionibus nostris, nosmetipsos metientes; acriter,& prudenter,quantum in cuiusque nostrum animo roboris, ac neruorum sit, agnoscamus. Per acute sanè, ac perquam sapienter in suis officiorum libris scribit idem Cicero esse, uel in primis constituendum,quos nos,& quales,& in quo genere uitæ esse uelimus. Nam quum in omnibus negociis,quæ aguntur, priusquam aggrediamur, deliberandum est diu,quid deceat:tum in tota uita constituenda multo maior est cura adhibenda: ut una ratio uiuendi possit usque quaq; cum totius uitæ tenore cōstare:ne quia postmodum leuitate ducti,dimisso, atque ablegato priori consilio,quæramus ab eo instituto uitæ deflectere,quod temere summo consensu antea probauerimus. Iccirco Hercules (ut scribit Xenophon) quum primum pubesceret, idq; ætatis ageret, quando de tota uita deliberatio sumenda est,secessisse fertur in solitudinem, atque ibi sedens secum diu, ac multum cogitasse: quum duas ante se uias spectaret, uitiorum scilicet, & uirtutum, utram ingrederetur potius: sed demum uirtutum semitam arripuit:

qua postmodum usque ad extremum uitæ diem incedens, per multos, ac graues labores, monstra, reges, gentesq; superando, ad inferos usque penetrasse creditus est, atque ita opinione hominum tandem in cœlum translatus. Hæc quidem figmenta poetarum fuisse minime negamus, sed ideo per belle à sapientibus uiris conficta sunt, ut nos eiusmodi fictionibus dulcius delectando monerent, ne quid unquam inconsulto, aut temere faciamus: aut uiam, quam recte semel cœpimus, aliquando deseramus.

Nobis itaque in principio diu, multumq; consultandum est, quod uitæ genus à nobis sit potissime aggrediendum: & quod quisque mauult sequi: modo id ne sit contra domini præceptum, nec importunum alioqui suæ uitæ instituto, nec cui ipse omnino sit ineptus aggrediatur. Haud aliter quidem nobis in ea re statuendum est, q̃ qui ad triuium aliquod peruenit, & ignorat quod iter sibi sit aggrediendum: subsistit cogitabundus, quousq; certior factus fuerit, quo iter unumquodq; ferat, ut decernere demum possit, qua potissimũ sibi sit eundũ. Idem facit qui traiicere fluuium constituit, prius in ripa amnem prospiciens considerat, an superare flumen possit nando, & quum ibi bene robor suum explorauerit, tum denique progressus à ripa, undis se committit, & securus pertransit. Sic quoq; qui ædificaturus est turrim, non ne (ut dominus de hac ipsa re differẽs docet) prius sedens computat sumptus, ut uideat an satis sit sibi ad perficiendum: ne postea quum cœperit ædificare: & nõ poterit consummare, qui uiderint illudant ei dicentes. Luc. 14 Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Hæc omnia uidentur planè innuere, nobis non nisi par humeris onus esse subeundum: nec suscipiendum negocium quodpiam magnum, nisi spectata prius ratione, qua id possimus commode, & cum laude perficere. Id aũt una hac ratione conseq facile poterimus, si

tentatis prius uiribus cauebimus,ne quid in ea re cupidi tate magis,q̃ pietate faciamus. Religio enim ita suscipienda est à quolibet,ut nihil aliud,nisi salus animæ inde sibi quæri uideatur:quod si fiat,recte omnia,& ex sententia succedent.Conuenire huic rei mihi uidetur uetus ac memorabile Eliensium institutum,qui,ut refert Philostratus,quum Olympicorum certaminum tempus appropinquaret,athletas,suos dies triginta in ipsa Elide iubebant exerceri:deinde in unum congregatos sic alloquebantur.Ite in certamen ciues si uiri estis potẽtes uincere potentes.Quum uero in Olympiorum campum uenissent,eosdem certaturos rursus admonẽdo his uerbis hortabantur. Si iam sufficienter elaborastis, ut in Olympiis merito certare possitis,nec ignaue quippiam aut humiliter facturi estis,audacter stadium intrate. Qui uero non ita paratus est,dum licet, quocunq; uult abeat,potius q̃ ridiculum sese præbeat:& temeraria periclitetur audacia.Idem profecto nobis agendum est in hoc mundi stadio certaturis:qui paratus est, subeat alacriter certamen confortibus:at qui se sentit imbellem,ante professionem certaminis,dum licet,quo uult abeat: ut nihil sibi imputetur opprobrii: nam qui certare non audet, locum habet extra uallum ubi certantium spectator assideat,acclamans & applaudens uincentibus.

De eligendo uitæ genere ad quod natura, aut ratio nos inuitat,non autem temerarius appetitus. Cap. XXII.

Noster est sanè animus illis tantum studiis applicandus,ad quæ propensior quisque est,atq; facilior natura:& ad quæ se sentit idoneum,modo ea digna sint, & honesta, ac apprime consentanea rationi:non autem ad quæ uel temere,uel cupiditate deducitur:aut improbo quopiam raptatur affectu.Porro

deliberatio

deliberatio eiusmodi multa, & anxia cura indiget: nec est nisi summa circunspectione terminanda. Nam alii ad alia ita natura ferimur, ut quicquid contra nitamur, non possit nisi praue succedere. Alii enim contemplatione, alii medicina, alii iure ciuili, alii mercatura, alii denique alterius cuiuspiam disciplinæ studiis naturaliter capiuntur. Quare inde proponendus est animo certus aliquis uitæ cursus: ad quem postea, uelut scopum, cuncta nostra consilia dirigantur: & in quo perennis à nobis cõtineatur assensus. At qui uero si forte contingat, ut aliquando ad ea nos necessitas cogat, quæ aut ingenii, aut stomachi nostri non sint, tunc maxime reluctandum est: & difficultati resistendum: & omnis cura, ac diligentia adhibenda, ut & ea quoque, si non aptissime, ac fœliciter ex uoto, saltem quàm minime indecenter faciamus. Nam in tota uita precipua ratio habẽda est necessitatis & naturæ: at in deligendo uitæ genere, quod arbitrii nostri est, naturæ in primis consulendum. præclara olim cõclusio Stoicorum fuit: finem esse bonorum, congruenter naturæ, & consentanee secundum naturam uiuere: quatenus nemo contra naturam uniuersam, aut propriam, frustra contendat: sed ut, ad quas res aptissimus quisq; est, in his potissimum sese exerceat. Natura autem omnes sumus aut actioni, aut contemplationi geniti: ita ut in toto genere hominum deesse nunquàm possint, qui ex suo ingenio matrimoniis copulati melius negocia procurent: contraque, qui procul à negociis liberi sine uxoribus Deo, & contemplationi libentius uacent. Non enim connubium ex suapte natura ab aliquo exigitur, ut carnis tantummodo lasciuia exerceatur, siue ut generando suis tãtum commodis hæreat: sed ut magnos uitæ labores his allectus illecebris libentius subeat: & totum genus hominum interueniente legitima maris & fœminæ copula quoad Deo placuerit, propagetur. Sic & cœlibi, non eo sibi insipidum redditur opus coniugii,

nec ob id tantum reiicitur, ut foliorum sit expers, & uxoris molestiis, curisq; familiaribus careat: sed multo magis ut his curis uacuus, toto animi affectu, Deo firmius inhærendo, suæ, aliorumque saluti intēdere liberius possit. Quamobrem non expedit ut cōtemplationi, aut cœlibatui se qs addicat, si agendis negociis, atq; procreationi ex sua natura commodior esse uideatur. Contra, nec coniugio alligari debet, cui magis conuenit ocium, & trāquillitas cœlibatus. Magni et enim refert, quali in corpore ipse sit animus collocatus: quoniam quemadmodum multa e corpore existunt, quæ acuant mentem, & multa, quæ obtundant: sic & multa quæ ad libidinem instigent, & accendant, & multa, quæ leniant. Quare tuenda sunt sua cuiq; studia, modo (ut dixi) uitio careant, nec propriæ saluti repugnent, etiam si qua alia eis fuerint, alioqui meliora. Nihil sanè fieri recte potest inuita (ut aiunt) Minerua. Verum quo modo scies quid tibi optimum factu, & quæ potissimum ratio uitæ habenda sit, nisi naturam prius inspicias tuam? ut sic deniq; intelligas quid amplectendum, quidve fugiendum, sit tibi? Quod erit profecto facile, ubi didiceris, quid naturæ tuæ debeas, quid affectioni, quidve tibi sit proprium quidve affectatum. Nam tum demum robusta, & stabilis erit totius tuæ uitæ ratio: quum hæc statim a principio constanti iudicio bene, & sapienter fuerit instituta, quūq; ipsi tibi fueris planè notus, quod hinc deprehendi facile potest, si attente uideas, ad quid potissimum protinus inflectaris. Scias autem ad id te esse proculdubio idoneum & instinctu naturæ formatum, quod primum ab ineunte ætate puer, & adolescentulus libenter agis, loqueris, cogitas, optas, imitaris, somnias: quodq; frequentius tētas, & facilius peragis, faciliusq; succedit: & a quo deniq; abstraheris inuitus. Eatenus sanè tibi tua uota succedent, & aspirabit tuis cœptis aura, quatenus ingenii tui auspicia prosequeris, quibus es ab ortu, & incunabulis, uelut cœlitus,

deputatus. Heu ꝙ pleriq; hominum sunt, q adeo cognitionem sui pro nihilo habeant, ut alienã cuiusuis naturã melius planè nouerint, q̃ suam: inde animi tanta inconstãtia, & uotorũ, consiliorũq; tanta confusio, ut q dudũ cœlibatũ elegit, uxorẽ mox cupiat, & q uxorẽ duxit, mox malit amicam. Vide miser qd agas & examina te tuis ponderibus, atq; a te tandem exige, si sapis, qualis: & in quo genere uitæ: esse mauis, ut histrionũ more, qualem prius institueris ꝑsonã agere, talem te usq; ad scænæ exitũ serues: ne aut in scęna histrio, aut in quouis artificio, & oꝑa q̃tũlibet uili, plus diligẽtiæ adhibere uideat homo sordidus, q̃ tu in ea re quam constat esse oĩum maximã. Procurandum est igitur, ut quisq; secum diu cogitat, ac sagaciter inuestiget, anteq̃ det huic spirituali militiæ nomen q̃ sit sibi animi constantia: quę corporis dispositio, quæ spes, quæ uocatio, quod consilium: quibus diligenter perpensis, & examinatis, ad id postmodum certo cursu, quocunq; secundus sibi afflauerit uentus uela dato. Porrò si male instituta fuerit tuæ uitæ ratio, tu quidem sicut nauis in altum deducta, atq; incerta quẽ portum petat, uagus, & instabilis tamdiu fluctuaberis: quousq; uictę tempestatis insultu, absorbearis naufragio. Extat præclara illa & à nemine aspernenda sententia: deliberandũ esse diu de quo statuendũ est semel. Et.n. de matrimonio, & religione, & cõtinentiæ uoto, bis nemini deliberandi potestas datur: neque est quòd quisquam in ea re si errare contingat, sententia immutata errorem corrigat. Bis in bello (ut aiunt) errare non licet. Sentiebas carnem tuam lasciuiis exultare, et te à libidine cohibere non posse, uxorem licebat ducere: & fornicationis crimen euadere matrimonio. Vitream galeam tibi esse sentiebas: non oportebat te lapidum (ut dicitur) inire certamen. Simplex cuiq; necessitas manet, antequam promittat cœlibatũ, aut accipiẽdæ scilicet uxoris: aut a uenere perpetuo continendi. Euenire quidem plerunque solet

(ut paulo ante dicebam) quòd qui uni rei ineptus sit, alteri reperiatur idoneus: sicut in Græcis artificibus, aiunt eos aulædos esse, qui citharædi fieri non potuerint: & apud Romanos (ut scribit Cicero) eos ad iuris ciuilis studium descendere, qui oratores euadere non ualuerint. Nemo quidem qui studiis literarum & musis natus est, in armorum exercitiis erit fœliciter fortunatus: & contra pari modo, qui mulieribus delectatur, naturaq; uxorius est, haud facile uel monachus, uel sacerdos bonus fiet. Laudandum in ea re Alabendensis Apollonii institutũ: qui (ut Cicero memorat) quanuis adolescentes mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud se perdere: sed à se missos faciens, ad quam quenq; artem putabat idoneum esse, ad eam suadere, & hortari solebat. Valde sane execrabile est, atq; nepharium, quempiam sub nomine cœlibatus, & professione castitatis, sese totum libidinibus mancipare: & contempto matrimonio, quod honeste inire poterat: meretriciis & moribus impudenter incumbere: & conquieri inique ea de constitutione cœlibatus cui neque aptus neque idoneus haberetur.

Quare necessaria fuerit Hebræorum leuitis fœcunditas prolis, & cur non itidem sacerdotibus Christianis. Cap. XXIII.

MVlta profectò argumenta adduci solent ab impudicis ad impugnandam sacerdotum nostratium cœlibatum: nullis tamen ei frequentius, q̃ Hebręorum matrimoniis insultatur: quare laborandum duxi, adhibitis omnibus machinis, ut hæc eis omnino excutiatur ansa de manibus. Primo omnium satis compertum est, licita, ac etiam pernecessaria olim fuisse Hebræis sacerdotibus connubia: eo quòd per Mosis legẽ, neminem ex alia tribu, quàm ex Leui, aut ex alio ordine

quàm ex Aaron, ad sacerdotium liceret admitti: essetq; summum nefas diuersarum tribuum nuptias commisceri: quare quum & castitatis mundicies propter sacra exercenda, & coniugiorum opus ad propagandam sobolem utrunque necessarium eis fuisset: ad utrunque præstandum inter se per uices, & propagandæ sobolis, & exercendorum sacrorum tempora partiebantur. Nã cui sorte, ratione uicissitudinis, sacris interesse contigerat, in tota hebdomoda uicis suæ, relicta domi uxore, assiduus in templo residebat: ab omni penitus sorde libidinis alienus. Sed quid modo Christianis sacerdotibus agendum est, qui successione sui generis non egent: quibusq; non iam per uices, & stata quædam tempora orationi uacandum est: sed assidua & orandi, & sacrificandi necessitas ingruit? Nimirum si continendum est ab uxore, uel quum quis orat: quanto magis, quum quis ad aram summi Dei rem diuinam facturus accesserit? Requirunt hæc sacra planè non cœlibatum solum, uerum etiam uirginitatis nitorem, quod mysterium Zacharias propheta uidetur in spiritu multo ante præuidisse, q̃ue nerit. Admirans enim ineffabile sacramentum corporis & sanguinis Christi, ait. Quid bonum est? quid pulchrũ nisi frumentum electorum? & uinum germinans uirgines? Verum quoniam sacrificandi tempore oportere continentes esse ministros sacrificiorum inter omnes cõuenit & continere coniugatis non nisi mutuo consensu liceat: quid quæso faciet uir sacerdos quum sacrificandi tempus immineat, & uxor poscat sibi debitum reddi: quod debetur ei iure coniugii, & quod negare etiam pietatis causa maritus non potest? Solet quidem sæpius euenire, ut quod uir uelit, uxor nolit: uelit autem quum uir nolit: iuxta comicum illud ex natura mulierũ deductum in prouerbium. Vbi uelis nolint: ubi nolis cupiunt ultro. Ad uxoris ergo arbitrium erit sacrificandum supplicandum & orandum: Non enim potest quis Zach. 9

1.Tes.5 uxorem habet, seruare, etiam si uelit, Apostoli præceptũ dicentis. Sine intermissione orate, nam in reddendo debito absorptus homo à uoluptate, nihil tunc uel potest cogitare de Deo, uel cuiuspiam rei bonæ attentius meminisse. Quamobrem nobis, quibus semper orandum est, nunquam est connubio seruiendum. Ideo uenerabilis Beda. Sacerdotibus, inquit, ut semper ualeant sacris altaribus assistere, semper est ab uxoribus abstinendum, & semper eis castitas obseruãda. Et diuus Hieronymus contra Iouinianum. Si laicus inquit, & quisque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali: sacerdoti ergo cui semper offerenda sunt sacrificia, & semper orandum, semper est matrimonio carendum. Verum quoniam uidemur in hoc dissentire à Græcis: quid Græcus origines contra gentem suam dicat audiamus. Ait enim homelia. xxv. super Numeros. Dicit autem Apostolus,
1.Cor.11 iis qui in cõiugiis sunt. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi: & iterum in id ipsum sitis. Certum est quia impeditur sacrificium indefinens iis, qui coniugalibus necessitatibus seruiunt: unde uidetur mihi, ꝙ illius est solius offerre sacrificium indefinens, qui indefinenter, & perpetuo se deuouerit castitati. Hæc ille rectius fortassis ꝗ Paphnucius: quando in re uxoria nemini liberum sit (ut nuper dicebam) ab uxore pro arbitrio continere, nisi uxor annuat. Sed si forte annuat, quis in tam parata copia, urgente libidinis æstu, pruriens pro libito rationabiliter continebit? Nam ꝗ res neque consilium, neque modum habet ullum, eam (ut comicus ait) consilio regere non potes. Quocirca Cyrus Persarum rex suadenti cuidam, ut Panthiam insigni forma, & dignam regio complexu mulierem sibi conciliaret: negauit dicens. Et enim si tuo consilio obtemperans ad illam aliquando, quum uacat, commea uero: fortasfis illa mihi persuasura est, ut ipsam postmodum frequentius ad eam, quàm uelim, etiam

quum non uacabit: atque ei interea male neglectis rebus serlis, obnoxius, & mancipatus adhæream. Dictum planè sapientissime, & imitandum.

Diuersum esse sacerdotium Christianorum a sacerdotio Hebræorum.
Cap. XXIIII.

PRæterea (ut ad id, unde digressi fuimus, reuertamur) quid est quòd ex Hebræorum moribus nobis nuptiarum argumenta sumamus? quandoquidem alia lex, & longe alius nobis ab eis sacerdotii ordo contigerit? Hebræi nanque sacerdotes (ut diximus) non nisi de semine leuitarum, & secundum ordinem Aaron sacerdotio succedebant: Christiani uero ex omni quidem genere hominum, sed secundum ordinem Melchisedech fiunt: sicut de Christo prophetatum est. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Psal. 109
Generatio autem Melchisedech nusquam refertur, attamen is pro certo creditur fuisse gentilis: ut præfiguraret de Iudæis ad Gentes aliquando sacerdotium migraturum. Quòd uero hic primus panem, & uinum Deo obtulerit & Habraæ aliquando benedixerit præsignauit dominicum sacramentum, typum Christi portans: qui corpus suum, sub panis specie, & sanguinem, sub accidentibus uini, in fidei mysterium nobis erat præbiturus. Ad huius ergo exemplum, in quo ueri, æternique sacerdotii forma præcessit: cui nulla cognatio, nulla uxor, nulla ue propagatio adscribitur, sunt omnes Christi sacerdotes habendi: quibus nullus delectus generis, aut carnalis propagatio alia esse debet, quàm probitas morum fides, castitas, & doctrina. Sic enim scriptum est in psalmis. Non cõgregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Atque uero sacerdotiũ Aaron per Psal. 15

propaginem Leuitici generis ideo decurrebat, quia tē-
porarium mysterium figurabat: & erat certo quodam
tempore unà cum ueteri testamento, cærimoniisq; defi
turum. Melchisedech uero nec initium dierum, nec finē
habens, assimilatus est filio Dei: qui manet sacerdos in
æternum. Translato itaque sacerdotio, ut doctor gentiū
Heb.7 Paulus affirmat, necesse est, ut legis translatio fiat. Pari
nanque passu ambulant uetus sacerdotium, & lex. Nam
sicut adueniente noua lege gratiæ, quæ promissa fuerat
partibus antiquis, lex uetus sublata est: ita & adueniente
nouo sacerdotio, uetus exoleuit, & in melius atque per
fectius reformatum est. Vnde legitur, lex & ꝓphetę, ut
Matth.11 scriptum est ab euangelista Mattheo, usque ad Ioannē.
Nullo ergo pacto sic debemus nobis antiquum sacer-
dotium in exemplum proponere, ut per id, quod Chri-
sti est, antiquemus: quoniam illud carnem tantum, & um
bram sapiebat: hoc spiritum, & ueritatem. Vnde nobis
non licet ista querere, sed in spiritu & ueritate ambulare:
ut facta carnis mortificatione, nostra conuersatio in cœ-
lis magis uideri possit esse, quàm in terris. Et enim sicut
olim Leuitæ, & sacerdotes ueteris testamenti placuerūt
Deo in coniugio, ad figuranda ea quæ diximus, sic mo
do in lege Christi, sacerdotes, non nisi uirgines, & cœli-
bes placere possunt, ad ea perficienda, quæ in illo testa-
mento sub uelamine literæ tegebantur. Sicut ergo serui
erunt illi legi & tempori: similiter & nobis, tempori, &
euangelio seruiendum est. Alia profecto uitæ ratio anti-
quis illis patribus fuerat, quibus facta est de Christo re-
promissio: alia nobis, in quos (ut legitur) fines sæculi de
1.Cor.10 uenerunt. Et enim tantæ continentiæ eiusmodi patres
fuisse perhibetur, ut si eos inuenisset in hac uita promis-
sus domini aduentus, absque dubio castrassent seipsos
propter regnum cœlorum: quemadmodum fecit Ioan
nes Baptista, & apostoli & omnes Christi discipuli. Nā
nulla est ibi in carendo difficultas, ubi nulla est in ha-

bendo cupiditas.

Non esse ex ueteri instrumento omnia trahenda in exemplum. Cap. XXV.

ATtendas quaeso quanta diuersitas Hebraeorum atque Christianorum sit:licitum siquidem fuit il lis aliquando aliena rapere,odisse,fornicari,& a lia eiusmodi,quae nobis nunquam,& nihilominus.Re cedentes enim ab Aegyptia seruitute, ueste, argento,& auro,& pretiosissimis quibusq; rebus,iubente domino & si dolosae licite tamen exspoliauerunt Aegyptios, fe ceruntq; sibi filios fornicationis,oderuntque, & occide runt crudeliter inimicos. Nunquid hinc sibi quisquam sumendum exemplum putet ? quum sint haec Christia nae pietati & euangelio quàmmaxime aduersa. At et ut apertius uideas,quantum inter nos,& illos differat ? au di dominum ita dicentem.Dictum est antiquis,nō moe chaberis:ego autem dico uobis si quis aspexerit mulie rem ad concupiscendam eam,iam moechatus est in cor de suo. Et rursum,dictum est antiquis,non occides. Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo,homicida est.Et iterum dictum est antiquis non per iurabis.Et ego dico uobis:nolite iurare omnino,sit ser mo uester,est est, non non,Item alibi. Dictum est anti quis.Diliges proximum tuum,& odio habebis inimicū tuum.Et ego dico uobis,diligite inimicos uestros,& be nefacite his,qui oderunt uos. Quin etiam si uis de hac re euidentius noscere:attende quomodo tunc habeban tur maledicti steriles,& qui non reliquerint semen in Is rael:nunc autem benedicitur his,qui se castrauerunt pro pter regnum coelorum:& alibi dicitur, Letare sterilis q̄ non paris.Sed quid plura ? quàm male conferenda est caro spiritui:tam male confertur Hebraeorum sacerdo tium sacerdotio Christianorum. De carne illi quidem carnalia tantum metebant: at nostri de spiritu metunt

Exodi.12 Matth.5 Ibidem. Ibidem. Ibidem. Matth.19 Gal.4

etiam cœlestia. Eximatur itaque id prorsus animo, ut credamus mundissimum, atque purissimum Christi sacerdotium recte posse cum sordibus libidinis, & cum nuptiarum uoluptatibus commisceri. Fallitur sanè quisquis Hebræorum mores in eo sectandos censet, siue etiam Græcorum: & non potius Christi, & apostolorum, atque catholicorum. Nam si patrum ueteris testamenti uestigiis uoluerimus inhærere, & non Christi potius & sanctorum suorum, non ibimus sanè cum sanctis in gloriam post Christum, quando nec ipsi patres ueteris testamenti eo intrare ulla sua iustitia potuerũt, nisi cum Christo. Cæterum quid attinet ut in hac re, uel alia auctoritate, uel aliis argumentationibus annitamur? quum iam lex illa uetus figuris, & adumbrationibus tota inuoluta in aduentu Christi explicata sit, & uelamen eius scissum, & ueritas reuelata? Nimirum tunc excussis procul tenebris lucidus ille euangelii dies illuxit nobis: de quo
Iere.31 dominus dixit. Ecce dies uenient, & consumabo super
Heb.8 domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod fieri patribus
Matth.9 eorum. Quid ergo ueteribus nouos pannos insuimus? & in utres ueteres nouum uinum infundimus? Vetera quidem transierunt, & noua facta sunt omnia, iuxta dictũ
Apo.21 illud sedentis in throno, & dicentis. Ecce noua facio omnia. Quid enim si tantopere placent Iudæorum matrimonia: cur non uobis & præpucium illorum exemplo secatis? pecora non immolatis? suibus non abstinetis? At si hæc omnia uos sine ulla prorsus contentione reiicitis: quid est, quòd ab his duntaxat coniugiorum exempla retinetis? Sicut ergo in illis imitandi non sunt, sic nec in hoc, sectandi. Id quoque ad mysterium facere uidetur, quod de Mosis nuptiis, & Iosue cœlibatu in ueteri testamento legitur. Nam Moses, qui connubii iugo fuit alligatus, præsignare uidetur iugum ueteris legis. Iosue uero solutus, ac cœ-

lebs euangelii libertatem. Hinc est quòd is terram promisſionis obtinuit cœlebs, quam Moſes mari-tus, quantauis ſanctitate pollens, attingere non po-tuit. Ad id pertinet etiam Heliæ, & Heliſei cœliba-tus, quum nuſquam legatur ante euangelium, ab ullo alio, præterquam ab his mortuos ad uitam fu-iſſe reuocatos. Præfigurabant hi quidem euange-lium, & euangelizantium caſtitatem: quornm eſt ex-citare mortuos, effugare dæmones, & alia ualde mirabilia facere. Addas & his, ſi placet, Ieremiam: cui ex diuino mandato nec uxor nec liberi fuerunt: quum, & ipſe uere Chriſti ſacerdotium præſignaret, quem clarisſime præcinit eſſe uenturum.

Caſtitatem non eſſe omnino naturæ con-trariam, ut plerique dictitant.
Cap. XXVI.

SEd iam de Sinagoga egresſi diſceptemus dein-ceps de eo, quod a multis dubitatur, id eſt, an contiuere ſe a uenere ſit imposſibile: & quid ualeant utrinque argumenta noſcamus. Neque e-nim uiro prudenti tam uerbis, et opinionibus quàm neceſſariis rationibus, et ſcripturarum teſtimoniis con uenit aſſentiri: quoniam opinio ſæpe fallitur, ratio, ſi uera eſt, ſemper immota manet. Primo ergo ſciendum eſt, a magnis, et eruditis philoſophis, et ab ipſo etiam Epicuro, quem mollem, et uolup-tuarium appellamus, uoluptatum genera trifariam ſo lere diſtribui: partim in naturales, et neceſſarias, par-tim in naturales tantum. Naturales, et neceſſarias dicunt eſſe, edendi, bibendi, dormiendi, quæ fa ciunt neceſſario ad conſeruationem naturæ. Na-turales uero tantum appellant, acquirendi, ulciſcen di, et coeundi libidinem, et eiuſmodi, quarumuis

ex ingenio, & opinione cuiusque, uel magna, uel parua, uel nulla reputatur. Ex qua quidem distinctione, quæ sic inter omnes constat, facile intelligere possumus continentiam esse minime impossibilem, quum nec ipsi Epicuro libido ueneris uisa sit inter necessitates naturæ cōnumeranda. Et enim si castitas eadem ratione se haberet ad hominem, sicut abstinentia cibi, & somni, & eiusmodi necessitates, quas ita sibi hominis natura necessario comparauit, ut absque illis homo naturaliter diu esse non possit: nempe sic necessitati ueneris uenia danda esset, sicut & cibi, & somni. Venter enim ut ait Seneca, præcepta non audit, poscit, queritur, nec nisi satur dimittitur. Sed longe aliter res se habet in hac uoluptate: nam usu ueneris multi sua sponte perpetuo abstinent: multi uel metu, uel pudore, multi inopia fœminarum, & tamen nullum ex eo sentitur in hominis natura dispendium: quinimmo ad incolumitatem, & longitudinem uitæ plurimum confert: quoniam libidinis usus (quod nemo negat) uitam efficit breuiorem, sicut de passere legitur: cui minimum uitæ, præ cunctis uolucribus, nimia, & immoderata salacitas affert: mares nanque (ut scribit Plinius) negant anno diutius uiuere. Quamobrem id esse uerissimum putes, quicquid aliquando medici in contrarium senserint aut suaserint, quibusdam ad remedium ualetudinis, quibus in eo minime assentiendum esse existimamus. Sed de hac ualetudine ipsi uiderint, nos hic de necessitate solummodo disputamus, negantes libidinem esse tantæ necessitatis, ut ab ea homo se continere non possit, si uelit. Et enim si recte perpendamus libidinem istam uoluptuose coeundi, non tam à naturali necessitate, quam ex superfluo humore, qui nimio cibo, potuque colligitur: in homine ut in ceteris animantibus prouenire uidebimus. Vnde Aristoteles adducens rationem, quare esurientes, & sitientes non pudeat cibū & potum palam sumere, et rei uenereæ poscere concu

bitum pudeat,dicit ex eo procedere,ꝙ quũ cæteræ res naturæ necessariæ sint,libido hæc non necessitatis, sed incontinentiæ potius signum esse uideatur. Quis enim non uidet, quòd si uerum esset, quòd ueneris uiolentia omnino superari non posset, sicut nec illæ necessitates, quas nuper dicebamus:nullum iam uirginem,aut castũ haberi pro certo posse; nullumq; pudorem in usu ipso ueneris,fore:sicut neque cæteris naturæ usibus inest.

Verum quoniam nemo est sanæ mentis,cui perspicuũ, & exploratum non sit, et semper antea, et in præsenti quoque esse permultos continentissimę uitæ homines, iniquam est disputare,et iniquius aduersari, id muneris nulli contingere posse,neque ullo pacto spectare ad uoluntatem nostram liberam:qua sumus Dei munere prędití.Quod uero ad appetitum libidinis attinet,eum quidem naturalem,et omnibus animantibus communem, et præsertim homini esse non negamus. Quanquam Cicero Stoicorum sententiam secutus,nihil horum naturale,dicat.sed omnia opinione,et iudicio esse suscepta:quando non uideatur esse naturale,quod uarium, et inæquale sit:quodque possibile,et impossibile,facile,et difficile,pro ut ingenium cuiusque est: et prout quenq; consuetudo,et præsumpta opinio uel imbecillum, uel fortem reddit.Sed sinamus hic Stoicos et Peripateticos inter se cõtẽdere,nos cõcedimus(utcũq; fuerit)libidinẽ ipsam coeũdi certo plane modo naturalẽ esse,quatenus eius opa genus aiantium propagetur: at negamus esse ex necessitate naturæ, ut qs uenereorum uoluptate carere nullo modo possit.Sed ne qs modo probatiões nostras,ut inanes,et imperiti homunculi nænias risu iocoque fortassis excipiat, ac contemptibiliter aspernetur, audiat is quæso nec contemnat principem peripateticorum Aristotelem philosophorum ipsorum quasi Deum,pro parte nostra sic accuratissime differentem. Ira inquit et libido homini maxime naturalia sunt, sed ira

magis quam libido, et propterea magis dedecere hominem non posse sese a libidine, quam ab ira temperare: multoque turpiorem incontinentiam circa libidinem, quam circa iram esse: atque eo magis, quòd nemo uenereis rebus utitur dolens: qui uero per iram peccat, peccat dolens. Hactenus ille. Ex quibus sanè patet, utrunque, iram scilicet et libidinem, ita naturale esse, ut uoluntarium sit tamen. Quare si uolumus, et hanc, et illam possumus expugnare, ac domitas reddere, illam quidem placabilitatis, hanc uero continentiæ uirtute. Præclare dicit Chrisostomus, non in natura, sed in uoluntate mentis nostræ sita esse, tam quæ ad uirtutem, quam quæ ad uitia pertinent. At qui modo non ab re fortasse fuerit, ad percipiendam dilucidius huius rei ueritatem, hic rursus adducere illum ipsum philosophum Aristotilem de his ipsis rebus sic in suis ethicis disceptantem. Ait enim duplicem esse uirtutem, intellectiuam, et moralem, quarum alteram doctrina, et traditione uult addisci: alteram longo usu, et consuetudine acquiri. Quæ moralis iccirco dicitur, quia more, et consuetudine constat, potius quam natura: nam nullam nobis in esse uirtutum moralium a natura sola satis cōpertum est, sed acquiri externis officiis, et diuturna consuetudine. Sicut enim ex capacitate multi cibi, et ex tolerantia multorum laborum efficimur robustissimi: sic in uirtutibus moralibus, abstinendo, et continendo efficimur temperati, et contra omnem libidinem ac uniuersa uitia fortissimi.

Quantum ualeat usus, et consuetudo in his etiam quæ naturalia sunt. Cap. XXVII.

Libido ergo, ira, cupiditas, lætitia, timor, tristitia, et id genus alia, etsi sint animi passiones, non

tamen ita insita homini sunt, ut eis omnino resisti nequeat: sed potius talia sunt, ut usu, consuetudi-ne, disciplina, industria, ratione gratiaque diuina quæ nobis datur, (etiam si natura minus idonea sit ad resistendum) cohiberi tamen et opprimi plane ualeant, ne quando eorum interuentu, aliqua turpi-tudine aut uitio corrumpamur. Neque enim si quis alliciatur natura ad libidinem, erit statim necessario impudicus: neque si quis facile exardescat ira, erit statim iracundus: neque si quis fuerit ad cupidita-tem procliuis, erit protinus auarus: sed is demum, qui a concupiscentia, ira, & auaritia superatur, et ui-tio assensus fuerit uirtute relecta. Quidnam quæso homini magis proprium, quàm risus? ut iam non fere minus agnoscatur homo à Dialeticis, quòd ri-sibile animal sit, quàm quòd rationale: legimus ta-men fuisse, qui uel raro, uel nunquam riserint. Crassum auum illius Crassi a Parthis interempti, tradunt, toto suæ uitæ tempore, nunquam risisse uel ut scribunt alii semel tantum: et ob id ἀγέλα-στον dictum, quod latine sonat, sine risu, ac mœ-stum. Idem quoque perhibetur de Catone Censo-rio. Addas (si conferenda exempla sunt) et re-demptorem nostrum Iesum, quem fleuisse quidem sæpe legimus, at risisse nunquam. Quid quòd ne-que fleuisse multos afferat Plinius? Socratem ue-ro clarum uirum neutrum fecisse: sed eodem sem-per uultu apparuisse. Phocion quoque Athenien-sis neque lachrymare, neque ridere ab ullo unquam est uisus. Contra uero legimus Democritum sem-per in tota uita risisse: at Heraclitum semper fle-uisse. Insuper quid tam naturale homini quàm assidue moueri? et tamen (ut refert Gellius) in-ter labores uoluntarios, et exercitia corporis, ad

fortuitas patientiæ uices firmandas consueuisse eãdem Socratem ferunt:ut pertinaci statu,a summo lucis ortu, ad solem alterum orientem,iisdem uestigiis immobilis staret,oculis,et ore in unum locum directis, tanquam se cessu mentis exanimis. Idem præstitisse, ex nostris quoque Christianis philosophis, in cremo habitantibus cõplures legimus: quos tamen breuitatis causa pertransimus. Sed est etiam hoc sane multo mirabilius, quod,ꝑ comperto refert Plinius: Iulium Viatorem, equitem Romanum,in pupillaribus annis,aquæ subter cutem fusæ morbo laborantem,prohibitum potu et humore a medicis,ex ea consuetudine potu perpetuo caruisse. Psammetichus quoque rex Ægypti(ut Athenæus scribit)quum scrutari arenosa Libyæ loca statuisset,electos ad id iuuenes aliquot sic exercuit,ut aridis in locis sine noxa possent diutius carere potu:et sitim absque molestia perferre. Nihil ergo mortalibus arduum est, aut impossibile factu:modo non sit ex his, quæ ipsi naturæ omnino aduersantur:sed ex his quæ ita immixta ipsi naturæ fuerint,ut per usum,et morem,uel peius, uel melius conuertantur:quoniam certum est in eiusmodi rebus (iuxta prouerbium)usum fieri alteram naturam. Quin etiam tanta est uis consuetudinis,ut dolor quoque,si nõ prorsus tollatur,sedetur tamen,ac minuatur consuetudine patiendi. Pueri sparciatæ assueti uerberibus,quantumuis acriter uapulent,nihil ea uerberatione mouentur. Et lacedæmonii adolescentes,pugnis,calcibus,dentibusq; se inuicem mira contentione lacerantes, nullum gemitum,nec lachrymas,signumue aliquod doloris emittũt: examinanturque potius,quam aut dolere se significent, aut se uictos fateantur. In India,qui sapientes haberenẽ, olim,nudi ætatẽ agebant, et caucasi niues, et frigora sine doloris molestia perferebant:quumque a frigore ad flammam sese applicarent, sine gemitu ex ui consuetudinis urebantur. De eorum quoque fœminis nihilominora

nora exempla huiusce consuetudinis referuntur: quippe quæ exultantes in rogo, uelut geniali toro, more patrio cum defunctis maritis, iisdem flammis ardebant. Si ergo in tam asperis, ac aduersis naturæ rebus, mos, & consuetudo tantum ualet, ut naturam pene ipsam possit superare, cur uelitis in hac tantum re, quæ eorum, quæ diximus comparatione, facillima est, nec morem, nec disciplinam, nec rationem ualere? At qui etiam Epicurus ipse præcipuus uoluptatis assertor (ut Cicero memorat) abstinere ab his minime difficile esse dicebat si modo ualetudo, aut officium, aut fama hanc continentiam postularet. Sed cur idem nobis quoque facile esse non debet? quibus præter supradicta omnia, etiam salus animæ, & spes æternæ uitæ, quam Epicurus ille non norat, suadet his ipsis uoluptatibus abstinendum.

Falsum esse quod quidam opinantur neminem castum esse. Cap. XXVIII.

VErum si adhuc quisquam, forte pertinaciter in proposito perseueret, & contendat neminem reperiri integrum ab hoc uitio, hunc ipsum sanè, eorum, qui continenter olim uixerunt, quique in præsenti uiuunt, exemplis conuinci necesse est: quibus & omnes diuinæ, atque humanæ scripturæ, & historiæ tam sacræ, quam profanæ, & omnis denique bonorum consensus ita astipulatur, ut negari id sine magno scelere, atque maxima etiam impietate non possit. Quamobrem absit procul à catholicis, & christianis hominibus, quibus cū sermo nobis est, impia hæc, scelesta, sacrilegaque sententia. Quid enim tam temerarium, tamque indignum religioso animo, quam id obstinatissime pernegare, quod cōstanti omnium bonorum uoce semper prædicatum est, palamque defensum, atque etiam cognitum fuisse uerissimum. Constat profecto innumerabiles pene homi-

nes, nulla etiã professione obligatos, sed solo castitatis amore captos, & ægisse olim, & agere in præsenti uitã continẽtissimã. Quo circa satis apparere potest, eos, qui labuntur, per ignauiã, & malã consuetudinem labi potius, quam quod id, si uelint, præstare non ualeant. Quod etiam eleganter confirmat Augustinus his uerbis. Ex uoluntate inquit peruersa, facta est libido, dum seruitur libidini, facta est consuetudo, dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Recte sane Augustinus hic nobis necessitatem ostendit: sed quæ ex peruersa uoluntate, & ex mala consuetudine magis, quam ex naturalibus causis oriatur. Porro deliberatio, atque uoluntas animi, qualibet naturali uoluntate potẽtior est. Nam uidemus formosissimos iuuenes, firmissimis etiã uiribus præditos, & in ipso adolescentiæ suæ feruore, ac flore positos, nulli uoto continentiæ addictos, ab his tamen uoluptatibus, quibus fruilicite potuissent, sola electione & constantia uoluntatis abstinere. Quod sane indicat, non esse contra naturam continere a libidine, si cõtinentiam ipsam solo proposito continendi posse retineri. Quid enim tantopere saluator noster Christus continentiam commendasset? Paulus tanto studio suasisset? Petrus tam efficaciter prædicasset? Apostoli tam fideliter conseruassent? Ecclesia denique ipsa tot legibus, tot censuris, pœnisque communisset? si aut præstari non deberet aut seruari non posset? aut esset uel naturæ, uel humanis prorsus institutis aduersa? Libido sane ipsa non tam natura hominĩ adiuncta est, quam accersita ab Adæ peccato: ut ira, cupiditas, metus, ac eiusmodi mala, quamquam a plærisque uoluptas non connumeretur in malis: at potius, licet, falso, pro magno bono recipiatur, quod & magnæ iocunditatis, &, & delectationis sit occasio: sed de, hoc alibi suo loco dicetur. Quæris hic fortasis a me, qui fuerint, ii, qui ad unguem, & perfecte seruauerint castitatem? Sed quid opus ut me interroges, qui fuerint

Nēpe casti fuerunt aposto'i. Martyres: Eremitę: confes-sores: Monachi: Virgines: Viduæ: & uniuersus iustorum cœtus. Perlongum quidem esset, hic uirorum, ac mu-lierum, qui id præstiterint, nomina recensere: quum uel ipsa enumeratio sola posset, ingens uolumen implere. Nam nemo fere inter sanctos habetur, ut non idem cœ-lebs castusq; fuerit. Verum ut omnes, qui promittunt castitatem, casti sint: optari sanè potius, potest q̃ sperari. Sed ille tum demum sciet se continere uel facile posse: quum id ipsum aliquandiu ultro præstare didicerit. Tūc eni quod antea existimauerat pene sibi impossibile, pa-rum admodum putabit esse, ac exigui laboris, pro eo, quod Deo tenetur impendere. Sed minus mirum uide-ri debet, si sint, qui contra castitatem rabidis uocibus la-treās: constat enim esse permultos, quos adeo à recta ratione, peruersa, ac uitiosa sensuum natura detorsit: ut nullo pacto possit sibi persuadere, quicquam ægregii ab aliquo fieri posse, uel quod non pñt ipsi facere repu-tantes quicquid difficile est, esse sibi pro sua pusillanimi-tate impossibile, ac esse itidem prorsus cæteris: atq; ita temere ex sua natura & ex suo ingenio fingunt omnes homines, aliorum animos ex animo spectantes suo. Habet hoc natura eiusmodi hominum, ut in quo quis insanit, in eo putet & reliquos insanire, propterea per-suasissimum fuisse Neroni, & ex suetonio: Tranquil-lo legimus neminem reperiri pudicum, aut ulla parte corporis purum esse: uerum plærosq; dissimulare uitiū, & obtegere calliditate. Is enim contaminatis omnibus membris, q̃ turpiter, ac flagitiose sese his fœditatibus ad dixerat, tam stulte, ac improbe de his ipse sibi persuase-rat. Siquidem abominandus ille spiritus ex suo ingenio cæteros iudicabat. At quanto sanè melius sentiunt, qui continentiam quidem præstare ab homine posse non negant, sed ipsi de se diffidunt, & nolle pro sua mollitie confitentur. Periculosæ præsumptionis est inquit Ioan-

nes Casſianus, necdum rebus recte diſcusſis, nec certa ratione collecta, de natura cuiuslibet præpropere diffini re: ac de fragilitatis ſuæ conſideratione, capere coniectu ram cæterorũ: & non de ſtatu, & qualitate ipſius diſcipli næ, uel de aliorum experientia proferre ſententiã. Neq; enim ſiquis ignarus natandi ſciens pondus corporis ſui ferri aquarum leuitate, ac liquore non poſſe, experien tia ſuæ uoluerit imperitiæ definire neminẽ penitus poſ ſe liquidis elementis ſolida carne circundatum ſuſtine ri, uera erit eius opinio iudicanda: quam ſecundum ex perientiam ſuam uiſus eſt protuliſſe: quum hoc non ſo lum imposſibile, ſed etiam per facile eſſe aliis, & certiſ ſima ratione, & fide non dubia cõprobetur. Quod autẽ quis per ſomnium in honeſtis & turpibus uiſis inſius, & inuitus quandoq; polluitur, nequaquam ad imputa tur peccato: dummodo non ex diurnis deſyderiis, aut aliunde ab alto fonte proueniat, q̃ ab impulſu naturæ, quæ ſolita eſt nobis dormientibus, ſine culpa aliqua no ſtra coactam ex abundantia humoris ſuperflui repletio nem leuare, & redundantem ſeminis fluxum expellere. Nam ut eleganter idem Casſianus in ſuis collationibus aſſeuerat, quicquid per eſcarum abundantiam concre tum fuerit in medulis neceſſe eſt egeri, atq; ab ipſa natu ræ lege propelli, quæ exuberantiam cuiuslibet humoris ſuperflui uelut noxiam ſibi, atq; contrariam inſemetipſa reſidere non patitur. Eſt quoq; morbus, quem Gono ream medici ſolent appellare: quo genitale ſemen no bis etiam inuitis dolentibusq; cõtinenter diſtillat: quod neutiquam uitio dãdum eſt, ſed tantum naturæ, ac mor bo adſcribendum. Cæterum de eiuſmodi morbo, aut ſomniis non diſceptamus hic, ſed de libidine, & uolun taria continentia: quam non eſſe imposſibilem ſatis (ut arbitror) diſceptatum hucuſq; fuit: qua autem ratione & libido cohiberi & continentia cuſtodiri facile posſit, in poſtremo libro dicetur.

Idonea asseueratio, quod homo ex ratione sua libera potest continere si uelit alioqui iumentorum similis habendus est. Ca. XXIX.

QVo nam cedo, iure imputari libidinis peccatum cuiquam posset, si necessarium foret homini libidinoso secundum appetitum carnis, & impudice præter animi sententiam quicquam facere? Et econuerso quidnam haberet in se boni castitatis studium: aut quæ uirtus esset continentia? si quicquam contra naturam temere niteremur? quando ex philosophi sententia nihil potest esse bonum in hac uita, quod sit inique cōtra naturam attentatum. Veruntamen nemo negat continentiam inter uirtutes censeri: ac esse uere bonum, siue quis salutis, siue tranquillitatis causa sese à uenere contineri disponat. Nam sicut nulla nostra culpa est, si non præstemus, quod ab homine præstari nequit: ita quoque nulla uirtus, si quid contra naturam hominis nitēdo moliamur. Pari quidem modo, & honoris, & laudis præmio caret, uel quod totum fit contra naturam: uel quod totum naturæ tribuatur. Quemadmodum in brutis animalibus fieri uidemus, quæ nullam laudem ex suis actionibus consequuntur: quoniam si quid recte faciunt natura sua tantum, non ulla animi uirtute faciunt. Atque rursus, quod peccatum aut delictum ea ipsa incurrent, si quicquam abominandum ex sua natura committant: quum ratione prorsus careant, qua rectum à prauo, æquumque ab iniquo dignoscere ualeant? Id enim est proprium duntaxat hominis habentis liberę uoluntatis arbitrium, non autem iumentorum usu rationis, & boni ac mali discretione carentium. Recta quidem actio labori, & uoluntati, & studio data est: quod autem solui instinctu naturę fit, non facientis, sed naturæ laus est: datorisq; tantum, non etiam effectoris commendatio. Naturæ siquidem hominis tributum est, ut possit bonum, & malum

discernere, uirtutem, & uitium cognoscere, & secundum liberum uoluntatis arbitrium; id, quod mauult ipse se qui. Quanquam actio boni, non ita natura præsto sit nobis ut mali, boniq; cognitio, nanq; in eo opus est nobis sedulitatis, studio, uoluntate: & super omnia diuina gratia. Inde ex ipsa actione, & cognitione, & uirtutis, & uitii q; nomen: inde laus, decusq; premium pro merito unicuiq; tribuendū. Quamobrem in sacris literis ubiq; & in historiis etiam gentilium legimus, continentes, & castos, semper pudicitiæ laudibus decoratos: at impudicos contra ob incontinentiæ crimen graui supplicio punitos. Quod nequaquam iure factum dici posset: si uel continentia uirtus non esset: uel incōtinentia careret peccato. Extat. D. Augustini sententia dicentis. Deum nunquam redditurum homini interitum, nisi is inueniretur uoluntarium habuisse peccatum. Neq; enim iuste Deus ei suam iram inferret, qui ex necessitate naturæ in trāsgressionē legis aliquando incurrisset. Et. D. Hieronymus, peccati, inquit, nō naturæ ultor est Deus. Insup quidnā quæso rationalis homo differret a cæteris animantibus? (ut paulo ante dicebam) nisi in eo ratio libera sit, ac subditum teneat appetitum? Eas enim obediētes & uentri, & ueneri natura finxit, abiecitq; propterea ad pastum pronas: quum hominem contra erexerit sublimem ad cœlum: uerum in conceptu, & ortu, & interitu pares penē nobis fecit: iuxta illud. Vnus interitus est hominum & iumentorum, & æqua utrorumq; conditio, sicut mori-
Eccle. 3 tur homo, sic & illa moriuntur. Et Mātuanus Homerus ait. Omne adeo genus interris hominumq;, ferarumq;. Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres. In furias, ignemq; ruunt amor omnibus idem. Differunt ergo, q in homine naturaliter ratio, in illis solum appetitus, & libido propria dominatur. Hinc eis intemperatus ardor in coitu, immodicus in pascendo appetitus: quorum utrunq; in homine disciplina, ac ratio moderantur.

Qui uero secus faciunt, exisse e potestate mentis dicuntur: habenturque propterea & dementes, & stolidi: quod hi cum homine pecudem copulauerint. Homini siquidē à natura, constantiæ, moderationis, temperantiæ, uerecūdiæ partes datæ sunt, & imposita persona eximia, cum excellenti præstantia reliquarum animantium. Proinde iuxta illud propheticum dictum, incontinentes iumentis insipientibus merito comparantur, quod ex sua intemperantia eorum similes esse uideantur. Voluptas itaque ueneris, quicquid impudici quidam dicant, ita est naturalis, ut non omnino cogat, ita uero cogat, ut non sit prorsus uiolenta: sed possit ab homine opitulāte gratia Dei pro arbitratu animi, uel ex religionis causa, uel amore continentiæ aut omnino intermitti, aut ex usu uitæ, atque officio generandi licite ac modeste tractari in fœdere matrimonii. Nam sicut hanc suadet animalis natura, sic reiicit disciplina spiritualis: quatenus nemo huic rei necessario quicquam debeat: nisi qui sic se animo abiiciat, ut nihil inter se ac tardam pecudem interesse arbitretur, malitque, quod proprium est quadrupedum, ac uolucrum, libidinem sequi, q̄ quod est proprium hominis, continendi rationem. Redarguit eiusmodi homines lyricus propheta dicens. Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: quod nihil profecto sonat aliud, q̄ minime decere hominem diuino penè intellectu præditum, in desyderia carnis fusis habenis belluarum more præcipitem ferri. Etenim quicunque sese hoc pacto libidinibus deduut, tanquam pecora muta, nec habent incontinentiam pro uitio, cui repugnent, nec cōtinentiam pro uirtute, quam sequantur. Cæterum nos si recte sapimus, si homines sumus, si uiriliter decertamus, non excidet nostris è manibus uictoria: quum nunquam defutura sit nobis gratia omnipotentis Dei, quæ ubique præsto est inuocantibus eum in ueritate. Neque id quidem aliter sperandum est, Vitiosa quidem præsumptio esset,

Psal. 18

Psal. 31

boni quippiam, nedum tam difficilem uirtutem propriis uiribus arrogat: quando id donum Dei est uel maximum. Sciui, inquit sapiens, q aliter non possum esse continens, nisi Deus det. Dat autem Deus omnibus uolentibus, ac annitentibus quantum in se est. Nulla ergo homini cuipiam, nisi aut à suo, aut à prauæ consuetudinis uitio peccandi necessitas ingruit: præsertim quum multo magis secundum naturam hominis sit celsitudo animi, atque constantia, quàm impetus, ac effrænata appetentia ueneris, quod est proprium pecudum, ac iumētorum: ut dicebam modo, quibus nec matrimonium est quo coitum rationabiliter moderetur, nec continentiæ ratio, qua impetum libidinis frænent.

Sap. 8

Vt magnæ difficultatis est, ita & magnæ uirtutis continere. Cap. XXX.

VErum enim uero sicut negamus quenquam cogi uitio naturæ ad incontinentiam libidinis: ita ex professo fatemur perarduum esse, ac perquā difficile seruare continentiam. Magnum id certe opus, & perpaucorum hominum, atque (ut arbitror) omnium humanorum conatuum longe maximum. Magni ingenii est, inquit Cicero, reuocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine. Quare quum mecum ipse considero diuturnitatem pugnæ, libidinis stimulos, estus iuueniles, occasiones promptas, improuisos, ac inopinatos amoris congressus, quibus assidue exercemur: atq; in horas oppugnamur, atque etiam dum recogito è carne nos, non ex silice natos esse, non possum nō multum extimescere imbecillitatem, ac fragilitatem totius humani generis, & priuatim cuiuscunque, & meam: & propterea minus admiror esse complures, qui diffidentes quicquam arduum de se polliceri castitatis uouendæ sententiæ non subscribunt: ueriti ne sibi satis idonea uirtus sit

ad tantis impugnationibus resistendum. Non enim tantum urgent simul reliquæ uoluptates omnes, siue oculorum, siue aurium, aut odorum, seu saporum, quantum hæc uel unica uoluptates tactionum, & ueneris, quę etsi sit eiusdem generis, consorsque cum cæteris uoluptatibus corporis, attamen plus exagitat, uexatque magis uel hæc una mentem, quàm cæterę omneis. Quare uobis, qui duxistis uxorem, dum licuit, maxime parcēdum duxerim: quoniam, ut scriptum est, non omnes capiunt uerbum istud, sed cui datum est à Deo. Et propterea Matth. 19
nihil inconsulte, aut temere ā quoquam promittendum est, antequam experiatur, quid roboris sibi fuerit: ut sic expertus demum sciat, quantum oneris possit suis humeris sustinere. Vnde poeta. (Versate diu quid ferre recusent. Quid ualeant humeri, cui lecta potēter erit res.) Nec constantia certe nec gratia diuina hunc deseret. Et enim animus bene præparatus, & edoctus Deo propitio, modo uelit, superat omnem difficultatem. Quod quidem maxime uerum est iuxta illud peruagatum uulgo prouerbium. Nihil difficile uolenti. Dicas ergo quātumuis difficile, quantumuis arduum continere non resisto, modo non omnino neges posse fieri, aut Dei gratiam tibi deesse contendas. Neque enim eximiū quippiam dici potest, nisi sit plurimis incommodis difficultatibusque uallatum: quibus proferat uirtutis suæ mirabilem, lucidumque splendorem. Est enim uirtus sicut ignis silice obstrusus: qui non prius incipit apparere, q̄ ui aliqua fuerit uiolenter excussus: tunc enim uelut circū uentus angustiis, prosilit rutilans, & superata difficultate refulget. Nam sicut ex acinis uinum, ex fauis mella, ex bacca oleum, ita ex difficultate per constantiæ torcular ipsa uirtus exprimitur: atque ut rosa flos omnium gratissimus ex spinis nascitur, sic ex magnis, ac asperis laboribus, triumphus, gloriaque uirtutis. Verbum est pyttaci illius sapientis. Bonum semper difficile existere. Et Se,

neca. Non est inquit, quod ęstimes ullam sine labore uirtutem. Quid quòd nec uirtus ipsa, nec laudabile aliquid soleat nobis attribui, si aut natura, aut forte quadam, sine ullo nostro studio, aut labore contigerit? Nam iuxta illud. Dura imperia tolle, quid uirtus erit? Præclare ergo Apollonius Tyaneus, (ut scribit philostratus) dicere solebat, non recte sibi uideri, ut eunuchi in numero temperatorum, & continentium hominum ascriberentur: quia coacti, & uiolentia quadam compulsi continerent: nō labore, & uirtute constantiæ: quando continentiæ munus sit, esse quidem cupientem, & appetentem ueneris, nec tamen turpium titillatione libidinum superari. In eo quidem aiebat humanam quampiam inesse uirtutem, quæ posset cupiditates eiusmodi subdeere rationi. Per ea ergo, quæ hic in tanto certamine nos assidue exercent, solicitant, atque fatigant: approbari sanè magis, ac corroborari debemus, quàm frangi: si modo uiri simus, & si quicquam præter carnem sapiamus.

Quod desperandum non sit nos posse caste uiuere, & si magna sit fragilitas carnis. Cap. XXXI.

At uero dicat fortasse quispiam mens mea assidue quatitur, facile labascit uoluntas, acriter stimulant sensus, & caro suapte natura prona ad uenerem, æstu etiam cogitationis accensa magis magisque appetitur: homo sum, ac molle quoddam ac tenerum in me esse sentio & ideo neque sum ad resistendum idoneus, neque ad perferendum certamen par. Quid agam? Vera profecto dicis, nihil contendo: idem & nos, aliis licet uerbis, proxime diximus: assiduis nanque congressibus quatimur, & crebris colluctationibus afflictamur: quando nos sacerdotes ueluti in aciei cornibus locati grauiori urgemur incursu: atque cæte

ris acrius oppugnamur. Veruntamen non est, quòd propterea à proposito sancto quispiam nostrû debeat absterreri: fidelis est Deus, & ut gentium doctor Paulus affirmat, non permittit tentari nos supra id, quod possumus, sed dat nobis etiam cum tentatione prouentum. Etenim quamuis concupiscentiæ pugnam effugere nõ ualeamus, diuino tamen freti auxilio, quod ubique nobis præsto est, obsistere fortiter, ac perferre constanter ualemus: quoniam unus omnium, qui nouit pios de tẽtatione eripere Deus est. Castitas uero non commotione tantum carnis, quæ nobis etiam inuitis naturaliter excitatur, sed consensu magis, aut actione corrumpitur. 1.Cor.10

Quam obrem licet innumeri aduersus nos hostes circũstent: licet tentationibus undique affligamur, nihil tamẽ propterea desperandum est, quum is ipse dominus stet pro nobis, cui resistere neque hic in mundo, nec sursum in cœlo, nec apud inferos deorsum quisquam potest. Nihil nos ergo deterreat tẽtationum metus, aut difficultas certandi. Sed ubi succurrit, quàm grauis sit nobis aduersarius constitutus, ex templo subeat, quàm prõptus, quàmque inuictus nobis sit præparatus adiutor. Quilibet profecto in seipso imbecillus est, at in eo ipso sanè robustissimus, modo sibi deesse nolit, spemque retineat & cupiat adiuuari. Clamat enim Apostolus omnia possum in eo qui me corroborat. Si quis ergo libidinis stimulis acriter impugnetur, si periclitari nolit, hoc sibi perfugium semper habeat, & infestatus ab eiusmodi concupiscentiis, statim mentem, & oculos in cœlum erigat, & inde sibi auxilium deposcat à Deo, quo adiutore nemo non uincit pugnans. Is quidem in hoc certamine duntaxat superatur, qui dedere ignauiter sese malit, quàm uiriliter decertare: quique semetipsum prodens desidia, aut desperatione consistendi, ultro sese hosti necãdum præbet. Verum ne forte nostra hæc interim assertio minus auctoritatis habeat, quasi à nobis profecta, audiamus Phili.4

quæso quid nos doceat in euangelio dominus, ubi parabolam facit de duobus hominibus, altero super pe-
Matth. 7 tram altero super arenam ædificantibus. Ædificium autem quod super petra constructum fuerat, nulla unquã uiuentorum, nullis imbribus, procellisve, aut torrente subuerti potuit: at quod super arena iacebat, urgente uel leuissimo cursu fluminis, effluente paulatim arena statim corruit. Vide quòd ex doctrina saluatoris, non fuit uiolentia sola satis ad subuertendum firmissimum ædificium, alioqui corruisset utrunque: sed fundamentorum infirmitas in culpa fuit. Sic ad lapsum, & ruinam pudicitię, haud tãti roboris est libido: ut impetu suo sola possit dirruere inconcussam animi constantiam, atque corporis prosternere continentiam, nisi pusillanimitas nostra, effœminataque mollicies in culpa fuerit. Quamobrem si contra illicita desyderia, atque contra furorem libidinis fortes, atque inuicti stare cupimus: supra uiuam petrã: qui est Christus, solida nobis iacienda sunt fundamenta, & firmissimo continendi proposito usquequaque blandis tentationum suasionibus resistendum. Istis enim muniti presidiis, ac fundamentis firmati, omnes carnis procellas, omneis libidinis insultus facile perferemus: quæ quidem quanto nos acrius impugnabunt, tanto subinde gloriosiorem nobis uictoriam tribuent, ac triũphum. Nanq; ut ait. D. Hieronymus, quanto plura sunt, quæ impugnant pudicitiam, tanto uictoris maiora sunt præmia. Nulla profecto insignis uictoria nobis in hoc mundi stadio sine forti, ac pertinaci marte paratur. Nam sicut tranquillitatem turbines, ac tempestates cœli, marisque commendant: sic libidinis ardor, & carnis stimulus continentiam. Non est enim uirtutis: aut uoluntatis nostræ facere ut non tentemur, sed aut negare, aut præbere tentationibus consensum id tantum nostrum est, diuina tamen gratia opitulante. Quapropter nulla in eo noxa cẽsenda est quòd innitamur in uitium, sed quũ

assentimur tẽtatori, ea demum culpa est. In eo siquidem experimur uirtutem, in hoc perdimus innocẽtiam: nam quum ui aliqua interpellante concitamur, & resistimus, ascribitur nobis tentatio ad gloriam: quum uero superamur, nobis deputatur ad gehennam. Quando ne ad oscitantes, & ignauos fuit unquam triumphalis palma delata? aut quando pauidis, & imbellibus uictoriam partam legimus? Nimirum ille tantummodo Agonista coronatur, qui se prius exercuerit in theatris. & quem diuturnus armor ũlabor obtriuerit: nõ autem ille qui extra periculum, contempto labore, domi ociose resedit. Extat præclara panetii illustris philosophi sententia decere animum uiri sapientis inter pericula, & tumultus rerum humanarum positum circunspicere omnia: & undique mala ingruentia præcauere, & semper promptũ expeditumque esse debere ad uitandos, tolerãdosque, quicunque ueniant, insultus: et sicut athletæ solent, & animo præsenti, & brachiis elatis, & toto corpore stare paratum, ne quid omnino repentinum, aut inopinatum cõtingat. Itaque fratres mei non molliter, ac timide, sed acriter, atque audacter certare nos oportet, quicunque sancto castitatis proposito, uotoque addicti sumus nec debemus uincendi diffidentia, aut pusillanimitate: pugnandi hosti cedere, quem possumus, si nobis deesse nolimus, cum Dei gratia pugnando sine dubio superare. Pugnandum est ergo legitime: quoniam potiri cœlesti illa beatitudine non nisi pugnando ualemus. Scriptum est enim regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nonne, & agricola ipse nullis laboribus parcens, diu noctuque agrum per æstus, & frigora, assiduus colit, ut ex suo labore speratos aliquãdiu fructus accipiat? Non ne & mercatores, & milites, ac studiosi literarum ad ætatem usque extremam, inter fluctus, & arma, ac inter gymnasia, & in magnis tempestatibus, præliis, uigiliisque anxiam trahunt uitam, ut diuitias, & ho-

Matth. 11

Multum nobis præsidii cœlitus atq; humanitus dari ad resistendum impugnationibus carnis. Cap. XXXII.

AD promerendam autem uictoriam contra impugnantem libidinem satis nobis præsidii Deus, naturaque tribuit, dum modo pro uiribus obluctari uelimus, & non ignauia, ac mollitie hosti cedere, nihil reluctantes: Illum, inquit Anselmus, Deus adiuuat, nec sinit supra uires tentari, quem uidet tota uirtute contendere. At ille continere non ualet, qui non toto corde id appetit, ut propterea mereatur adiuuari. Sūt enim quidam ita imbecilles, & molles, ut non solū non repugnent uitiis: sed ultro sese offerant ipsi magis: nec expectent, sed præueniāt atq; p̄curāt tentationem, quærentes occasiones peccandi. Alioqui quid est, q̄ dubitet quisquam resistere posse tentationibus? quum tantæ curæ Deo simus, ut angelos suos mortali cuiuis homini ministros, pedagogosq́; constituat. Nam cuilibet datus est angelus sanctus ad custodiam: qui ubique præsto sit nobis, & contra spiritales nequitias sedulo, strenueque subueniat. Vnde regius ꝓpheta Dauid. Immittitur Angelus domini in circuitū timentium eū, ut custodiat eos. Et Apostolus ad Hebræos. Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Psal. 33 Quid est ergo cur dubites, aut diffidas tueri posse, ac seruare, quam pepigisti, perpetuo castitatem, si uelis? quum & tali custodia, talique duce du Heb. 1 caris? Sed quid dicemus de multiplici etiam uirtutum præsidio quo munimur? Et. n. uidens Deus hominem, quem formauerat, natura imbecillum, instruxit eum diuersis uirtutibus, quasi armis, ut qui cum carne, & mundo, & diabolo esset assidue pugnaturus. Maxima quidem uis est ad tuendam pudicitiam in eiusmodi uirtutibus posita quas nobis & Deus, & conditio ipsa huma-

na conciliat. Verum excitandæ sunt hæ si forte torpeat, & expergiscendæ, si dormiant: atque inde ab eis in omni certamine certa præsidia nobis comparanda. Aderit quidem tibi statim uirtutum chorus, qui nullatenus sinat te periclitari nolentem. Eritque princeps in ea pugna temperantia libidini ueneris maxime infesta, quæ te nihil turpiter, fœdeue facere permittat. Hęc enim si animo adhęreat tuo, sobrium te, ac temperantem, uerecundum, pudicumque reddet: hæc una quidem libidines frænat, affectus temperat, furores coercet, desideria bona multiplicat, & uitiosa castigat: omnem denique totius uitæ ordinem concinnat, & moderatur. Non aberit insuper, & quæ maxima habetur, uirtus animi fortitudo cœlestis, quæ te forti semper animo esse faciat, non permittens assentiri, aut succūbere illecebris cuiuspiam inhonestæ uoluptatis: neque consentiens molliter, aut effœminate, aut præter decorum quicquam facere, aut præter turpia, qcq̄ timere. Huius comites sunt magnanimitas, fiducia, constātia, tolerātia, longanimitas. Præsto quoque tibi erit iustitia: quæ si obtemperaueris, non sinat mundiciē & animi, & corporis, quā Deo ꝓmiseras, abnegare, teq; turpiter dæmoni inimico prosternere: & animū corpori, & appetitum rationi subiicere, quod per quam iniquum est sanè, atque nefarium. Hanc sequuntur, concordia, pietas, humanitas, benignitas. Non longe aberit ab hoc tam pulcherrimo comitatu prudentia, cuius partes sunt ad rationis normam, quæcunque agimus uniuersa dirigere: & hanc comitantur cautio, prouidentia, circunspectio, quibus adiutus possis hostiles insidias præcauere, commoda, & incommoda præuidere, honestatem uoluptati præferre. Aderūt insuper & aliæ uirtutes, quæ ethnicis parum notæ fuerunt, at nobis, qui confitemur christum uel in primis amandæ, Fidem dico, spem, charitatē, q̄ quidem uel solæ conciliare nos possunt Deo, & ad omnium aliarum uirtutum culmen subuehere,

atq; in

atque in omni ſpirituali certamine inuictos reddere. Aderit postremo, qui nulli deest legitime decertanti, omnis huius tam pulchri comitatus moderator, & rector Christus Iesus, qui nos potentiæ ſuæ brachio tueatur: quatenus profligatis demum hostibus uictoriæ gloriã conſequamur. Certum est enim neminem fore tutum à concupiſcentiæ peccato, ſi quemadmodum ad ſuggerendam libidinem, ita quoque ad compellendam uolũtatem, nostræ carnis, aut dæmonis potestas eſſet: uerum hoc temperamẽtum diuinitus cuique datum est, quòd ſicut eis instigationis facultas est: ita pariter ſit & animo reſiſtendi libertas. Quocirca negatur quenquam nostrum poſſe à diabolo, aut à concupiſcentia carnis decipi: niſi qui hosti ſuo ſeſe ſummittit arbitrio uoluntatis. Sicut enim illic pro libidine caro confligit: ita hic ratio pro caſtitate reſultat. Verũ tu inter hæc certamina quaſi ſequester, & medius, uide utri mauis obedire? aut adhærere libentius. Illius partes, aut dependunt ſenſus, istius uero ratio, & intellectus. Suadent enim ſenſus uoluptatem, quæ cito abibit, ſuadet ratio cõtinentiam, quæ nunquam est interitura: tu interim memor finis delibera, & delige quid agendum in hoc conflictu. Apud. T. Liuium ſic conſulte Scipio ille Africanus Maſſaniſſæ regi ſuadet, quum captus amore Sophonisbæ ferme deſiperet. Vince inquit animum, caue deformes multa bona uno ultio, & tot meritorum gratiam, maiore culpa, q̃ cauſa culpæ corrumpas. O præclarum uerbum, & intimis inſculpendum præcordiis. Maior ſanè culpa, quàm cauſa culpæ. Cauſa quidẽ culpæ exaturatio libidinis est, quæ in momẽto pertranſit: culpa autem cauſa est mortis cuius pœna nunq̃ finitur: stipẽdia enim peccati mors. Etenim ſi uelimus diligenter iſta penſare, non erit tanti laboris continere quanti fortaſſis existimant plerique dummodo procuremus nobis iſta præſidia, quibus quaſi firmiſſimis mœnibus, muniamur: ac deſinamus Roma.6

deinceps infamare naturam: quando illa quidem nos satis firmos, & fortes gignat, armetque uera: cœlestique uirtute, etsi molles, & imbecilli nostro postea uitio ignauiaq; reddamur. Nã quã tu modo naturã quasi uirtuti contrariam, repugnantemque accusabas, morbus est certe animi, potius quam natura: quando non esse in natura cuiusquam, sed in opinione istam impossibilitatem satis superque paulo superius declaraui. Nonne uides superbos, ambitiososque homines nullo unquã honore contentos, sed semper ad altiora inflatos, & anxios anhelare? & qui auari sunt, quanto plura congerant, tanto etiam auidius appetere plurima? Quid nam hoc est? Morbus certe est, & ægritudo quædam peruersa animi male affecti, non autem natura. Itidem sanè & hominibus lasciuis, & libidinosis solet euenire, quibus nulla unquam libido est satis: & hi tamen, quum grauissimo laborent morbo, ægrotare se nesciunt: ex quo in dies grauiori afficiuntur ualetudine, nec intentãt interim huic morbo q̃si itegri, & sani ullã ꝓrsus adhibere medicinã.

Posse hominem & à uenere, & à quibuscunque uitiis, quantumuis pronus ad ea fuerit per Dei gratiam continere, sese si uelit. Cap. XXXIII.

INique illi quidem sentiunt, qui ex eo quòd homines sunt, continere se posse negant, quasi naturæ uitio laborent, non suo. Sed multo etiam iniquius facere uidentur, qui dum id de omnibus negare non possunt, & causando diluere flagitium suæ turpitudinis uolunt, contendunt suo se fato aut genio, seu peculiari natura, uiolenter ad libidinem rapi. Quamobrem conuincenda hic est fatua eorum peruicacia, atque manibus hisce argutiis ualidissimis rationibus respondendum: ut is error, qui eorum pectoribus inhæsit, penitus eruatur.

Quod facile sperandum foret, si nos audire uelint, & non potius uitio gaudeant ipsi suo, malintque flagitiorum sordibus contabescere, falsis opinionibus innitendo, quàm muniri, atque exornari uirtutibus, sanis monitis obtemperando. Adducatur ergo contra eos hoc loco in primis sanctum, ac præclarissimum. D. Augustini testimonium ex eo libro, quem contra Pelagium ædidit, ubi omnino negat in libidinem quenquam ulla ui posse aliunde quàm à propria uoluntate compelli quũ à libendo, id est à libitu, per deriuationem libido sit nuncupata, quia quod ad libitum sit, fiat. Quod quidẽ maxime uerum est, atque admodum probabile. Ad id facit etiam quod. M. Tullius in eo libro, quem de fato nominauit, longa oratione disseruit: affirmans multis etiã exemplis, & iis quidem illustribus, complures homines naturæ uitium humana prudentia sustulisse, & nihil esse omnino naturæ hominis tam difficile, quod usu, & disciplina in melius emendari non possit. Ibi autem refert in exemplum stilponem Megaricum philosophum acutum sane, atque probatum uirum: qui à suis familiaribus ebriosus, & mulierosus nõ in opprobriũ (ut fit) sed potius pro summa laude consueuerat appellari: quod uidelicet, sic uitiosa ab eo natura domita, & compressa esset modestia, & disciplina, ut nemo unquam aut uinolentum illum uiderit, aut libidinis sorde notauerit: quũ tamen facere, & habitu corporis præ se ferre eiusmodi uitia uideretur. Quid Socratem? non ne, ut ab eodem refertur, zopirus phisiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturamque ex corpore, oculis, uultu, fronteque cognoscere, stupidum eum esse dixit, ac bardum: addiditque etiam mulierosum. In quo uerbo Alcibiades cachinum dicitur sustulisse, qui eum continentissimum, sapientissimumque cognosceret. Idem fere iudicatum de Diogene philosopho, quem phisiognomon alter quidam peritissimus intuitus, oculos corruptoris

puerorũ habere dixit:propter quod indignati discipuli repẽte in eũ impetũ fecissent.pceptoris sui opprobriũ ferre æquo animo nõ:ualẽtes:sed eorũ iracundiã restin xit, sedauitq; Diogenes,his uerbis.Quiescite iuuenes, ad hoc pcliuis sum,ut oculi monẽt,at cõtineo me modestia,ne labar in eã turpitudinẽ,quã nefandissimã semp duxi.Sed & Xenocrates hebetissimi ingenii, ac tardi fuisse phibetur: atq; à Platone eius pceptore proinde & sępe,& acriter obiurgatus,dictumq; & p iocũ unũ im primis esse qui calcaribus indigeret:attamen is habitus est postmodum optimus philosophus, quòd in eo naturæ defectum suppleuerit mentis industria. Cleantem quòque tanta ingenii tarditate fuisse perhibent, ut uix illum ad se præceptor admitteret, attamen ab eo tanto studio,& labore,exculta fuit illa naturæ sterilitas, ut excellentis philosophi,& secundi Herculis nomẽ sit postmodũ inter philosophos assecutus. Addamus etiã his exẽplis,(si placet) Demosthenẽ eximiũ ortorẽ,quẽ natura penè fecerat elinguẽ:ita ut adulta iã ætate R.literã, more balbuciẽtis infantis, exprimere nõ ualeret: eã tamẽ balbutiẽ sua sic expugnauit idustria,ut apud græcos nulla facũdior,nulla suauior oratio,aut pnũciatio q̃ Demosthenis habeatur.Quinetiam idem ipse tantum cõtinendo animam in dicendo est assecutus, ut una continuatione uerborum,binas uocis cõntentiones,& remissiones contra communem hominis naturam facile cõtineret.Porro quam elegantissime Terentius poeta uitam hominum perinde dixit esse,quasi quum ludas tesseris,ut quod iactu non cecidit, id arte corrigas.Sic sanẽ & robora,& cæteræ arbores,etsi natura aliter natæ sint, arte tamen ad id formantur, quod usus noster requirit. Facere uidetur ad hũc locum quod Anæus Seneca scribit in libello de Ira.Nihil ait est tã difficile,aut arduũ,qđ ptinax opa,& intẽta cura,& humana mẽs nõ expugnet, & quod in familiaritatẽ non pducat assidua meditatio.

Haud dissimile est multum in hac re nobis ab eo q̄d in equis bonis, malisve solet euenire. Sūt enim quidā ita natura mites, & moderato ingenio nati, ut sine ullo negocio tractabiles fiāt: alii cōtra ita rebelles: atq; indomabiles, ut eorū ferocitatē multū insudās domitor, uix lupatis, uix fuste ac calcaribus subigat, cæterū ubi parere didicerint, efficiūtur postremo faciles, ac cæteris mitiores. Talis ergo si forte tibi natura cōtigerit ut sis ualde facilis, & ꝓnus ad venerē, ne spe ꝓtinus decidas, quasi cōtinēs esse nō possis, immo uim affer sensibus, & tāto ualētius insurge contra difficultatem, quanto ab ea acrius urgeri te senties, atque ex eo tibi uberiorem materiam augendæ uirtutis oblatam esse existimes potius, quàm sublatam, nam ubi tu semel frenum momorderis, & hāc ipsam difficultatem aliquando multa ui, grauiq; labore superaueris, ad omnia perferenda eris postmodum alacrior: & quanto id difficilius consecutus fueris tanto cæteris in ea ipsa re merito gratiaque præstabis. Bono tantum sis animo: quoniam si non tuo studio, saltem diuino auxilio efficies in ea re, quicquid uoles. Omne quidē naturæ uitium firma animi pertinacia facile superatur: atque etiam natura ipsa in ea præsertim re uelit nolit, cogitur longiori assuetudine patrocinari rationi. Res ergo ita se habet, ut possit quisque continere, si uelit, & nemo peccet munitus: nullumque sit in homine tam naturale, tamq; procliue peccatū, quod uel auferri, uel saltem corrigi, morum disciplina non possit. At q tamen nō negamus in naturis hominū dissimilitudines quasdam, atq; defectus inesse quandoq; ita deprauatos ita insitos longa consuetudine ut nullis possint, aut studiis amoueri, aut ingenio corrigi, aut ui aliqua omnino cohiberi. Varia siquidem est diuersitas animorum, sicut & corporum. Sed scire debemus iuxta philosophorum distinctiones, quòd quicquid nobis natura contingit, aut à causis naturalibus antecedentibus, aut à subsequentibus

proficiſci: quod autem ex antecedentibus prouenit, id negant eſſe in noſtra poteſtate: nam acutos eſſe, aut hebetes ingenio, robuſtosve, aut imbecilles corpore, id nõ eſt in manu, aut arbitrio cuiuſquam poſitum: ſed ut quiſq; naſcitur, talem eſſe natura neceſſe eſt. Verum ſecus in eis, quæ procedunt ex cauſis ſubſequentibus: ut eſt pronos eſſe ad cupiditatem, ad iram, ad libidinem, & ſimilia. In his nanq; perturbationibus, quãtumuis natura procliues ſimus, temperare tamen nobis poſſumus, & inſtitutione, & diſciplina prouehi ad meliora: dummodo ratio hominis in regni ſui ſolio conſtituta, & diuino robore præmunita, appetitum, & iracundiam, & omnes libidines noxias ſubiugo, uel in compedibus ſemper habeat. Hanc enim ſupremus omnium rerum rector, & creator Deus imperatricem, & dominam eſſe uoluit, ut & animo, & corpori, ſua auctoritate, ac potentia dominaretur: & omnibus ſenſibus imperaret. Quamobrẽ ſi ſecundum huius imperium uixerimus: libidinem ſanè & quodcunqué uitium in nobis, tum animi, tum corporis natura ſubortum fuerit facile ſuperabimus; nec erit quod deinceps incuſemus naturam aut fatum, quaſi eius culpa, & non libero potius arbitrio noſtro peccemus.

Neque peccatum libidinis, neque aliud peccatum eſſe ex natura creati hominis, ſed ex pœna damnati. Cap. XXXIIII.

NOn erit fortaſſis ab re hic, quæ à noſtris theologis de hac ipſa quæſtione diffuſus diſputantur, ad propoſitam materiam aliquanto breuius recenſere, ut exornent hunc locum, & reddant ea etiam, quæ diximus, planiora. Non enim omnes uident, non poſſe ſcilicet continere ab illicitis, non eſſe magis ex natura creati hominis, quàm ex pœna damnati. Hic autem intento opus eſt animo, ne ſi quid dictorum, uel mi

nimum effugerit, omnia prorsus excidant. Principio cō-
cupiscentia, si forte nescias non tam à natura hominis
instituta est, quàm ab ea potius destituta. Natura nanq;
humana ante peccatum nulli erat concupiscentiæ carnis
obligata, nulli pœnæ debita, nulli ultioni subiecta, sed
post Adæ peccatum, in ultionem culpæ, suborta carnis
concupiscentia tum primum insolens facta est, spirituiq;
rebellis: atque exinde reddita effrænis, & præceps, sæuā
sibi usurpauit in homine tyrannidem. Vnde. D. Augusti-
nus Libidinē, ait, nō formauit Deus, sed diabolus præ-
cedente peccato. Nam matrimonium primum omniū
sacramentorum ante peccatum à Deo institutum est in
paradiso, sed tunc ad officium tantum propagationis,
& ideo dictum. Crescite, & multiplicamini: uerum post Gene. 1
Adæ peccatum, suborta mox concupiscentia, etiam ad
remedium fornicationis concessum, ne uiolentia libidi-
nis trahatur homo ad uitium: & cogatur contra præce-
ptum domini peruersa uoluntate delinquere. Prima er-
go matrimonii institutio fuit, ut genus hominum multi
plicaretur: secunda autem ut concupiscentiæ quoq; ui-
tium eo potissimum remedio sopiretur: & imbecillitas
animi, quæ est in carne propter peccatum, adiuuaretur,
remedio nuptiarum. Est autem facile uidere, quomodo
concupiscentia ex uitio naturæ corrupte suborta fue-
rit, & non cum ipso homine nata à principio, ut cætera
sensuum officia. Nam quam reliqua membra corporis,
ut est pes, manus, lingua oculus, & eiusmodi obtempe-
rent homini, & ad nutum eius resideant, & moueantur,
sola genitalia non parent imperio uoluntatis: nec sedeā
tur, aut excitantur animi arbitrio: sed ultro, ex sua libidi-
ne aguntur, æstuant furuntque proprio feruore, & furo-
re. Quamobrem satis apparet, quòd homo nullo pri-
mæue naturæ impulsu cōcupiscere cogatur, sed ab ori-
ginalis peccati fomite potius trahatur, ut in titillantis li-
bidinis concupiscentiam prolabatur. Accusanda est igi

tur naturæ corruptio, quæ prona est ad malum, non autem naturæ institutio, quæ prima in se perfecta fuerit, & ad nullũ concupiscentiæ uitium inclinata. Est aũt libido naturalis, nõ q adhęserit homini tũc primũ ex natura, qua fuit institutus, sed ex corruptione ipsius naturæ, quæ ei propter peccatum aduenerat: & proinde quasi esset naturalis inoleuit postea in homine, non origine, sed consecutione peccati. Verum si quis modo pro defensione suæ incontinentiæ causetur naturæ corruptionem, ipsamque ream agat, & non magis propriam uolũtatem: is primo humanæ naturæ institutum ante Adæ peccatum, & gratiam diuinam superadditam postea peccato attendere debet, quæ est præ sui excellentia, tam naturæ cõditæ, quàm etiam uitiatæ merito perferẽda: tũc uidebit gratiæ sanè munus, quod nobis datum est diuinitus multo potius esse ad custodiendam continẽtiam, quàm ipsius uim naturæ corruptæ ad reflectẽdum animum ad turpia. Siquidem hæc gratia nobis diuinitus data, naturam illam priorem, quæ fuit ante peccatum, in nullo sibi sentit aduersam: immo in omnibus rebus habet eam sibi amicam, & communibus auspiciis secum contra naturæ corruptæ uitia decertantem. Nam

Roma. 5 iuxta illud Apostoli, ubi abundauit delictum, superabũdauit & gratia. Præualebit ne ergo debilis, & solus hostis, quæ est natura corrupta, aduersus tam acerrimos athletas, naturam scilicet illam priorem, & diuinam et superadditam gratiam, ut plus roboris habeat ad deiiciendum carnalis impulsio, quàm ad subsistendum diuina protectio? Minime qdẽ: nisi intẽtato marte deficere malimus turpiter, quàm repugnare uiriliter. Porrò quicunque uoluerit incedere cautæ, & decertare ualenter, absque dubio, & ui quadam naturæ pristinæ, & nouæ gratiæ præsidio communitus omnem libidinem noxiam, & simul cuncta uitia fœliciter superabit. Quo circa desinat, si quis uictus forte ceciderit, aduersus naturã

uanis quærelis insurgere, quasi inuitus illius impulsu deci derit, neque rursus Deum incuset, quasi is sua gratia destiterit adiuuare. Quin potius seipsum redarguat, uel ꝙ sibiipsi plus æquo confidens temere certauerit, uel ꝙ pusillanimitate perterritus ultro sese hosti dederit, uilipẽdens auxilium desuper implorare. Certum est enim cũctos mortales iaculis patere libidinis, & assidue ex quo sunt homines, proteruis tẽtationibus impetu, scuto tamẽ præpotentis gratiæ semper, & ubique defendi. Et quis est, ut interrogat idem Augustinus, usque adeo sapiens, ut contra libidines nullum habeat omnino conflictum? Votis ergo instandum est, & subsidium diuinæ gratiæ piis precibus die noctuque desuper exposcẽdum, quod & Paulum gentium doctorem, dum eiusmodi quateretur luctamine, exposcere solitum legimus, & idem nos suis ipsius exemplis, & eloquiis edocemur. Video, inquit, aliam legem repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infœlix homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? num angelus? num homo? num egomet? num alia creatura? Quis autem id sibi denique præstare possit, subsequentibus his uerbis ostendit. Gratia inquit Dei per iesum Christum dominum nostrum. Concedimus ergo allegantibus pro natura corrupta, oppugnari nos quidem ex ea occasione etiam inuitos: nec subsistere per nos met posse, atqui asserimus tamẽ posse nos per uirtutem naturæ conditæ, quantacunque ea sit, reparata iam per lauacrum regenerationis, & per gratiam nobis semper assistentem, & præualere libidini & tentamenta carnis uincere si uoluerimus ita tamen, ut qui uicerit, uictoriam non propriæ uirtuti, sed gratiæ diuinæ ferat acceptam: sciens, quòd qui nostra sponte cecidimus, non nisi per gratiam resurgemus, ita planè ut in casu culpam nostram, in erectione Dei gratiam semper agnoscamus. Cesset itaque iam omnis quærela ad

Roma.7

Ibidem

uersus insitam hominis naturam, & omnem culpam ex uitio deprauatæ uoluntatis in nosmetipsos cōferamus: & neutique naturæ corruptæ tantum imputemus, quan tum etiam nostræ uoluntati facili ad malum, & sua ipsius sponte ruēti: quandoquidem nobis ipsis desumus, & torpori, desidiæque seruimus. Disserit eleganter palladius auctor græcus in dialogo de uita beati Io. Chri sostomi præceptoris sui, triplicem esse distinctionem do norum Dei: quædam communia, uidelicet ut est sol, luna, coelum, aer, & eiusmodi, priuata alia, ut aurum, argen tum, & omne metallum, ac omne lignum: adde & terram, fluenta, & lacus, quæ olim & ipsa communia fuerant: sed postquam auaritia, & habendi rabies pectoribus humanis insedit, in partitionem cesserunt. Ponit ue ro & tertia dona, quæ neque proprie communia sunt, neque priuata prorsus, ut est uirginitas, & castimonia, nō enim omnis est, qui cupit assequitur, ut uirgo sit, & castus, sed cuicunque ex dono specialis gratiæ cōceditur, & qui ad huc coelebs est, ut liberum ei sit continere, si ue lit: nam qui iam matrimonio coniunctus est, etiam si huius rei desiderio teneatur, quum fuerit præoccupatus coniugio, uoti sui compos esse non potest. At hoc est liberum sacerdotibus, qui possunt continere si uelint, & si eadem gratia, qua uocati sunt ad sacerdotium, fulcian tur ad seruandam etiam castitatem, quæ ipsi annexa est sacerdotio. Quandoquidem, ut idem auctor asseuerat, ipsum etiam sacerdotium, neque commune est, neque propriū cuiusq́, ut plerique male existimant: sed eorum
Heb. 5 tātū, quàm sunt digni, & idonei, & uocati adeo. Quod si secus fit, male. Vnde Apostolus. Nemo honorem sibi affirmat, nisi qui uocatur à Deo tanquam Aaron, qui non seipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed inuitatus coelesti uocatione ad hoc munus accessit.

Quid sit, quòd sicut in sanguine Christi per baptismum deletur omnis culpa, non deleantur & incendia libidinis: quæ ex ipsamet culpa prouenerant.

Cap. XXXV.

EXplicanda est hoc loco quæstio, quare post baptismi gratiam, remanserit pœna illa peccati: hoc est fomes libidinis: qui (ut pauloante dicebam) inductus fuerat per peccatum: quum per lauacrum sacramẽtale, culpa illa originalis tollatur, & reparetur gratia, quæ fuerat ante peccatum. Ad hæc dicendum id, quod à multis theologis scribitur: quòd sicut Christus p mortem suam non sustulit pœnam mortis, sed uitam per futuram resurrectionem restituit: sic non amouit fomitem peccati, sed super induxit innocẽtiam, quæ obstaret peccato. Cur uero noluerit Deus omnes erumnas, quæ per peccatum introductæ sunt, per regenerationis quoque lauacrũ tolli, D. Augustinus in libro quẽ de ciuitate Dei inscripsit, qui est in ordine tertius decimus, multas nobis rationes adduxit quas itẽ persequitur. D. Thomas Aquinas libro contra gentiles quarto: ubi de hac ipsa quæstione diffuse, ac subtiliter ab eo multa dicuntur. Siquidem (inquit Augustinus) regenerationis sacramentum continuo sequeretur immortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, quæ tunc est fides, quando expectatur in spe, quod in re nondum uidetur. Fidei autem robore, in certamine, in maioribus duntaxat ætatibus, etiã mortis fuerat superandus timore, quod in sanctis martyribus maxime enitet cuius profecto certaminis nulla esset uictoria, nulla gloria, quia nec ipsum posset esse omnino certamen: si post lauacrum regenerationis, iam sancti non possent mortem perpeti corporalem. Hæc ibidem Augustinus. Sed & in libris de trinitate. Quamuis (inquit) & ipsa mors carnis de peccato primi hominis

originaliter uenerit, tamen bonus eius usus gloriosissi-
mos martyres facit. Ideo nō solū mors ipsa, sed oīa sæ
culi huius mala, dolores. s. laboresq; hominū, q̃q̃ de pec
catorū, & maxime de peccati originalis meritis ueniāt
unde facta est & ipsa uita uinculis mortis obstricta, ta-
men remissis peccatis ea remanere debuerunt, cū qui-
bus homo pro ueritate certaret, & unde exerceretur uir
tus fidelium: & unde nouus homo per testamētum no
uum, inter mala huius seculi se nouo seculo præpararet.
Prosunt etiam eiusmodi mala, quæ fideles pie pro iu-
stitia patiuntur, uel ad emendanda peccata, uel ad exer-
cendam, probandamque uirtutem, uel ad demonstran-
dā huius uitæ miseriā, ut uita illa cœlestis, ubi beatitudo
certa est, atque perpetua, & desideretur ardentius, & in-
stantius inquiratur. Hæc. D. Augusti. Beatus uero Tho-
mas. Congruenter, & utiliter inquit factum est, ut subla-
ta culpa pœna remaneat, quatenus cōformitas fidelium
ad Christū agnoscatur, sicut mēbrorum ad caput. Nam
queādmodū Christus multa prius passus ita ad immor
talitatis gloriā puenit, sic decuit, & fideles, per multas tri-
bulationes, & ærūnas ad illā ipsam immortalitatē pdu-
ci, quasi portantes insignia passionis Christi. Sicut dicit
Roma. 8 Apostolus ad Ro. Heredes qdē Dei, quo heredes aūt
Christi, si tñ cōpatimur, ut & simul glorificemur. Addu
cit: & alias ratiões parū dissimiles ab his quæ dictæ sunt
quocirca non operæprecium fore duxi hic eas ampli-
us referre. Pertransire aūt non possum id qđ de hac ipsa
re per acute Iacobus Valentia super psalmos in ultima
sua q̃stione disseruit. Gratia inqt baptismalis tollit cū cæ
teris peccatis ēt cōcupiscētiā, nō ut nō omnino sit, quia
remanet: sed ut ille fomes, q remanet, non imputetur aīe
peccatū, nisi animus suggestioni cōsenserit. Quid enim
necesse fuerat cōcupiscētiam magis q̃ iram tolli, quasi
peccati pœnam: quū necessario competere hominibus
utrunq; uideatur: nec, nisi ab effectu, irasci, aut, cōcupisce

re,uel bonū,uel malū posſit appellari? Nam ꝙ hæc,aut ad odium,aut ad intemperantiā homini famulētur,certe ma ū eſt:uerū quia neq; poſteritatis ſucceſſio ſine cōcupiſcētia reparatur,neq; emendatio,aut ſæuera caſtigatio ſine iuſta ira conſtare poteſt,neceſſariū utrunq; uidetur,ac propterea nō eſſe malum,ſed iuſtitię,ac propagationis miniſterium. Hæc ille. Sed de hoc ſatis nos cætera proſequamur per quæ, ea ipſa quæ diximus, multo gratiora,atque etiam planiora reddantur.

Cur tanta libidinis titillatio, & tanta uoluptas homini data fuerit, ſi bonum erat ei mulierem non tangere. Cap. XXXVI.

REſtat quoq; reſpondere & his,qui propter feruorem libidinis,& uehementiam uoluptatis: calumniantur caſtitatem: detrahentes nequiter religioni,quæ hanc mandauit. Quid tanta(inquiunt)uoluptas tactionum à Deo hominibus naturaliter data eſt, ſi futurum erat, ut eſſet aliquando multo ſanctius ſeſe ab his abſtinere,q̄ frui? Haud magni profecto negocii eſſet eiuſmodi obiectioni,calumniæve potius reſpondere,ac etiā ſatisfacere:modo uelint patiēter audire, & cauſas noſcere,quas uel ipſi neſciunt: uel potius ſimulant ſe neſcire: quemadmodnm illi,de quibus dictum eſt. Et noluerunt intelligere,ut bene agerēt. Pſal. 35 Principio ergo,ſi forte neſciāt, tantum abeſt, ut uoluptas iſta ueneris ſit aliquid ꝓpriū, atque præcipuum in homine, ut nihil prorſus homini cōtigerit habere cum brutis communius q̄ uoluptatē: uſq; adeo ut quū in cūctis actibus homo pecudibus antecellat,i eo ſolū beſtiis cōparat:ꝙ auidiſſimè,ſicut illę, feraſ ad coitū. Siqdē cōmune eſt omniū animātiū,tū deſiderio ꝓcreationis innato,tū uoluptatis ipſius impulſu, libēter ad cōcubitū ruere. Ex quo ſanè cōſtat uoluptatē hāc ueneris,nō eſſe humano generi ꝓ ſingulari quopiā

munere datam, sed communicatam potius cum omni genere brutorum: neque tam datam, quàm potius subortam, post præuaricationem primogenitorum unà cum aliis perturbationibus repugnantibus rationi, ut supra diximus. Absit inquit. D. Augustinus in libris de ciuitate dei, ut suspicemur in ea fœlicitate rerum ante peccatũ, non potuisse prolem fieri, sine libidinis morbo. Nam quum eo uoluntatis nutu mouerētur ea membra, quo & cætera membra corporis, sine illecebroso ardoris stimulo, & libidine coeundi, cum tranquillitate animi, & corporis, nulla corruptione integritatis, ad officium propagationis coiretur. Vel in propagandis hominibus id euenisset nobis, ut de apibus legimus, quas non libidine, & cæterorum animalium procreatrice uenere generari certum est: sed paulatim, ut stipatæ sunt, per mella ui uiscere: ut sole omnium nõ foetus ædãt, sed faciant, atque ex opere nascãtur suo. Hactenus ille. Factus est ergo ex tanti uiri sententia, uiri mulierisque congressus post peccatum, nam antea in paradiso quasi angeli permanebant, nullis cõcupiscentiis flagrantes, nullisque animi affectionibus infestati: nec ullis (ut dicit Chrisostomus) naturæ necessitatibus obligati, utpote incorruptibiles, & immortales conditi. Quare eos ad suscipiendam sobolem uoluntarius usus, non libidinis impetus, utrunque sexum caste, absque corruptionis labe, & absque uenerea uoluptate iunxisset, & ad pariendam maturitas partus absque ullo dolore fœminea uiscera relaxasset. Cæterum post præuaricationem data est uoluptas hominibus, sicut & cæteris animantibus, & ad propagandam sobolem, & ad leuandos dolores partus: qui tot menses uentrem discerpunt, & in partu pene exanimant parientem. Factum est ergo eo interuentu uoluptatis ut tam hominũ, quàm cæterarum animantium genus ab interitu præseruetur: atque ea illecebra, ueluti fomentis quibusdam, quæ dura, & aspera toleratu sunt in matrimoniis, blandiuscule mo-

firentur. Nam auctore Lactantio, quis ederet, aut bibe-ret, aut procreandis liberis operam daret, nisi esset in his præpotens aliqua delectatio, quæ ad id hominem, qui-busdam blandimentis attraheret? Scire quidem, atque uerissime. Quis nam diu perferat furētis uxoris rixas, liberorum curas, alendæ familiæ impensas, regendæ, ser uandæque molestias, iminentisque semper cladis cuius-piam assiduum, solicitumque pauorem? Quis inquam ferat? nisi tot incommoda, illecebræ huius uoluptatis, & quotidiana eiusmodi blandimenta lenirent? Quæ nā quæso mulier tam perditæ mentis: ut experta grauescē tis uteri molestias, passaque semel intolerabiles penè do lores partus, subeat iterum eadem mala gratis? nisi do-lores, quos parturiens sensit, concipiens obliuisceretur? atque futura discrimina, præsentis uoluptatis illece-bris compensaret? quæ ideo maior eis quam uiris dari existimatur, ut cui pluris constant, suauius etiam saperent uoluptates. Quamobrem manifeste apparet, uolupta-tem istam ipsam ueneris non esse natura ita necessario humanis rebus admixtam, ut ab homine per seipsa ex-petatur: alioqui is à sue, & pecude nihil different, sed da-tam potius uel in pœnam peccati, tanquam morbum aliquem, & defectum, uel ut ea ipsa incommoda, (ut di-ximus) quæ inuexerat nobis peccatum, leuiora aliquan to redderentur huius accessione uoluptatis. Nisi ergo dolor pariendi, & reliqua tædia educandæ sobolis, in ultionem peccati data fuissent, uoluptas in concipiendo non foret.

Datam fuisse homini concupiscentiam carnis, ut uirtus continentiæ appareret. Cap. XXXVII.

ACcedit ad hoc causa nihilo minus probabilior superioribus, quæ est, ut appareret in homine uir tus cōtinentiæ, Nam ociosæ quidem essent uir-

tutis in nobis, nisi pariter inessent uitia uirtutibus aduersantia, quæ ab eis expugnarentur: quoniam ubi uitiorũ fomenta non sunt, ibi nec experimenta uirtutum haberi possunt. Ne uirtus ergo nostra torpesceret data est ei aduersaria uoluptas, nec qua superata, possit hæc, cuius sit nitoris, atque firmitatis, agnosci. Sicut enim honestæ uirtutis est iracundiæ impetum moderari, & cupiditatẽ ab alieni appetitione frænare, ita quoque magnæ uirtutis est se continere à libidine, & uenereis uoluptatibus uiriliter repugnare: quibus in rebus si uoluptas abesset sua, nullus esset continentiæ locus. Indiget enim castus rebus, in quibus actione sua aliquod possit insigne castitatis præferre, quo constet, quomodo castus merito sit habendus: sicut de forti, & de liberali cõstare uidemus: qui quidem, ni res habeat, in quibus & liberalitatem, & fortitudinem suam exerceat, nunquam eius aut fortitudo, aut liberalitas apparebit. Sic ergo se habet ad castitatem uoluptas ueneris, ut ad fortitudinem iracundia animi, quæ à Peripateticis cotes fortitudinis appellatur. Quid est enim (si fas est pro ornamento dicendorum hic aliquid ex gentilium fabulis meminisse) quòd dicatur Iuno Herculem maximis quibusque obiicisse periculis? nisi ut illius uirtus illustrior redderetur? atque eũ poetæ diuinis honoribus ornarent? & dignum cœlo facerent? Nec ob aliud quidem dominus suum illum præstantissimum athletam Iobum iniquo Sathanæ omnibus modis uexandum præbuerat, & Habraham tam admirabiliter tentauerat, nisi ut posteros erudiret exemplis, atque simul uterque, ille patientiæ, hic obedientiæ ampliora præmia reportaret. Consueuerunt nanque imperatores uirtutem militum in maximis experiri periculis, quibus eos sæpius de industria obiiciũt, ut eorum uirtutem aliquo experimento cognoscant, æquo eos postea ad sublimiora militiæ munera euehant. At non non sic Deus, cui omnes noti sumus, etiam antequam

nati:sed iccirco nos his exerceri permittit,ut nos ipsi no bis noti simus:quatenus fragilitate nostra cognita,depo sito arrogantiæ tumore,nihil quicquam tribuamus meritis nostris:sed & laudem,& gloriam,& omnem uictoriam ei referamus acceptam : exhibentes scilicet Deo, quod suum est , & in nobis solum nostrum agnoscētes peccatum:quoniam hoc tantummodo nobis est propriū.Non.n.uult Deus nos securos & absq; ullo labore ad illam cœlestē beatitudinem peruenire:iccirco statuit pugnam inter carnem,& spiritum,ut illa pro uoluptate, & libidine: hic ei pro castitate & cōtinentia repugnaret, & inuitam (ut par est) obaudire compelleret imperio ra tiōis.Nulla nanq; uictoria cōstare pōt,ubi pugna nō est: ardor sane libidinis probatio est castitatis, & quo quisquis grauius affligitur, eo speciosius coronatur. Vnde Paulus apostolus. Virtus,inquit,in infirmitate perficitur. 2.Cor. 12
Tunc quidem quum imbecillitas nos oppugnat,si persistimus impolluti pudicitiæ corona donamur.Multum profecto uel hoc ipso in Deum delinquit, quicunq; libidinis usum datum putat, ut eo suo quisque arbitratu uoluptuose fruatur,& non potius ad procreandam de se prolem , de quo ethnicus poeta Vticensem Catonem laudat dicēs.Et ueneris maximus usus,progenies . Nūquid & diuitiæ ad luxum tantummodo , & non magis ad usum necessarium,liberalitatemque exercendam hominibus datæ sunt ? Nunquid iram ad ultionem , & ad trucidandum se inuicem homini duntaxat innatam existimatis ? & non potius ad castigandos, & corrigendos subditorum excessus ? Num uox homini præstita, ut impudicas,& amatorias cātilenas decantet? & nō potius ut interiora,animi sui pandat arcana,& laudet Deū, & benedicat nomini sancto eius ? Pari quoq; impudentia dicere poteris . Cur sunt mulieres ? cur est amor ? At ego pariter dicam , cur sunt adulteri , cur fornicarii , si sint uxores ? Ita etiam dicas non sit uenter,

ne fiat crapula: atqui uenter non inducit crapulam, sed improba ingluuies: sicut neque uinum ebrietatem, sed intemperantia, iuxta uulgatum illud. Nam nullum crimen uini est, sed culpa bibentis. Pari ergo ratione, nec libido sola causatur fornicationem, nec uoluptas sola parit incontinentiam, sed luxus mollities atque supina negligentia. Nam sicut nec edere, nec bibere, nec etiam irasci malum est, si adsit molestia: ita nec frui uoluptate, peccatum, si rite, ac legitime, cui licet, cum uxore cōmunicetur. Concupiscere quidem (haud inficior) naturale est: neque enim amoueri penitus potest ab animo innata appetentia ueneris, neque à carnis stimulus uoluptatis: at male concupiscere, & agere libidinose, uoluntatis nostræ est, & proprii uniuscuiusque arbitrii: quum non tam propter humanam infirmitatem, quàm propter negligentiam: in lubrico fœdæ concupiscentiæ decidatur. Quamobrem annitendum quantum in nobis est, & assidue à Deo supplici oratione poscendum, in hoc tanto certamine pereamus, nam huius auxilio, concupiscētias quamuis acris, quāuis molestas omnino superabimus, & erit postea facile, quod impossibile antea uidicauimus. Minime ergo mirum est (ut huic quæstioni tandem finem imponam) si homini uoluptas data sit quando eam, non ut in concupiscentiam pronus ruat, (ut satis probauimus) sed ad incitationem procreationis, ac in solamen laborum, & ad experientiam uirtutis, constet esse concessam. Cæterum quoniam iam satis arbitror parere, ex his, quæ hactenus dicta sunt, cuncta uitia, ad quæ quis plus, minusve ex naturalibus causis inclinatur, & si sit difficile, tolli tamen posse gratia Dei, studioque & disciplina uolentis: ac iustis de causis uitiorum fomites post lauacrum regenerationis in homine permansisse: restat modo, ut quorsum, & quomodo eiusmodi inclinationes deflectendæ sint, dicere aggrediamur.

De triplici amore, & triplici uenere.
Cap. XXXVIII.

QVoniam ergo ad amorem, & uenerem defle-ɑi,atque inclinari natura, aut fideribus desuper arbitrantur sese plærique (ut pauloante dicebam) conducere uisum fuit, ut quæ uenus, & qui amor ex ea inclinatione sequendus sit, iuxta Platonicorum disciplinam, hoc loco referamus, non tamen subtiliter, sed stilo planè simplici, ac pingui (ut aiunt) Minerua: ut facile omnis lector intelligat, quid sibi in ea re sit agendũ. Etenim ferunt hi geminas esse Veneres, cœlestẽ uidelicet, & terrestrem. Veneris utique cœlestis partes dicunt esse, allicere humanum intellectum ad desyderium illius pulchritudinis perfruendæ, quæ comprehenditur animo per contemplationem: & hinc amorem exoriri cœlestem, cuius proprium est attrahere hominem per contemptum terrenorum ad amanda cœlestia, atque humanam mentem desyderio illius supernæ pulchritudinis inflammare. Veneris autem terrestris officium esse dicunt, accendere non hominem solum, sed etiam pecora, ferasque ad libidinem coeundi: atque ex ea alterum amorem gigni, quem uocant terrestrẽ cuius facibus accendimur ad concupitam formam, ut ei per uoluptatẽ sensuum, & præcipue tactionum in unitatẽ carnis iungamur. Et hinc dicunt ipsum hominem absque ullo iudicio rationis, ex quadã ægritudine animi, modo in hos, modo in illos improbos, & meretricios amores impingere. Hunc uero amorem ieccirco cæcũ pharetratũ, puerũ, uolucrem, nudum ingeniosi poetę finxerũt: quoniam re uera, prę̨ceps est, ferox, incõstãs, dubius, & absque ullo pudore quæ omnia intelligi sub ea fictione uoluerunt. Amorẽ igitur ambæ Veneres gignunt, & utraque sui similẽ ex eo alterum appellamus amorem diuinum, alterum improbũ, & terrenũ: Nitũtur aũt hi gemini amores pro uiribus uterque suis, alter nos altius ad supna leuare, alter inferius

ad ima delicere. Quoniã uero uterq; forma, & aspectu pulchrorũ maxime delectat: unus obiecta qualibet speciosa forma, per eam mox à terrenis sese recipiens, intẽdit ad illius diuinæ, atque cœlestis formæ pulchritudinem contemplandam, ut nihil quicquam, aut decorum esse, aut prætcrea diligẽdũ putet. Vnde fit, ut is ex pulcherrimis quibusq; formis, quas hic uidet, ad amãdam illam diuinam, atque cœlestem pulchritudinem quam non uidet magis magisq; accendatur. At uero alter qui terrestris, & mũdanus dicitur, ab ipso statim intuitu pulchrorum, uictus specie, ad concupiscentiam statim lasciuæ rei concitatur. Et ita sicut amor diuinus, quo mouetur homo contemplatiuus, extemplo ab aspectu deducitur ad mentem: sic contra terrenus, qui est uoluptuosorum, repente ab aspectu excitatur ad sensum. Sunt qui adiiciant his & tertium amorem, qui, & si cœlestis omnino non est, ut ille, tamen non improbus, ut iste, sed medius. Is enim conciliatur homini, non tam per speciem formæ, q̃ etiam per opinionem uirtutis, aut paritatẽ animorum, aut similitudinem studiorum, aut denique per cõmunem generis & cognationis affectum. Hinc etiã naturalis pietas parentum in filios, ac rursus filiorum in parentes, necnon necessitudo fratrum cognatorum & necessariorum, atque etiam charitas amicorum inter se uicissim amãtium, quæ in uita dirimi sine detestabili scelere, crudelissimaque perfidia non potest. Tres ergo referuntur diuersi amores, qui & tria diuersa nomina, ab eo, quod quisque efficit, sortiuntur: Cœlestis uidelicet, Terrenus, Humanus. Primus quidem seruit spiritui, secundus sensui tertius opinioni, & naturæ. Primus igitur reddit nos spirituales, secundus bestiales, postremus animales. Huc etiam uidetur spectare, quòd Cicero in eo libro: qui de natura Deorum inscribitur, plures Veneres memorat: unam Cœlo scilicet & die natam, aliam spuma maris, tertiam Ioue & Dione, quæ uulcano nupsit,

addidit quartam Syrio Cypriaqꝫ conceptam, quæ Adonim dicitur adamasse formosissimum puerum: quam possumus interpretari esse nefandissimam Sodomitarũ uenerem: de qua superius satis dictum est, ut addi præterea nihil necesse sit.

Adhortatio ad diuinum amorem
Cap. XXXIX.

QVoties ergo ad uenerem, & ad amorem procliuius, atque propensius inclinari te senseris quasi in tua genesi Venus & Mercurius congressu, conspectuque mutuo coniuncti fuerint, quo sidere genitos procliuiores solere esse ad amorem astronomi suis commentis fingunt, audi quid tibi agendum sit sine offensione Dei, & sine pernicie dãnoqꝫ salutis. Inclinaris tu forte tua natura ad Venerem, & ad amorem? parcẽdum est tibi, hic nondum aliquid mali est, immo multũ boni, modo tu ad eam tantum intendas Venerem: quæ ex Cœlo orta est, & cœlestis dicitur, & quæ cœlestem ac diuinum amorem ex se parit: uel si id, quasi nimis arduũ, præstare omnino non potes, ad huc saluæ res sunt, aliud tibi remedium restat: habes alteram Venerẽ, quã sequaris: quæ Ioue nata nuptiis gaudet legitimis: hanc adire potes, & dum licet, matrimonio copulari, quod Deus instituit legitimum, & sanctum, & impudicam illã Vulcani uxorem, una cum Adonis amica uitare. Verũ nos qui cœlibem uitam ducimus, ad illam cœlestem tantum Venerem, & ad amorem illum supernum totã debemus aciem mentis attollere: & quum quid usquã oculis arridet, pulchri, actutum nos recipere introrsus ad animum, & hanc eandem speciem, quæ tantopere oculis placet, quærere extra corpus: quatenus mens nostra, per ea quæ arrident oculis, statim ad contemplandam inuisibilem speciem illius diuinæ pulchritudinis

erigatur. Hoc enim modo amor ex humano cœlestis redditur, qui solus semper, & ubiq; fœdo, atq; terreno illo amore contẽpto, à nobis est præ cunctis rebus optandus. Nam quid ulterius quærendum nobis erit, ubi Deum ipsum habuerimus? qui unus est pulchrorũ omnium longe pulcherrimus, cuius pulchritudinem, ut ille ait, sol & luna mirantur. Is est, in quo mens humana perpetuo sine torpore quiescet, & animus suppeditatione omnium bonorũ sine saturitate replebitur: semper absq; ullo interuentu mali in sola ipsius Dei fruitione beatus. Ad hunc ergo perfectum amorem toto feramur affectu: eiq; cathenatis nexibus hæreamus. Ab hoc autem amore quicunque capitur, tum maxime liber est, quum maxime captiuus. Non sit ergo nobis hæc terrena species, & corporalis pulchritudo lenocinium carnalium uoluptatum: sed exhibeat potius nobis supernæ illius pulchritudinis exemplar: ut ex eo aspectu pulchrorum, pulchritudo illa cœlestis, tanquam ex speculi repercussione relucens, ad sui amorem nos prouocet. Est enim præscriptus ordo naturæ, ut ab his, quæ sensibus patent, euehamur ad ea, quæ non nisi mentis agitatione comprehenduntur. Ideo Paulus apostolus. Inuisibilia Dei, inquit, per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur. Et maximus ecclesiæ doctor Gregorius, Cælorum, ait, regnũ ideo terrenis rebus simile esse phibetur, ut per ea, q̃ animus nouit, surgat ad incognita, quæ nõ nouit. Cuncta ergo, secundũ Apostoli sententiã, ex uisibilibus ad inuisibilia, & à corporalibus ad incorporalia, & à manifestis ad occulta, & à terrenis deniq; ad cœlestia referenda sunt. Quid q̃ eiusmodi notiones, non solũ in creaturis omnibus habeantur, sed etiam in sacris literis ubiq; pro certa spirituali intelligẽtia deprehẽdãtur? Nã tam in prophetis, quàm etiam in apertis historiis occulta quædam mysteria per formas, & imagines rerum uisibilium undique, sese nobis ostendunt, quæ

Roma. 1

diuino tantum spiritus, & non humanæ doctrinæ scientia ualent explanari. Scribit Pytagoreus Archytas eum nullo pacto debere censeri sapientem, qui à Deo ad res creatas cogitatione non transeat: atque ab his ipsis rebus ad Deum rursus eiusdem cognitionis adminiculo non ascendat. Sapientissime sane dictum: nam impossibile est profecto homini adhuc in carne uiuenti, quicquam de arcanis, atque cœlestibus contemplari, nisi per imaginem, & similitudinem, aut umbram rerum uisibilium, quas ita creauit ille summus opifex Deus, ut in his disciplinam quandam poneret rerum inuisibiliũ. Socrates ppea (ut legitime apud Platonẽ) fatebatur se ꝓpẽsissimũ omniũ esse ad amorẽ, & tñ unus omnium ab omnibus perhibetur amauisse legitime. Is enim etsi per omnem uitam palam, sine ulla prorsus dissimulatione, in castris cupidinis uisus sit militasse, nunquam tamen ab ullo notatus est, quasi minus pudice dilexerit. At qui potius quicquid formosum in multis reperiebat sparsum corporibus, paruipendendo cuiusque speciem, id totum in unam ueluti formam perfectam coagmentabat, & auocans sese à corpore, idipsum ad illam cœlestem pulchritudinem referebat. Porrò si nouerat facere id ethnicus, quanto magis christianus: qui Deum toto corde tota anima, & omnibus uiribus, ex diuinæ legis præcepto tenetur? Et id quidem merito: nam sic dilexit nos prior, ut pro nobis filium suum unigenitum daret, qui quum esset Deus fieret nobiscum homo, nobiscum pateretur, nobiscum habitaret: ut uel sic per uisibilem hominis formam disceremus amare inuisibilem Deum. Quid enim mirandum est, si natura ad amorẽ inclinamur? quũ in dilectionis ꝓcepto, Dei uidelicet, & ꝓximi, pẽdeat tota lex, & ꝓphetæ, & ipsius legis pfectio tota in dilectione cõstituatur? Quin tãta est uis amoris, ac tã late patet, ut ẽt diligere inimicos oporteat: dicẽte dño, Diligite inimicos uestros, & bene- Luc. 6

facite his, qui uos oderunt. Amare itaque & natura, & præcepto cogimur. Amemus ergo, sed legitime, sed pudice, sed honeste. Et enim ista inclinatio sic dirigẽda est, ut ordinatam habeat dilectionem, & diligat quod diligendum est, nec plus, minusve quàm diligendum est, aut æque, quod plus, minusve est diligendum. Ea ergo amoris ratio est habenda, ut uniuersos affectus, quibus praue in terrenis rebus utimur, temperemus, & in Deum totis feramur habenis. Concitationes quidem animorum, quibus trahimur ad amorem, bigæ, aut quadrigæ similes esse perhibentur, ubi aurigæ moderantis est uiã scire, non equorum trahentium, atque ad eum ipsum rectorem pertinet statuere qua sit eundum, non ad equos uectores. Quandiu enim arte moderabitur, quantumlibet concitatus feratur, non offendet: sed si moderatoris inscitia deerrauerit à recta, quantumuis placide, aut leniter eat, in abrupta corruet, uel incõfragosis uexabitur, uel certe, quominus opus fuerit, deferretur. Sic planè est cursus uitæ huius, quæ affectibus quidem semper uelut equis pernicibus trahitur: sed refert qua uia, & quo moderamine feratur. Dirigendi quidem sunt amoris affectus semper ad dilectionem Dei, & proximi propter Deum: atque omnis cura nostra adhibenda est, ut in ipso, & cum ipso, & per ipsum omnia diligamus: ita ut ne nos quidem ipsos, nisi per Deum amemus: quando & ipse quoque dilexit nos per nos, & propter nos misertus est nostri. Ecquid Deus non fecit, ut à nobis merito præ omnibus amaretur? quid non adinuenit? quid omisit? Quin uel ex hoc uno nosce quæso, quàm uehementer nos amauit: qui ob admirabilem amorẽ suũ in nos nullo nostro merito comparatum, de cœlo descendens factus est homo, inops, humilis, subditus, contemptibilis, abiectus, passibilis, & tristis denique usque ad mortem crucis. O bone Iesu, qualia, & quanta sustinuisti pro nobis? quibus nos affecisti meritis, indignos

ullis muneribus tuis? Quas culpas, quas iniurias condonasti nobis miseris, atque immerentibus? Quem nã ergo ex omnibus mortalibus conferre merito, nedum præferre tibi in amore poterimus? Num uxorem? num liberos? aut amicum? num parentes? cognatos? affinesve? aut alium quempiam necessitudine aliqua maxima nobis, siue officiorum, siue meritorum causa coniunctissimum? Tu sanè omnibus præcellis beniuolentia: omnibus præis forma, & decore, omnibus antecedis gratia, omnibus antecellis meritis, omnibus præstas charitate. Tu unus omnibus factus es omnia: tu nobis pater, tu frater, tu dominus, tu amicus, tu (quod uix ausim dicere) compar minister, tu seruator, ac deniq; redemptor, & remunerator largissimus. O ergo nimium ingratus, qui te non toto corde amat: o multo ingratior, qui amat quicquam extra te: ò ingratissimus omnium, qui amat aliquid plusquam te. Ad te nunc ergo currimus dulcissime Iesu, ut tu, qui omnia trahis, quum uelis, trahas & nos ad te. Eia bone Iesu trahe nos, ita ut obliti omnium, quæ in mundo placent, & quicquid terrenum sapit, te solum diligamus, tibi tantum seruiamus, de te, tantum meditemur. Trahe quæso pie Iesu tu, qui es omnia, & à quo omnia, & in quo omnia. Tu naturã regis, tu sideribus imperas, tu fata dirigis mutasq; tuo arbitratu: quum tu tamen maneas semper immutabilis. Tu plus sanè trahis quàm natura, plus exhibes q̃ (quod isti dicunt) fatum, plus inclinas quam sidera: plus nites, q̃ rerum omnium pulchritudines. Ecce domine ad te flẽtes clamamus, saluator mundi salua nos.

Solutio ad id quod dicitur, crescite & multiplicamini. Cap. XL.

SEd hactenus de inclinationibus ad amorem: nunc respondere aliis argumentis oportet, quæ restant & quia de multiplicatione, & repletione terre, in udo oris semper lasciuis hominibus innatat, non est per

mittendum id diutius fluctuari in incertum: sed quomodo id intelligi debeat, dilucidius explicandum. Dixit Deus. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Ecce dicunt hi in initio statim mundi præcepit Deus non castitatem, quæ inducit solitudinem: sed multiplicationem generis, & frequens sobolis incrementum. Crescere autem, & multiplicari, nisi per maris & fœmine commixtionem non poterat, quod est à castitate ualde diuersum. Callidi argumentatores, & patroni fallaces, qui dum student præuaricari controuersias, actionesque causarum etiam ipsum ius sua interpretatione subuertunt: & ad fallendum iudicium, ex incongruis exemplis, uanas & dolosas coniecturas obiiciunt. Hi quidem suo arbitratu, & pro sua sententia locum istum interpretantur, non ut re uera sonat: ut infra dicemus, & propterea falluntur. Etenim à uero sensu scripturæ argumentandi ratio tibi est eruenda, si uerũ uis esse, quod affirmas, quod esse non potest, nisi talis sensus charitati, pietatique conueniat: à qua ab errare, uel tantillum, diuinam scripturã posse, negatur. Benedixit utique Deus illis (sic enim scriptum est) atque postea dixit, crescite, & multiplicamini, & replete terram. Quod quidẽ uerbum est afferre causam, cur fœminam maremque potissimum matrimonio copulauerit, non autem interdicere castitatem. Nã quũ cõstituisset Deus hominũ multitudinem mutua inter se opera propagari: atque iccirco uirũ fœminamque recenter de limo formatos, coniugii uinculo copulasset: ut dicit scriptura, benedixit eis, & dixit. Crescite & multiplicamini. Nõ pcepit ergo Deus, ut audis, sed tãtũmodo benedixit: quod propriũ est nuptiarũ, ut bonis oĩbus auspicẽtur. Vnde scriptum est benedixit, quod si licet sonat (ut more hominũ loquar) bene præcatus est, & in primis liberorũ frequentiã, & generis multitudinẽ, pp quod eos recenter creauerat, & ita matrimonio copulauerat. Nec enim dixerat hoc, ut hominibus præciperet, aut impera-

Gene. 1 (margin, beside "Deus. Crescite")
Gene. 1 (margin, beside "& replete terram. Quod")

ret, ut sobolē coeūdi libidine ꝑpagarēt, & sic crescerēt, quū nemo sit q̄ propria uirtute, nec quū uoluerit q̄dē, possit generare: quoniā non est in alicuius hominis potestate id facere: sed summi illius opificis Dei est, & dare, & eripere liberos. Hic.n. sic cōiunxit primos illos homines, ac deinceps reliquos, nō ut singulis, sed in uniuerso illis gignēdi facultatē tribueret, q̄ alii alios ꝑpagarēt, essetq; eis neq; potestas, quū uoluerint, neq; necessitas, quū noluerint generādi: sed ex nutu Dei possibilitas pariēdi: & ꝓ arbitratu suo libera facultas cōtinēdi. Impartit sane, & aufert q̄bus uult Deus munus hoc fœcūditatis, uerū benedictionē multiplicādi, & crescēdi, quā tūc in principio præbuit, nunq̄ ab uniuerso hominū genere tollit, nec tollet, usq; ad cōsumationē sæculorū. Cōstat q̄dē hoc uerbū de multiplicādo, dictū esse in uniuersale, & propterea nō tenetur quilibet ꝓstare de populo, sed satis est, ut in cōmuni ꝓstetur. Multa enim sunt uni populo necessaria, quæ nemo p̄ se efficere solus potest, nec ēt tenetur: sed à multitudine efficiēdū est, ut aliud alius annitatur, & præstet. Erat aūt totus mūdus replendus, quū iis, q̄ se corporaliter exercerent, & res priuatas, & publicas agerent, tū iis, q̄ rebus sacris, meditationi, contemplationiq; uacarent, liberi his prorsus curis, quæ præmunt illos, qui & liberis, & uxoribus dāt operam. Æquū enim fuerat eo tēpore dominū de corporali prius multiplicatione statuere, & subinde de spirituali: quādo genus hominum ex tam exiguis initiis esset paulatim inmensum numerum multiplicandum, ut inde forent post modum ex ea multitudine, & q̄ cōtēplatiuā uitā agerēt, & q̄ aliā multo sanctiorē multitudinē, nō carne, sed spiritu ꝑpagarēt. Nā quid quæso nouo illi populo fuerat tunc potius exoptandum, q̄ multiplicatio. & humanæ sobolis incrementum: quandoquidē ob id, & homo ipse sit primo factus, & ex eo potissimum matrimonium institutum. Cui nam ergo uideri mirum debet, si ille effector mun-

di,& molitor Deus tunc à primordio in tam uasta solitudine uniuersi orbis, & in tam pusillo hominum numero, benedixerit sic nuptiis, dicens. Crescite, & multiplicamini, & replete terrã. Per necessaria quidem fuerat eiusmodi multiplicatio : ut tam latum orbis spacium rationabili simul semine repleretur, quod mox erat & animalibus brutis opplendum: ne scilicet homines paterentur terram manere incultam, & numerosa copia bestiarum, ac uastissima solitudine imaniter efferarentur. Quãobrem post diluuium quoque quum uniuersum pene hominum genus esset aquis deletum, dictum rursum fuit.
Gene.8 Noe filiis. Crescite, & multiplicamini super terrã. Quid est quod mandat crescite super terram, nisi ut sit populus, & is maximus, unde postea ueluti ex seminario quodam, & uirgines. & cœlibes secernerentur: qui incorruptis moribus uiuentes, alios edocerent recte uiuere : ut una secum postea repleant paradisum? Sylua plantanda est, ut crescat & ut sit, quod inde ad opus melius excidatur. Vinea quoque & ipsa plantatur, & crebra suffosione uberius propagatur, ut inde frequentes botri, & dulcia musta profluant, multo sanè potiora, quàm amœnitas umbræ & opacitas foliorum. Sic & in matrimoniis, ubertatis proprius fructus est continentia, in qua quidem plures saluantur, quàm in delectatione, & amœnitate nuptiarũ. Sed terra modo satis oppleta est, nihil necesse ẽ, ut fœcũda libidinis irriguitate luxuriet: & malis etiã seminibus occupetur, sterilitatis metu. At quãto magis opus est, plusq́ expedit ut ex sua tãta ubertate iã aliquot fructus pariat, qui eximãtur ad maius opus, quàm ad solã propagationem carnalem, quiq́ de carne quũ sint, uiuant tamen spiritu præter carnem.

Non esse opus nunc propagatione carnali: quicquam contra legem agere, & quòd iam nimis repletus sit mũdus hominibus. Cap. XLI.

ET si matrimoniũ(ut id tibi concedam) uideatur ob necessitatem propagationis in principio mundi habuisse præceptum: attamen multiplicato postea genere hominum, quo ad eos, qui meliora non uouerint, indulgentiam tantum habet, & remedium fornicationis, non autem præmium, neque præceptum: alioqui transgressor legis foret, quicunque caste uiueret, & mire matrimonium contemneret, quod planè constat esse uanissimum. Sed quid iam quæso opus est hac hominum multitudine? quid tu eam tanti facis? Vix nos capit orbis circuitus, de terminis quotidie litigatur, inq; fines inuicem irrumpimus alienos: ut uel super possessorio, uel de finibus, ercifcundæq; familiæ causis assidue perstrepet iudiciale tribunal. Hæc una contentio forum tenet, exercet, ditatque causidicos: committitque inter sese cognatos, affines, ciuitates, prouincias, & regna. Iam intantum quidem creuimus numerum, ut nisi immaturus occidentium decessus, sub nascentibus locum daret, nosque absorberent Maria, labores immodici consumerent, noui morbi subtraherent, crapula, ingluuiesque necarent: & plus hominum fere gladius, bellaque, quàm naturalis fatorum conditio raperent, iamdiu certe in tam lato orbe, hominibus ipsis commorandi locus non esset, minusque pascendi. At rursus ingeminant hi. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quidnam hæc multiplicatio ad nos, in quos fines seculi iam aduenerunt? quibus scriptum est: Tempus breue est, reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint. Neque sanè modo populus tam propagandus est carnali propagatione, quàm recensendus spirituali reformatione: quoniam iam instat dies domini, & omnia finientur breui. Pro uarietate quidẽ temporum uariabilis quoque esse debuit dispositio conditoris: ut de testamento ueteri factum fuisse uidemus: quum tamẽ is ipse conditor Deus ꝑpetuo stabilis

absq; ulla mutatione ꝑmaneat. Siquidem & Abrahæ li‑
cuit ancillæ habere concubitum, nec secus euenit nepoti
eius Iacob, qui dũ Racheli, & Liç uxoribus obtẽperat,
genuit eis liberos ex ancillis: Verum sicut non est dãdus
uitio eiusmodi hominũ pellicatus, ita quoq; non est in
exemplum trahendus: quando ex diuina dispensatione
contigerit. Eo quidem tẽpore, ac illis moribus, nõ libidi
nose quicq̃ ab his fiebat, q̃uis ea facerent, quæ hac tẽpe
state, nisi libidinose fieri nullo modo possint. Sunt enim
ea quæ tunc re ipsa fiebant, figurate, & ꝓphetice interpre
tãda, & nõ imitãda: utpote tũc facta, ut essent posteris ꝓ
digia, & significationes futurorum. Quamobrẽ multo
maioris meriti eos fuisse propterea apud Deũ cẽsendũ
est, q̃ illos, quibus secũdũ ueniã concedit Apostolus car
nalẽ cũ suis uxoribus cõsuetudinẽ, ne labãtur interim in
fornicationis peccatũ, propter intẽperantiã. Id enim qđ
secundum ueniam conceditur, fieri sine culpa non pote
rat, quum non propagandæ tantummodo sobolis cau‑
sa, sed exaturandæ potius libidinis gratia fieret: quod illi
ueteres patres neq; uxoribus, neq; concubinis admixti
quæsierãt. Nam sicut ualde frugi, & moderatus homo
in cibo, & potu, non nisi salutem, & substantiam corpo‑
ris quærit: ita illi sancti patriarchæ in eo concubitu, non
nisi filiorum propagationem quærebant, quæ erat ei tẽ‑
pori necessaria: quando exigua pars orbis existebat tũc
Dei populus, qui in immensum fuerat & corporaliter,
et spiritualiter, propagandus. Quippe et Athenienses
olim quum bellis, et lue exhaustam ciuitatem noua so‑
bole reparare statuissent, decreuere singulis, quibus facul
tas alendæ familiæ esset, duas uxores duci, urbanam, et
agrestem; ex quibus liberos uberius ꝓpagarẽt. Quod
tunc et Socrates ex imperio legis fecisse putandus est, q̃
alioqui nullã fuerat fortasse ducturus. At modo nobis
Ioan. 6 longe secius agendum est, quibus nulla talis propagãdi
necessitas inest, et quibus dictum est, Spiritus est, qui ui‑

uificat, caro non prodeſt, quicquam: quibuſq; datæ ſunt repromiſſiones ſpirituales, non carnales. Sed quid iam pluribus uerbis inſtamus? ſi tam bonum, et honeſtū eſt, ut iſti autumant, terram quoquo modo per opera carnis, nulla habita honeſtatis ratione, ubiq; hominum multitudine repleri, quid iam pudicitia eſt opus, quid matrimonio? quid fœdere nuptiarum? ſiquidem certior fœcuuditas, atque frequentior ſoboles poteſt ex incontinentia, quàm ex pudicitia prouenire. Nam quis pudor? quæve ratio obſtabit? ex iſtorum ſententia, quin iam Semiramidis illius reginæ impudicæ coeundi promiſcue lex rurſum inducatur, et ſimul è commentitia ciuitate Platonis, illa tanta rerum omnium ſocietas, ut et mulieres uiris, et uiri mulieribus ſint communes, et denique fœminæ maribus miſceantur gregatim, et publice, in uiis, ut greges, et armenta in paſcuis, ſicut Zeno, et Cryſippus, et Diogenes, et alii huiuſce tantæ communitatis auctores improbe philoſophati ſunt. Quem morem Agathyrſos et Scitas ac Maſſegetas legimus obſeruaſſe: quodque ſua etiamnum ætate. D. Hieronymus ſcribit, Scotorū nationē facere ſolitā, q, ut cuiq; libitū eſt, pecudū more, in quęcunq; obuia fiat inſultātes, ſine ullo pudore laſciuiūt. Videte q̄ multa infanda ſuſcipiēda ſunt uobis, ſi impetraueritis (ut uelle uidemini) genus hominū, nulla habita ratiōe pudoris, eſſe quocunq; modo multiplicandum. Procreationi ſanè filiorum opera danda eſt, quis negat? at legitime, at honeſte, at humano more, & rite in fœdere matrimonii: non autem improbe, inuerecunde, pruritu canino: et ut impudici uolunt, illegitime, & uſu promiſcuo fœminarum. Male ergo interpretantur ſcripturam mali: quando ex eorum peruerſa interpretatione tanta mox cōfuſio uitæ, & morū ſubuerſio cōſequatur: quod ſi fiat, omnem religionem, fidem, pudoremque tolli neceſſe foret. Deſināt ergo mali agere pu̇erſe, & falſæ interp̄

uisitationis nube obtegere improbos, & impudicos mores: subuertentes inique in exitium uirtutum, & patrocinium uitiorum, quæ ad salutem humani generis scriptura commemorat.

De multiplicatione spirituali in tanta hominum multitudine quærenda. Cap. XLII.

QVanto uero satius sit spiritualem deinceps propagationem in tanto numero hominum exoptare, quàm carnalem, nemo sanè mentis ignorat: quum iam longe præstet fœcunditati uirginitas, & magno interuallo castitas connubio præferatur, usque adeo ut idē qui in primordio rerum dixerat crescite, & multiplicamini, & replete terram, modo suadeat in hac ætate nouissima cœlibatum, & consulat continere, & spadonum more sese castrare, ut non iam terra carnali propagatione, sed cœlum spirituali sobole compleatur. Dedecet.n. genus hominum belluarū more numero, & mole tantum corporis crescere, & nō potius uirtutibus, & spiritu rationabiliter ampliari. Huius autem duplicis propagationis, spiritualis.s. & corporalis figura nobis oblata fuit in duobus patribus ueteris testamenti, tāquā duobus seminariis totius humani generis. Adam uidelicet, & Noe, quibus benedixit Deus eadem benedictione uerborum. ut crescerent, & multiplicarentur. Prior nanque benedictio propagationis, quæ est ab Adam, qui terrenus interpretatur, terrenam, & corporalem generationem præfigurat, quæ tandem propter carnis uitium, cui totam sese tradiderat, uniuersali est submersa diluuio. At altera, quæ ē spiritualis regeneratio, in Noe benedictione cognoscitur, qui interpretatur quiescens: & portat formam spiritualis regenerationis: cuius est proprium continue diuinæ contemplationi uacare, quod tunc præcipue præstamus, quum pacatissima & animi, & corporis

Gene.1

& corporis tranquillitate quiescimus. Non enim in car-
nalibus hominibus, quales erant diluuii tempore, habi- Gene. 6
tat Deus, Deo ipso dicente. Non permanebit spiritus
meus in homine, quia caro est. Sicut ergo illa prior gene
ratio ob suam libidinem submersa est in profundum,
ita hæc contra propter suam continētiam exaltanda est
sublimis ad cœlum. Ex duplici quoque promissione
Abrahæ uidetur idem manifestissime figurari. Abrahæ
nanq; primo dictum fuit à domino. Leua oculos tuos
in directum, & uide in loco, in quo nunc es, ad Aquilō
nem & Meridiem, & Occidentem, omnem terram, quā Gene. 13
cōspicis, tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum:
faciamque semen tuum sicut puluerem terre. Fuit rur-
sum eidem secundo cœlitus noua sponsio propagan-
di similiter generis repetita, his uerbis. Suspice cœlum, Gene. 15
& numera stellas, si potes: sic erit semē tuum. Prior itaq;
repromissio quæ fit ex pulueris comparatione, ex qua
caro nostra facta est: carnalis planè generatio demōstra-
tur: altera uero quæ stellarum numero comparatur, spi-
ritualis propagatio dici potest: quæ secundum interiorē
hominem de cœlo est: quoniā qui cœlesti uirtute præ-
ditus est, & diuinis contemplationibus uacat, is iure me
ritoque cœlestis habętur. Hoc aūt promissum in Chri-
sto credimus euenisse: qui secundum carnem, semen est
Abrahæ: in quo per adoptionē & nos quidē Abrahæ
semen efficimur, & promissionis filii, in fide, non in car-
ne renati. Christi nanq; euangelium in uniuersum orbē
diffusum, in numerā hominum multitudinem, in unius
Dei cultum, per conceptionem uerbi, & baptismi partū
regenerat: de quibus scriptū est. Qui non ex sanguini- Ioan. 1
bus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri,
sed ex Deo nati sunt. Sic & Apostolus confirmat. Nam
etsi, inquit, decem millia pedagogorū habeatis in Chri- 1. Cor. 4
sto, sed non multos patres, nam in Christo Iesu per euā-
gelium ipse uos genui. Idem rursus. Filioli mei quos

iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Et
Gal.4 de ista generatione Iacobus Apostolus genuit nos, in
quit, uerbo ueritatis. Iste ergo est conceptus, iste est par
Iac.1 tus ista sunt sancta connubia, quæ conueniunt, & apta
sunt sacerdotibus: ex quibus propagatio illa spiritualis
diffundatur, & multiplicetur ad immensum numerum
multitudinemque stellarum. Forsitan hic aliquis dicat,
quid futurum si nemo uxorem ducat: quando, sicut di
cis, tantum præstat matrimonio cœlibatus? Quid futu
rum, rogas? Ad quid quæso de eo quod futurum nũ
quam est, tanquam futurum sit, quærere? Nunquã enim
deesse poterũt q nõ malint uxores, ét quòd laudabilior
sit cœlibatus. Quod autem matrimonium bonum sit, sa
tis, superque diximus, & iccirco eo quòd matrimonium
sit, nulli omnino interdicitur, sicut nec cœlibatus, q licet
melior sit quam matrimonium non tamen cuiq̃ præci
pitur, preterquam his ipsis, quibus datum est, ut possint,
uelintq; continere: aliis uero dicitur. Habeat unusquisq;
uxorem suam: & quæ non potest continere nubat: de
quo supra satis diffuse diximus. Sed quis nam modo est
tam perditæ frontis homo, qui sibi tantnm arroget, ut
diffidat sine sua ope propagari genus hominum posse?
& uereatur propterea integrum præstare cœlibatum?
Matth.3 Nil est quòd uerearis potens est dominus (sicut legitur,
in euangelio) semen Abrahæ etiam de lapidibus susci
tare: siue ut ranas, & cicadas ex humo pluuiisque inũdan
tibus: aut quemadmodũ mures, quibus circa Ægyptias
Thebas post magnos imbres æstibus torrodis uniuer
sa arua replentur: uel ut ethnicorum fabulæ perhibent,
ex formicis, siue iactis seminibus ex terra. Nonne Deus,
(ut me tandem expediam) eadem potestate, qua crea
uit primos homines & q̃ quotidie nouas animas creat
creare posset innumeros. Seruare ergo continentiam &
ducere uitam cœlibem, non est quod propter sobolis
iacturam temere quisquam damnet: quum deesse nunc

modo possit, qui ultro subeat officium mariti, & gratis adeat onera nuptiarum, & posset Deus solo uerbo si uellet absque opera hominum, non tantum unum sed mille mundos hominibus replere. Atqui iam (ut arbitror) satis probatum est, satisque constat, nihil necesse fore ad sobolem multiplicandam sacerdotum cœlibatum solui: quando iam satis propagati sumus: sed in tanto numero hominum spiritualem propagationem deinceps quærendam esse potius: quàm carnalem.

Duo esse genera Christianorum, sacerdotum: scilicet & laicorum. Cap. XLIII.

QVod autem Deus totam hăc futuram Abrahæ generationem, alios pulueri, alios stellis assimilauerit, non est absque mysterio. Quid enim aliud id sibi uult? q̃ significare ex cuncto populo christiano, alios quidem perfectos & quasi cœlestes esse debere, qui inter cæteros instar stellarum fulgentium in his tenebris micent: de qbus legitur. Hæc est casta generatio cum claritate: alios uero minus perfectos, ac terrestres, & propterea pulueri comparatos, quippe qui, & terrena sapiant, & mundanis intendant rebus animum: de quibus Apostolus dicit. Et tribulationes carnis habebunt eiusmodi. Quocirca hi pulueri, illi stellis merito comparantur: attamen bene agitur cum utrisque: modo custodire Dei præcepta non negligant. Quo nam pacto potuisset agi melius cum uniuerso genere hominũ, q̃ quod alii sobolis gratia, quũ nequeant continere, nuptiis intendant: alii contemplationi dediti ab omni uoluptate contineant? quatenus utrosque, opere licet diuerso, ueluti in familia rite disposita, dum suum quisque officium facit par administrationis suæ gratia prosequatur. Siquidem sacerdotis proprium est uacare contẽplationi: & non, qua natura homo est, tantum uiuere. Non

Sap.4

1.Cor.7

enim oportet hunc curare humana, etiam si sit homo, nec mortalia, etiam si sit mortalis: sed potius, quantum fieri potest, & mente, & animo annixum, sursum ad supernam immortalitatem ascendere: & secundú id, quod est in homine optimum, Deo uiuere: & spiritu facta car
Roma. 8 nis mortificare, dicente nobis Apostolo. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Id enim habet homo cō mune cum angelis: illud etiam cum brutis animantibus: quocirca huic muneri aptus esse non potest, quicunque male afficitur curis, & solicitudinibus coniugiorum: atq; assidue amore, metuque liberorum torquetur. Eiusmodi enim homines qui his perturbationibus affliguntur, uitam uiuunt erumnosam, & terrenam: propterea decet hos administrare. R emp. liberos educare, familiam gubernare, rebus domesticis prouidere, cōmercia exercere, aduocationes præstare, callere medēdi artes, agros colere, belli pacisq; expeditiones obire, & reliq̃ negocia curare: ut laicis hominibus conuenit. At homini contēplanti, & sacris officiis dedito, longe diuersa uitæ ratio debet esse: quum nihil horum ei sit opus curare, plus æquo, quod impediat, ac deturbet animum à contemplatione diuina: cui ex officio uel in primis sacerdoti ipsi quanta ualet attentione, uacandum est. Q uamobrem certum est illud totum, quod de multiplicatione legimus, allegorice de his ipsis interpretandum esse, & non de propagatione carnali. Q uod et Origenes sic & ipse elegantissime est interpretatus. Interior, inquit, homo noster ex spiritu, & anima constat, masculus quidem spiritus dicitur, fœmina uero anima. Hæc autem duo si cō cordiam inter se habeant, crescunt, & multiplicantur, generantq; legitime filios, qui sunt sensus mortificati, & intellectus bonus & cogitationes utiles, quibus terra repletur. Hæc ē enim firma copulatio, & effusa multiplicatio hominis spiritualis, ut aīa iūcta spiritui, & ei quasi cōiugio copulata fugiat carnalia desyderia, & corporeas uo

luptates: monitisque salutaribus, & afflatibus diuinis (ut bona uxor) fideliter & in cunctanter obtemperet: alioq auersa impudenter ab eo, audiet illud de se propheticū dici. Frons mulieris meretricis facta est tibi, & sine pudore effecta es ad omnes. Est & alia desponsatio spiritualis hominis, qua desponsatur anima Christo, Apostolo dicente. Volo autem omnes uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. In hoc sancto connubio concipit anima de Christo, & nascitur generosa progenies, quæ est iustitia, timor Dei, pudicitia, mansuetudo, dilectio, charitas, sapientia, fortitudo, temperantia, & innumerabilis cæterarum uirtutum proles, de qua propheta. Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Hæ sunt ueræ nuptiæ, hæc uera progenies sacerdotis, & hominis spiritualis, sine incomodis, sine solicitudine, sine corruptione. Verum quia & ipse spiritualis homo, quatenus corpus est, indiget etiam externis bonis, ut tranquille uiuere possit, expedit ei, ut suppetent sibi alimenta, & cæterarum rerum usus conueniens, & moderatus quo libere, absque cura possit sacrosanctis mysteriis, & diuinæ contemplationi tota mente uacare. Nulli autem uideri mirum debet, genus hominum uniuersum ita partiri: quando etiam membrorum corporis, & ipsorum quoque sensuum officia dispartita sint. Non enim sensus quilibet alterius sibi sensus officium uendicat, neq quoduis membrum arrogat sibi membri alterius operam: sed suum est cuique corporis membro officium, & pro diuersitate operum diuersum exercitium, pro ut rite cuique sua ipsius natura dispertit. Vnde Paulus apostolus. Si totum, inquit, corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? Omnes ergo unum corpus sumus, & diuersa membra, sed omnia uni corpori ita necessario sibi inuicem cohærentia, ut alterum sine altero commode se habere non possit. Hoc idem quoque ex admirabili Dei misericordia accidit &, uniuerso corpori

Margin notes: Hier, 3 — 2. Cor 11 — Psal. 127 — 1. Cor. 12

ecclesiæ:quod sanè multis gratiarum donis,quasi compagibus,ad gloriam Dei rite compositum, atque firmiter compactum est. Vsque adeo ut bene sit cuique secũdum domini præcepta uiuenti, siue is matrimonii fœdere,siue castitatis professione censeatur. De hoc autem corpore idem Apostolus. Omnes,inquit, nos in unum corpus baptizati sumus. Nonne uidemus, & in exercitu perpulchrum esse,& ad consequendam uictoriã oppido necessarium, ut milites unanimiter diuersa inter se militiæ munera obeant: & quum fortes, & strenui omnes esse non possint non ne eliguntur & imbecilliores una cum robustis,ut acies ipsa non tantum uiribus, sed & numero quoq; formidabilis hostibus fiat: attamen omnes & gradum, & ordinem,pro sua quisq; uirtute, & anima sortiuntur. Desinamus ergo mirari uel etiã calũniari,qđ diuino scimus cõsilio factũ esse,ut ex omni numero hominũ,partim deo deputẽtur,ut rebus diuinis inseruiãt:partĩ mũdo,ut filios educẽt & quotidianũ uictũ, ac res priuatas,publicasq; ꝓcurẽt. Quid ꝙ eandẽ partitionem ẽt de terræ frugibus fieri uidemus: primitiæ siquidem,ac decumæ superis immolantur, atq; in usum sacrorũ templis,& sacerdotibus offerũtur: reliquus uero ꝓuentus,& dominorũ,& agricolarũ usui ꝓseruatur. Ita profecto humanæ res se habẽt,ut cũcta opera,ac ministeria hominũ quibusdam ueluti uinculis sint cõnexa: ut alia aliis egeant,& res altera opẽ sibi poscat alterius. Quod si secus fiat,collabi ac interire omnia necesse est. Facere mihi uidetur ad hanc partitionem illud Pythagoræ Samii scitum,præclarumq; cõmentum de multiplici uiuendi genere ac diuersa uia hominũ. Dicebat.n. simile sibi uideri uitam hominis mercato, q in Olympia maximo ludorũ,& rerũ omniũ apparatu celeberrimus habebatur. Nã illic alii corporibus exercitatis gloriã, & uictoriæ coronam expetunt: alii uel uendendo, uel emendo, uel etiam rapiendo, quæstus, & lucra se

Ibidem

ftantur: alii uero, qui magis ingenui sunt, & nobiles, nec plausum, nec lucrum curant: sed solo discendi, & uisendi studio intersunt: ut & quid agatur uideant, & addiscant: & iucundissima earum rerum, contemplatione liberi, & sine cura fruantur. Haud multo ferè secius nobis uidetur euenire, qui in hunc mundum, ceu in quandam celebritatem mercatus uenimus, alii enim gloriæ student, & auræ populari: alii pecuniæ & lucris inhiant, alii procreandis liberis licite ex suis uxoribus: alii turpiter ex alienis, siue ex concubinis operam impēdunt: alii deniq̧, q multo rariores sunt, & neglectis omnibus, uni Deo uacātes, cōtēplationi diuinæ, sacrisq̧ rebus, & animarū saluti deseruiūt: & hunc qdē interpretamur præcipue ordinē clericorū & sacerdotū: quorū interest uacare diuinis, & inhærere cōtēplationi, & parū nihilve curare, q̄ hic in hac frequentia homines anxie, curioseq́; faciant.

Quid sit maledictum sterilitatis. Cap. XLIIII.

QVōd uero in sacris literis damnentur qui non reliquerit semen in Israel, nihil propterea uerendū est nobis, q liberis, atq̧ uxore caremus: nam in eisdem literis etiam scriptum est. Maledictus qui pependit in ligno: attamen Deus noster Christus de salutari ligno crucis pendens sustulit omnem maledictionē: quæ ab illo ligno uetito iam à principio germinauerat. Vnde Paulus apostolus. Christus, inqt, nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Sed sciēdū est eiusmodi maledictiones nō esse, q̄ faciāt hominē execrabilē, & superis inimicū, sed quæ tunc uulgo homines reddebant infames & inuisos, ita ut istud maledictū hic opprobria interpretanda sint, nō crimina. Steriles nanq̧, & affixi crucibus, ideo olim apud maiores maximo probrio fuerant: & tunc sicut nec crucis, ita nec uirginitatis mysteria noscerētur. At nobis longe diuersa ratio est: qā

Gal. 3

Gal. 2

hæc eadem, quæ apud eos dedecori, et opprobrio fuerant, modo apud nos honori sint, & saluti. Suo nanque testimonio, et exemplo docuit nos Christus Iesus, & relinquere uxores propter se, & crucem ferre post se, si uere ipsius effici discipuli cupimus. Sed iam (ut puto) satis probatum esse censemus, (quicquid impudici quidā garriant) professionem cœlibatus nullo pacto iniuriæ, aut maledicto patere: quando sicut per matrimonium carnaliter, ita per cœlibatum spiritualiter in adoptionem Abrahæ, & filiorum Dei multiplicamur. Sed de hoc satis iam ad reliqua pergamus.

Non purgari, aut leuari peccata, propterea quod multi sint, qui peccent. Cap. XLIIII.

NVnc uero illis est respondendum, qui animati numerosa societate peccantium, pertinaciter in iniquo suo proposito perseuerant: & quum tueri alia ratione se nesciant, malorum sese cōsortio defendunt, & turpitudinem flagitii, exemplorum frequentia, & consuetudinis licentia deprecant, inique recti loco ducentes, quicquid uulgo committitur. Sed compello te modo, quisquis te sic insipienter, friuoleque defendis. Quidnam quæso ad rem, si multi peccent? num tu si quid contra legem à multis agatur, impune feres, si cū aliis pecces? Quinimmo eo magis tibi uerendum est, quasi in te tandem statui debeat animaduersionis exemplum ut sumpti iā de te supplicii metu alius deterritus peccare formidet. Quis nam te in eā turbam improborum magis quam bonorum coniecit? cur cum bonis non mauis esse, etiam si pauciores sint, quàm cum malis? Responde precor: quando hic inter nos uerbis tantum contenditur, non pugnis. Taces, satis laudas. Scio, tua te ducit ad malum concupiscentia, teque ad hos trahit morum similitudo, quæ est tibi in malo cū eis. Quid

est quod ex multorum consuetudine uitium tuum excuses? quum & uitia fatearis esse, que sequaris, & à nobis nil nisi bonum, & salutare quærendum sit? Quod autem multi sint mali, id probe mihi tecum conuenit. Extat sapientis uiri Biantis dictum satis uulgatum. Plures malos. Id sanè nulli mirum uideri debet: quoniam recte facere rarum, & perpaucorum hominũ est. Quid quòd ex illis quoque antiquis Romanis, qui tantis ubique laudibus efferuntur, adeo rari semper probi fuerint, ut non ridicule magis: quàm serio dixerit scurra quidã, uno posse à nullo bonos omnes includi? Sed obsecro te, quæ nam uirtus esset pudicitia, quæ maxima habetur, nisi ei laudem raritas daret? Rara profecto uirtus, rarũ qcqd pclarũ est: ac unũ quodq; tãto inuẽto rarius, quànto dignius aut difficilius est: factu sola uitia uulgaria sunt, & obuia ubiq;, & in promptu omnibus. Etenim omnes natura ad deteriora faciles sumus, & eo magis, quòd in his, neque dux unquam deest cuiquam, neque comes. Non enim uoluit natura ipsa quicquam magnũ effici facile, uel à pluribus: sed in arduo posuit quicquid honestum est: atq; admiscuit præstantissimo cuiq; operi difficultatem, ut merito illud Solonis uerbum celebretur. Difficilia honesta omnia. Vnde & Firmianus noster Lactantius, Bonorum, inquit, natura in arduo posita est, malorum in præcipiti. Nunquam sanè tam bene agitur cum rebus humanis, ut honestiora plures sectentur: uel placeant optima pluribus: quum solent id uitæ genus in primis uulgo probari, quod facile, quod usitatissimum sit: & nihil habeatur magis populare, quàm nomen uoluptatis. Contra autem uidemus ad uirtutem continentiæ paucos aspirare, paucos anniti, quia uirtutũ palma teres est, & ardua, & raros habet ascensores. Cæterum quanto rariores sunt, qui ad hanc metam percurrunt, tanto illi maiori admiratione, & præstãtioribns præmiis digni sunt, ex malorum nanq; comparatione, bono

rũ decus clarius elucescit. Quid est enim ꝙ quidã tantopere de castitatis uirtute laudanẽ: nisi ꝙ multi de impudicitiæ uitio cõdẽnantur? Splẽdor qdẽ diurnę lucis tũc maxime dignoscitur, quũ obscuritas noctis supuenerit: propterea de Noe scriptũ est: ꝙ esset iustus, & pfectus in generatione sua. In quo uerbo (ut interpretatur Origenes) ostẽditur nõ fuisse Noe ex integro pfectũ, sed in generatione illa sua puersa ex cõparatione cæterorũ iustũ, atq; pfectũ fuisse. Idẽ quoq; de Loth intelligendum esse dicit: ꝙ quãto in dies Sodomitæ deteriores fierẽt, tãto ille iustior apparebat. Eminẽt quidẽ quæ rara sunt, & ad comparationem sui contrarii illustriora, atq; admirabiliora redduntur. Non enim est admirationi procera arbor, etsi uertice minetur cœlum tangere, quum tota ferme sylua eadem proceritate succreuerit, sed quæ sola eo loco ꝓcera sit, aut admodum rara præ cunctis emineat. Quid ergo mirum si in tam peruersis, ac improbis moribus huius nostræ tempestatis, probi, & casti uiri, ueluti fulgentia sydera inter tenebras noctis, præclarissima uirtutis suæ luce refulgeant? Quis inter tot sordes hominum castitatis munditiem non commendet? non admiretur? non colat? quum etiam apud improbos honor semper sit habitus probis, & honestis moribus. Nunquam enim in tantum conualescet nequitia: nunquam sic contra uirtutes coniurabitur, ut castitatis nomen non sit uenerabile, & sanctum, etiam improbis. Quamobrem totis uiribus & neruis (ut aiunt) opera danda est, ut sequamur bonos, & raros, educentes nos prorsus è turba, & præstantes aliquid de nobis eximium, quo secernamur à uulgo, & inter cœli ciues mereamur ascribi. Ideo in Exodo legitur. Non
Exo.23 sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut à uero deuies.
Phil.2 Item & Apostolus, Omnia, inquit facite, sine murmutione, & hæsitatione, ut sitis irreprehensibiles, & sim

plices, ſicut filii Dei, immaculati in medio natio-nis prauæ, & peruerſæ, inter quos luceatis, ut lumi-naria in mundo.

Fuiſſe ſemper & bonos, & malos: neceſſe tam raros probos, ut quidam arbitrantur. Cap. XLV.

VErum enim uero quanquam bonos, & caſtos raros eſſe non negem, non tamen propterea tá raros eſſe conceſſerim, quàm plerique forſan ſibi falſo perſuadent eſſe. Nam difficile quidem eſt confirmare id de plurimis, at mihi certum eſt, quid de multis reſpondeam quos ſcio continentisſime uiuere. Verum fit, neſcio quo modo, ut optima quæque quaſi occulta ſint: mala uero, ac fœda factu, ita late pateant, ut pluſquam opus ſit, ab omnibus agnoſcantur. Nec mirum nam auri uenæ penitus abditę ſunt, & gemmæ, & præciosisſima quæque terrarum latebris altisſime re-conduntur: ſed uitrum, æs ferrum, & id genus uilia, pasſim, & ubique nobis obuia fiunt. Idem fermè acci-dit in moribus hominum: quando nemo ferè eſt, qui non acutius ſemper uitia, quàm quæ recta ſint uideat. Et propterea ſæpe accidit, ut lateat probitas, tanquam ſterili compreſſa ſolo, & uitium ueluti ſemen ube-ri ſatum gleba, ubique propagetur, & (ut de ma-lis herbis dicitur) altius ſurgat, & magis magiſque conſpicuum reddi ſoleat. Conſueuerunt omnes ferè natura quicquid rectum eſt, & laudabile, quaſi in-uidioſum quidpiam continentibus oculis pertranſire, mala uero, ac turpia perſpicatiores Lynceo lon-gè, lateq́, proſpicere, ac proſpecta ubique palamq́; proferre. Iniquum eſt ſanè in quolibet ordine bonos maloſq́; indiſcrete confundere, atq; improbis cõuictis

in eodē iudicio bonis quoq; odiū, inuidiāq; conflare. Siquidem hac ratione uel angelorū constantiæ detrahi posset, nedum hominum fragilitati, si malorum angelorum, qui ceciderant, superbiam uelis ad accusandam bonorum perfectionem, in testimonium angelicæ prauitatis adducere. Porrò boni & casti multi sunt, & agnoscūtur etiam à multis, rectè, & sine uitio intuentibus: quod nisi mihi compertum, exploratumque fuisset, puderet asserere. Perspecta est sanè ubiq; locorū complurium sacerdotum continentia: ita ut id nisi ab impudentissimo nebulone negari non posit. Nam etsi aliqui in ecclesia Dei reperiantur improbi, & profani, nihilo minus tamē redolet adhuc in ea pura, & sincera castitas multorum, q tenorem priscæ continentiæ seruant: atque gratia eius, qui pro se crucifixus est, ab omnibus illicitis uoluptatibus sese abstinent. Quod autem nunc multi reperiantur improbi, & impudici mirabile nō est, neque monstrum, ostentum ve aliquod nouū: quum semper ab initio mūdi fuerint per mixta uirtutibus uitia: ut nullus unquam ordo hominum fuerit tam sanctus, in quo improbus q[illegible] piam non sit inuentus. Nulla unquam profectò erit hic
Matt3. tam munda seges, qua cum non sit innatum simul & lolium, quousque ueniat (ut scriptum est) qui habeat uenti labrum in manu sua, & purget aream, & congreget triticum in horreum, & quisquilias, & lolium igni comburat. Nihil ergo diffidendum est inter lasciuos, & improbos sacerdotes, & clericos, ac cuiusque generis tam religiosos, quàm laicos, inesse commixtos castos & probos complures, nam & inter tribulos, & lapas emicant rosæ, uernant uiolæ, & lilia consurgunt. Vidit & Ieremias propheta in uisione sibi à Deo demonstrata, ficus bonas, & malas: Bonas quidem bonas ualde: Malas autem malas ualde. Similiter de sacerdotibus dicendum. Si boni, boni ualde: si mali, mali ualde. Natura aūt comparatū est, ut bona malaq; cōmiscantur: & non nisi inter

uentu malorum bona, ex deteriorum cōparatione no-
scantur. Quinimmo neque Deus (ut asserit. D. Augsti- Iere.24
nus) ullum hominem crearet: quem malum esse futurū
sciret, nisi pariter nosceret, quibus eum bonorum usibus
accommodaret: atque ita ordinem sæculorum, tāquam
pulcherrimum carmen, ex quibusdam quasi ἀντιθέτοις
id est oppositis, honestaret. Nam sicut in dicendo, con-
traria inter se cōposita, cōciniorē orationē sæpe reddūt,
ita quoq; nō uerborū, sed rerū diuersarū cōcinitate, mū-
di pulchritudo, admirabili dispositione cognoscitur.
Chrysippus philosophus, ut scribit Gelius, asserebat ni-
hil esse prorsus imperitius his, qui opinantur bona esse
potuisse, si non essent itidem & mala &: quū bona malis
contraria sint, & utraque inter sese opposita, quasi mu-
tuo suffulta nixu consistant: quando contrarium sine al-
tero suo contrario esse omnino non posfit. Quonam
pacto quæso iustitiæ sensus esse posset, nisi esset iniqui-
tas? quove modo fortitudinis uirtus rite percipere-
tur, nisi ignauiæ uitium ei foret aduersum? & qua si-
militer ratione continentia discerneretur, nisi eaipsa uir-
tus per contrarium suum, quæ est intemperantia nosce-
retur? Proinde, homines stulti cur hoc etiam non re-
quirunt, ut ueritas sit, & non sit mendacium? Hæc Chry
sippus per quam sapienter. Semper itaque & ubiq; fue-
re boni, & mali, casti, & impudici, alterum nanque pen-
det ex altero, ut si sustuleris alterius nomen, utriusque si-
mul auferas necesse sit. Quis nostrum ausit optare om-
nes sacerdotes integros, & innocentes? quum lex, ut
ait Apostolus, constituerit sacerdotes eligi ex homini-
bus infirmitatem habentibus, ut possint, sicut pro sua, ita
etiam pro populi infirmitate offerre sacrificium. Non
sunt ergo sacerdotes, qui omnino peccare non possunt:
sed qui peccare omnino non debeant. Non tam ergo
mirandum si quis eorum peccet: quàm letādum si quis
castus, & iustus inueniatur. Nec ille quoq; omnino cō-

temnendus est, qui ubi forte ceciderit, statim surgit, & agit pœnitētiā: atq; ex eo, φ ceciderit, quodq; ipse peccator fuerit, suæ ipsemet conscius infirmitatis, discit pauidus cauere sibi: & alterius misereri: & alienis infirmitatibus parcere. Est uidere in uniuerso genere hominū ita contingere, sicut in qualibet magna, ac instructa domo, ubi nō solū sunt uasa aurea, & argentea, ut ait Apostolus, sed & lignea, & fictilia, quædam q; in honorem, quædam etiam in contumeliam. In principio statim mū
2. Timo.2 di inter filios primos Adæ unus extitit fratricida: inter filios Noe, unus impie peccauit in parentem, & accepit maledictionem: inter duodecim Christi Iesu discipulos, fuit proditor Iudas: inter septē primos diaconos recessit à fide Nicolaus. Adde figurā de ueteri instrumēto, φ in castris Gedeonis duo millia & amplius armatorū fuerant, & nisi trecenti electi sunt, q bibentes non flexo po-
Iud.6 plite, sed manu ad os aquā è fluuio stantes proiicerēt. Et hi tñ, uel tā pauci sic electi, de cētū & uigintimillibus Madianitarū, & Amalechitarū cæsis gloriosissimā uictoriā reportarūt. Sed quid attinet admirari inter mortales improbos reperiri cōplures: quādo & Deus, ut legitur, in angelis suis repererit prauitatē? & illa syncera, & cœlestis natura p superbiā suā ab illa naturali, & propria bonitate defecerit? si modo & detrahe tātopere religioni, & sacerdotio: si qs ex eo ordine sordidus sit, & minus honeste sese habeat: quādoqdem ex omni genere hominū semp malos esse necesse ē sicut & bonos. Sed utri modo plures, boni malive sint: nec attinet hoc loco discutere, nec meæ partes sunt iudicare. Cauendum tamen est, ne quis eo errore ducatur, ut sibi licere existimet, quod multi, uel ex his, q honoratissimi habeātur, improbe fecerint, sic forte intra se dicens. Id qđ facere præcipimur, nemo ferè pſtat, aliter uiuitur, exoleuit probitas antiquorum: alius est proceribus mos, aliud nunc prælati nostri agere cōsueuerūt. Ne quæso ppterea quicquam statim

rectum putes,uel quod multi,uel qđ quidam ē̄t ex pro ceribus facere non erubescant.At tu si sapis, nec falli uelis,id tantū existimato rectū, quod moribus,quod legibus consentaneum est:quod ecclesiæ placitis constat:& quod obseruatū est à maioribus,quorum uita & in magnis,& in honestis rebus semp perspecta fuit,& iudicata,& habita innocētissima. Nihil te moueāt clara nomina,quū isti ipsi re ipsa sordeant,sintq; uilissima omniū uitiorū mancipia. Verū sup omnia caueas,nec unq̄ tibi id stulte psuadeas,nemině esse pudicū,& mundū ab his sordibus ut nup dicebā:sed si tā pusilli animi sis, ut sperare, ac psuadere ipse tibi nō possis id esse in pluribus:saltem id paucis cōcedito : teq; existimato debere esse unū ex paucis,atq; ex electis Dei:quoniam ut ipsa ueritas dicit, Multi sunt uocati,& pauci electi. Quod aūt rari sint boni,nō est hæc nostri tātū æui quærela:nā iuxta illud Antiquū,& uetus est,alienū Posthumie lectū Cōcutere : atq; sacri geniū cōtěnere fulcri. Hoc antea questi sunt nostri maiores,hoc nos querimur,hoc posteri querentur:euertos scilicet in peius mores,regnare neq̄tiā, res humanas in omne nefas labi.Sed q̄d mirū ? quū in omnibus sæculis,ut inq̄t Cicero,pauciores uiri semp reptі sunt, qui suas cupiditates,q̄ qui hostiū copias uicerint.Sic se profecto res habet,semp fuerūt & boni,& mali : nā & arca Noe,quæ ecclesiæ simulachrū gessit,ex cunctis animalibus mūda simul,atq; immūda seruarat.Sagena quoq; illa euāgelica,ex omni genere piscium, bonorū uidelicet malorumq; referta,ad littus trahitur,at boni dūtaxat eliguntur,mali aūt foras mittūtur.Sic & loliū cōcrescere p mittitur cū tritico usq; ad messem,ut tūc demū illud in ignē,hoc aūt in horreū recōdatur.Decē ṗterea uirgines non omnes ingrediuntur cum sponso ad nuptias, sed quinque tantum : quæ & uirgines & prudentiores reliquis fuerant. Quod nihil sibi planè uult aliud, quam innuere mundum uniuersum oppletum esse & bonis, Matth.20

& malis, sed in fine tandem admittendos esse tantum
Matth. 25 bonos ad uitam eternam, malos uero in ima tartara
reiicie ndos, ad supplicium sempiternum.

Multo satius fore nos saluos esse cum paucis, quàm cum multis damnari, atque bonos sequi, quàm multos. Cap. XLVI.

Exoptare quidem unusquisque debet se saluum esse, ac beatum fieri cum omnibus: si id non datur, cum pluribus, si ne id quidem, saltem cum paucis. Satis enim & abunde fœliciter eueniet ei, qui saluus fiet, etiam si solus ipse saluus fiat. Alioqui maluisset Loth ille iustus cum ciuibus suis una commorando perire, quam ab eis fugiens, uel solus à Sodomorum incẽdio liberari. Etenim quicunque proficere cupit in uia Dei non est ei quod plerique multi factitant intuendum, sed quod boni, & iusti faciunt, neque rursum quod pluribus placet, sed quod melioribus, quodque per se sit bonum, idemque bonorum iudicio laudatissime comprobatũ & cõstantissime ab his ipsis bonis seruatum. Optimum quidem est bonorum exemplis in melius instituere uitã suam: atque non tam quod multi egerint, quàm quod optime actum sit, sibi ad imitandum proponere: in his præsertim, quæ seniorum consiliis, & sanctorum decretis, atque conciliorum placitis immota per tot sæcula constiterunt: quorum auctoritati non credere, & quod etiam peius est, contradicere, nefarium certe est, atque summe impium. Verum quia fieri nequit, ut quod optimum est laudetur uulgo ab omnibus, uincat apud nos, atque sit potior sententia, quæ est magis pia, & quæ magis bonis placet, etiam si pauciorum calculis comprobetur. Pulcherrimum haberi solet uictoriæ genus: quádo multitudo paucioribus, utpote melioribus, cedit. Sit ergo nobis potissimum ad imitandum, non quod uulgo, sed

go,sed id tātum quod à bonis probatur:ne temere uel luti grex balandum pecudum demisso capite præeūtiū uestigia, quocunq; uanus cuiusuis ducis sibilus deduxerit,prosequamur.Pythagoræ illius antiquissimi philosophi symbolum legimus.Ne per uiam publicam ambules.Quod.D.Hieronymo interpte sonat.Ne uulgi sequaris errores.Viam,inquit Comicus,q nescit ad mare,amnem quærat comitem sibi.Viarum siquidem ambages uiatorem fallere plærunq; solent,sed fluuius,& si longis,& obliquis finibus deducat, certo tamen itinere defluit ad mare quo omnia flumina necessario deferuntur.Qui ergo recte uiuendi rationem cupit edoceri,nō quærat nugas,& insomnia uulgi,& argumēta inania eorum,quos ignorat:sed eos sibi proponat imitādos,quorum uita laudatur:& quorum iter certo scitur tēdere ad cœlum. Non est enim nobis qua eatur tantummodo, sed etiam quam tuto,quove perueniatur diligenter aspiciendum:ut non stulte,& temere secundum uulgus,sed innocenter iuxta leges,& honeste moderateque pro ratione uiuamus.

Apud inferos pœnam esse non leuamen habere socios in ærumnis. Cap. XLVII.

VErum ne quis forte sibi blādiatur:palpetq; sese, q sicut cum multis peccat ita etiam sit puniendus cum multis,quasi aliquod afferre miseris solatium possit societas in tormentis, audiat quæso quid de hac ipsa re.D.Augustinus nobis per pulchram similitudinem paucis uerbis expresserit. Non minus inquit est arsurus, qui cum multis, q̄ qui solus ardebit immo multo acrius: quandoquidem magis inualescere ignis soleat, quo magis in eum fuerint ligna, atque sarmenta coniecta. Iccirco diues ille euangelicus Abraham poscebat, ut Lazarus ad fratres suos ab infe- Luc.16

ris mitteretur, q illos edoceret, ne & ipsi uenirent aliquando ad ea loca tormentorum, perpetuis secum flammis arsuri. Quid ita? nisi q̀ ille satis exploratum haberet, accessu eorum, se non leuandum esse pœna, quam sustinebat, magis magisque affligendum. Vide obsecro quid commodi assequatur quicunque existimat se plurimorũ flagitiis excusari: quum ex eo atrociores ibidem apud inferos sit pœnas daturus. Longe ergo satius fuerit flagitiosam perditorum hominum consuetudinem aspernari, atque procul fugere, quàm imitari, seq; malle saluari cum paucis, quàm cum multis damnari.

Quæ exempla continentiæ nobis præponenda sint. Cap. XLVIII.

ET ne ignores interim, qui tibi præcipue in hoc genere uitæ sint imitandi, aliquot uirorum sanctorũ exempla proponam, à quibus rerum omniũ, quæ optime integritati uitæ conueniunt, recte argumenta sumantur. Nam quemadmodum pictoribus, à quibus imago ab altera imagine effingenda est, cõuenit sæpius ad exemplar respicere, ut ueram similitudinem reddãt, ita sanè & studioso castitatis, ad uitas sanctorum tanquã ad simulachra quædam spirantia, frequenter, & assidue respiciendum est: ut ad eorum similitudinem non faciẽ, sed mores formet, & in omni uirtutum genere, & præsertim in obseruáda continentia, reddat sese omnibus numeris absolutum. In eorum autem numero, quos imitemur, ut taceam reliquos, qui sunt pene innumerabiles, erit in ueteri testamento Loth: qui pudicus inter nefarios Sodomæ ciues solus inuentus est, quicquid postmodum per ebrietatem imprudens filiarum fraude, commiserit. Habemus & Samuelem, qui unus inter sceleratos Heli filios sanctus, ac innocens à flagitio fornicationis semper abstinuit. Habe-

mus Ioseph, qui educatus inter Ægyptiorum lasci
uias: & ab hera primo blanditiis, atque pollicitationi
bus ad libidinem inuitatus, moxq; minis, ac ui etiam
tentatus, fugiens pallium, quum nequiret aliter euadere,
in illius manibus reliquit: quod afferendæ calumniæ cō
tra immeritum iuuenem, esset postea iniquæ fœmine ini
quū patrociniū allaturū. Satius quidem duxit pudicissi
mus adolescens se damnari innocētē, q̄ impudicū extol
li: maluitq; subire falsi criminis suspicionem sub iniqua
accusatione, q̄ sub simulatione integritatis, nefariū occul
tare adulterium. Cōnumerandus cum filio suo Ioseph
est summus ille pater Iacob, qui pro Rachele spōsa ser
uiuit quatuordecim annos, & quum illam tam uehemē
ter arderet, atq; una secum eodē tecto uersaretur, nunq̄
tamen tetigit eā, quousq; à parentibus in suos amplexus
post tot annorū seruitiū traderetur. Addas Iosue, addas
Heliam, q licet illis temporibus fuere, quādo esse absq;
matrimonio uix liceret, tamen ꝑpetuo uirgines ꝑmanse
runt. Sed ut ad nostros christianos transeamus, quē nō
moueat Aniceti martyris cōstantia? qui quū esset toto
corpore arctissime colligatus, & à petulantissima mere
trice, uerbis, osculis, amplexibus, & omnifariā illecebris,
solicitaretur ad coitum, uinctus, ut erat, & resupinus ex
cogitauit pudicus iuuenis, quomodo eam à se pestem
repelleret: nam quum aliter ab illata ui tueri sese non
posset, præcisam mordicus linguam in faciem infestan
tis puellæ (uisu horribile) conspuit. Exhorruit respersa
cruore fœmina, & perterrita, ac pudefacta recessit, & sic
ea tanta uis ardoris, quæ pene insuperabilis uideretur,
unico remedio, quo ipse uti tātū poterat dolore scilicet,
& horrore repulsa ē. Christophorus & ipse martyr Chri
sti æque uictus eādē ferme uim à duobus meretricibus
passus est, atq eā fœlicius nullo uulnere, sed pia tātū ꝑca
tione summouit: nō minoris flagitii fore ratus, si earum
libidini cōsensisset, q̄ si Christū negasset, ꝓ quo mori pa

ratus erat. Quid Crisantum? Quid Thomam Aquinatem? Quid reliquos & ueteris, & noui testamenti integerrimos quosque referam, qui in ipsis penè sordibus, purissimi sine ulla prorsus sorde uixere? quique pudicitiam ipsa uita habuerunt potiorem? Macharium hic transire nō possum: q inter Christi eremitas præcipuus habetur: is ob amorē castitatis post celebratū nuptiale conuiuiū, quum uesperi thalamum esset ingressurus, domo egressus, relicta spōsa, pariterq; & patria, & parētibus, transmarina petiit deserta, & coniugii solatia postposuit heremi solitudini. Beatus itidem Alexius uocatus eadem gratia de medio nuptiarum, sponsam aspernatus, ut erat incorruptus, & mundus, secutus est Christum. Pertranseo innumerabiles pene alios, quos recēsere longum esset, ac pene infinitum. Hi ergo nobis sunt imitandi, nō ignaui, & lasciui homines huius improbæ tempestatis. Fallitur uehementer sanè quisquis turpiter per exempla multitudinis tueri sese malit, q̄ bonos diligēter attēdere, atque laudabiliter imitari. Neque eni desunt nobis quorū possimus exēpla seq, et casti, & honesti homines. Clamat nobis pius. Imitatores mei estote. Clangit euangelii tuba
1.Cor.11 Paulus, & ad sui imitationem nos prouocat, dicens. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et rursum. Volo uos oēs esse sicut meipsum, uirginē scilicet, ut Anselmus interp̄tatur, qui ait. Absit ut suspicemur Paulum habuisse coniugem, sic enim à pueritia feruebat spiritu, ut nullam huius rei curam haberet, & adolescentulus à gratia Dei esset anticipatus: ideo uult omnes homines esse uirgines sicut & ipse. Hæc ille. Arduum ergo tibi uidetur imitari Christum, imitare Paulum, imitare sanctos, & si imbecillior es, q̄ ut Apostolos, aut sanctos imitari ualeas, imitare saltē bonos, moratos, religiosos, pudicos. Stultum est enim non optima quæque sibi ad imitandum proponere. Non sunt quidem attendenda uitia uulgi, sed uitanda: eorum præsertim, qui sub nomine religio-

nis gentilem,& Epicuream uitam degunt, magis quam Christianam:aliud uita,aliud professione testantes:& q, ut ait Apostolus,ore confitentur se nôsse Deum, factis autem negant. Vani profecto est hominis malle se placere pluribus,quàm melioribus, & ut multos æmuletur, peiores sequi. Nō enim ut in iudiciis, ita & in moribus, plurium calculus uincit:nā ibi maior pars præualet, hic melior. At qui nec sæculum istud quidem nūc est adeo sterile uirtutum,ut non & multa,& bona,& sancta exempla prodeant:quæ imitari possimus:modo eligere,& sectari meliora uelimus. Idē nimirū uigor animi ferme oībus,una eademq; ratio uiuendi,& moriēdi. Adę,Euæq; (ut dicitur)progenies omnes sumus,iisdem que seminibus,ac eōdem coelo,coenoque geniti:& si fortuna nos uariat,natura non uariat,quæ ex una nos omnes radice produxit, & ex uno trunco recidit. Nemo ergo diffidat imitari posse quos uelit:quando ita certe natura constitutum sit,ut qui sectari malos potest idem quoque & bonos possit.

De ethnicorum continentia tam in sacris,quàm in aliis negociis habita. Cap. XLIX.

SVfficere quidem poterat, quod hactenus dictum est,ad ostendendum quantopere sacros homines atque quicunque Leuitici ordinis censentur, omnis prorsus ueneris libido dedeceat:uerum quia omnia quæ facere uidentur ad hunc locum accuratius prosequi in animo est,pro quibusdā cōrentiosos adiiciamus etiā summam,& admirandam ethnicorum tam uirorum q̃ mulierum in ea re castimoniā:si quos forte externa hæc exempla magis moueant,q̃ nostratia:ut qui Apostolorum,atque aliorum sanctorum, tanquam nimis duram ad imitandum disciplinam deterriti reformidant,saltem ethnicorum, & gentilium castimoniam facilius & sine Gal.5

excusatione fectentur, simulque ut qui per scripturas sacras erudiri non possunt, uel ab ethnicis historiis allecti, fiant eorũ documentis minus impudentes. Quid enim potest esse in causa hac nostra firmius, quàm quod omnes, ac etiam aduersarii nostri fateantur, approbentque uerum esse, atque æquo, & bono ubique, & semper habuerint? Quo docendi more, Deũ quoque ipsum aliquando usum pagina sacra demonstrat. Dixit enim Iu-
Hiere.2 dæis, ad exprobrandam eorum impietatem. Transite in insulas Cethim, & uidete: & in Cedar mittite, & cognoscite: si gentes mutauerunt deos suos, & ipsi tamen non sunt dii. Quin ad bruta quoque animalia quãdoq; pro eruditionis exemplo mittimur. Sic.n. scriptum est pigro. Vade ad formicam piger, & rursum. Vade ad apẽ & disce quomodo operatrix est. Diffidentibus aũt atq; nimium anxiis de futuro dictum est. Respicite uolatilia cœli, & bestias terrę, quæ neque serunt, neq; congregãt in horrea, & pater uester cœlestis pascit illas. Liceat ergo & nobis in hac re exemplis, & ritibus uti externorũ & gentilium. Nam plærunq; & gentes quæ legis sunt faciunt honestatis instinctu: & quum Dei legem nõ norint, opus tamen legis exercẽt. Et ut de iudæis interim taceamus quibus (ut dictum est) ne in castris quidem residere uel per somnium pollutis licebat, ne dum in templo, uel spontanea libidine sordidatis. Quin etiam tam abominabilis erat libido in sacris ut etiam euntes
Luc.2 in Hierusalem ad solennitatem diei festi: quousque reuerterentur domum ab omni coitu, & ab uxoribus continerent: quod ut facilius præstarent mulieres cũ pueris seorsum à uiris incedere solitæ erant: unde factũ ut puer Iesus insciis parentibus remanserit in Hierusalem. Sed id fieri à ueri dei cultoribus minus mirandum inest. At ualde mirabile uideri debet falsorum quoq; deorũ cultores alioqui superstitiosos, & uanos amauisse tantopere castitatem, ut arcerent procul à sacrorum aditu & ipsa

uenereas uoluptates: poeta sic dicente. Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris. Cui tulit hesterna gaudia nocte uenus. Casta placent superis, pura cũ ueste uenite. Et manibus puris sumite fontis aquam. Lex quoq; apud eosdem fuerat, quæ iubebat adiri caste deos: cuius Cicero meminit in eo libro quem de legibus inscripsit. Ad diuos, inquit, adeonto caste, pietatẽ adhibento, opes amouento, ò qui secus faxit, Deus ipse iudex est. Hactenus ibi. Extat & Pytagore præceptũ. Diis semper cum laudibus, amictuq; candido, & casto corpore, honores adhibendos. Et. A. Gellius. Templa, inquit, & delubra, non uulgo, ac temere, sed cum castitate cærimoniaque adeunda, & reuerenda, & reformidanda sunt magis q̃ uulganda. In tẽplo Epidaurici Æsculapii inscriptum fuisse tale disthicon legimus, castus sit tẽpli quisquis pia limina adibit. Et castus q̃sq̃s religiosa sapit. Galli Cybeles sacerdotes adeo insano superstitiosæ illius sectæ amore ferebantur, ut studio castitatis, ne quisquam de ipsorum integritate ambigeret, seipsos samia testa p̃ciderẽt. Hierophantas quoq; Athenienſiũ postq̃ in pontificatum electi fuerant, cicutæ sorbitione castrari solitos, auctor est. D. Hieronymus contra Iouinianum. Gimnosophistas uero indorũ nudos perhibetur in speluncis philosophari, & perpetuo cohibere sese à uoluptatibus ueneris Cæreris item sacra nisi per matronas castas, aut uirgines fieri summũ fuerat Romanis nefas. Ideo poeta. Annua uenerunt cerealis tẽpore sacri. Secubat inuacuo sola puella toro. Nouem quoq; diebus, q Isidi sacra facerẽt, abstinebãt p̃rsus à cõcubitu. In sacris itidẽ Bonæ deę, q̃ à uirginib' p̃ populo fieri mos fuerat, adeo execrabilis ueneris uoluptas erat, ut ea nisi summotis inde uiris: ac picturis aĩaliũ masculorũ prius obtectis, fieri nõ liceret. Vñ in satyra iocaẽ poeta. Et testiculi sibi cõscius ĩde fugit mus. Cheremõ stoicus uir eloquẽtissimus narrat (ut. D. Hieronymus refert) Ægyptios

ſacerdotes depoſitis ſæcularibus rebus, asſiduos dege-
re in templis ſolitos, naturas rerum, cauſaſq;, ac rationes
ſyderum contemplantes, & nunquam ſe mulieribus cō
miſcentes. Et Ioſephus in ſecunda Iudaicæ captiuitatis
hiſtoria, & in libris antiquitatum contra Apionē, tria de-
ſcribit dogmata Iudæorum: Phariſeorum ſcilicet, Sadu
ceorum, Eſſeorum. Hos autem nouisſimos miris effert
laudibus, q̄ à mulieribus ſemp abſtineant. De his quo-
que ex Philone iudeo chriſtianus Euſebius in ſua euan-
gelica præparatione multa diſſeruit: atque eos dicit, pro
pterea quòd altius, quàm iudei ceteri ſpeculentur iudeo
rum philoſophos eſſe habitos. Et præter alia quæ ipſi
ſapientisſime, ſimulq; religioſisſime obſeruabant, in pri-
mis caſtitatem ſeuerisſime conſueuerant cuſtodire, ita
ut ſeniores qui abſque liberis & femineo commercio,
naturæ cesſiſſent, fœlicisſimos prædicarent: id de fœ-
minarum ingenio, & moribus prudentisſime opinātes,
quòd expertisſimus quiſq; norit. De eiſdē reor Pliniū
in ſua naturali hiſtoria intellexiſſe: quum dixerit. Ab oc-
cidentali littore Eſſeni ſunt, quos fugitant uſquequaque
nocentes: gens ſola, & in toto orbe præter cæteros mi-
ra, ſine ulla fœmina omni uenere abdicata, ſine pecunia,
ſocia palmarum, in diem ex æquo cōuenarum turba re
naſcitur: longe frequentantibus, quos uita feſſos ad mo-
res eorum fortunæ fluctibus agitat. Ita per ſæculorum
milia, incredibile dictu, æterna eſt, in qua nemo naſcitur:
tam fœcunda illis aliorum uitæ pœnitentia eſt. Hacte-
nus Plinius. De his ipſis Solinus quoque ex Plinio, nul-
la facta huius auctoris mentione, ut eius moris eſt, ita re-
fert. Interiora Iudeæ, quæ occidentem contuentur, Eſſe-
ni tenent: qui præditi memorabili diſciplina receſſerunt
à ritu gentium uniuerſarum, maieſtatis (ut reor) prouidē
tia ad hunc morem deſtinati. Nullæ ibi fœminæ: uene-
re ſe penitus abdicauerunt: pecuniam neſciunt, palmis
uictitant. Nemo ibi naſcitur, non tamen deficit hominū

multitudo. Locus ipse addictus pudicitiæ est: ad quem plurimi licet undique gentium properent nullus admitti tur, nisi quem castitatis fides, & innocentiæ meritum pro sequatur. Nam qui reus uel leuis culpæ, quãuis summa ope adipisci ingressum uelit, diuinitus summouetur: ita per immensum spacium sæculorum, (incredibile dictu) æterna gens est cessantibus puerperiis. Hæc ille. Sed & Stoici quoque philosophi castitatem similiter consectan tes, docebant nequaquam expedire sapienti ducere uxo rem. Adiiciam insuper (quod magis mirandum est) tan ti olim castitatem fieri solitam ab ethnicis, ut dicerent ca stos etiam poetas esse oportere: Catullo dicente. Ca stũ esse decet pium poetam, eius uersiculos nihil neces se est. Et Tibullus. Salue cura Deũ casto nam rite poe tæ. Phœbus cum Baccho, Pieridesq; fauent. Quinti lianus quoque in suis institutionibus ad confirmandam uocem, orationibus ueneris abstinentiam præcipit: Ho ratius etiam cãtoribus dicens. Astnineat uenere, & bac cho, qui Pychia cantat. Mos erat etiam Histrionibus, ac scænicis hominibus, ne ad recitationem fabularũ inepti usu ueneris redderentur, præputium sibi fibula ænea ar genteave ab utroque latere glandis consueuere, ut uel sic à coitu sese comprimerent. Idẽ obseruatum in gym nasticis certaminibus, de quibus Apostolus ait. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: ille qui dem ut corruptibilem coronam accipiat, nos autem in corruptam. Nam & agonistæ quum se pararent ad ago nem, diu ante laminis plumbeis renes in frigidare sole bant quo fœdorum humorum naturalem etiam siste rent fluxũ: ne qua uel per somnium fortuita uenere pol luerentur. Cur ergo si Athletæ nullis exculti legibus, ob id solum, ut luctando, & currendo cæteros uicerent à ue nere prorsus abstinent, non poterimus & nos sacerdo tes, uel quicunque alii cœlibatui destinati, & addicti su mus, pro adipiscendo æterno prẽmio, & immortali glo

da facilius abstinere? Quæ namq; corona est? quo:seu laurea, seu quęrna sit ea, quã donatur eiusmodi Athletæ, cõferri potest coronæ cœlesti, qua donantur continentes. Sed quid moror i dicẽdo de Athletis usq; adeo necessariã ac decentem esse castitatem in omnibus officiis censuit Columella egregius auctor rusticationis, ut & uillicum, qui ruralibus rebus præficiendus esset, deligi nõ nisi castum uelit. Villicus inquit cui rerum agrestium cura mandanda est, sit uenereis rebus maxime auersus: quibus si se dederit, nõ aliud quicq; poterit cogitare, quã illud quod diligit: nam blandiciis eiusmodi pellectus animus, nec præmium iucundius, quã fructum libidinis, nec supplicium grauius, quã frustrationem cupiditatis existimat. Quam scite ueneris curas hic auctor breui oratione perstrinxerit, uide. Sed quid mirũ de uillico, & Athlætis, ac etiam histrionibus? quũ tantę semper fœditati eiusmodi libido illis ipsis ethnicis fuerit: ut magni uiri: & non obscuri scriptores, quibus curæ fuit pistores, & coquos, & cellarios suis scriptis instituere præceperint, eos, qui harum rerum officia exerceant, castos, cõtinentesq; esse omnino debere: quũ dicant administrari pocula, aut fercula contrectari nõ nisi aut ab impubere, aut certe ab abstinentissimo ueneris ullo pacto licere. In quibus siquis forte fuisset operatus, uel uir, uel fœmina, debere eos dicebant, aut flumine, aut perẽni aqua priusquã contigerent penora ablui. Plinius quoq; tradit trecentas non amplius esse familias in Arabia: quæ per succesiones colligendi thuris ius sibi uendicent: sacrasq; uocari ob id: nec ullo congressu fœminarum, quum incidãt eas arbores, aut metant, pollui. Ex quo sanè constat quantopere arcenda sit aris libido: quãdo nec thus quidem, quod offertur aris, ethnici ipsi non nisi à castis colligi fas esse ducerent. Apibus etiam (ut Palladius scribit) castus duntaxat, & purus adhibendus est custos. Nec iniuria, si animal, quod absq; ullo cõcubitu ueneris fœtificat, ueneris sordes natura oderit, &

præsertim quum ab his cæreus liquor stipetur, q & ipse aris sacrandus sit. Itidem & de agno dici par ē, q græce sonat castum, eo ꝙ esset hostia per pura, & immolationibus aptissima. Tantū aūt studium castitatis fuisse semꝑ hominibus in sacrificiis minus mirabile uideri facit Elephantorum natura in hoc ipso admiratione dignissima. De Elephantis enim Solinus de mirabilibus mundi inter cætera hoc narrat. Venerem, inquit, ante annos decē fœminæ: mares ante quinos nesciunt. Biennio coeunt, quinis nec amplius in anno diebus: non prius ad gregalium numerum reuersuri, q̄uiuis aquis abluantur. Sed quid ego hæc refero confectorq; singula? quasi non satis constet honestissimam semper rem atq; mūdissimā omnibus sæculis, ac gentibus castitatem fuisse? contra uero immundam, fœdamq; uenerem? Verū enim uero si ethnici tanto studio in suis falsis superstitionibus abdicare sese ab ea fœditate consueuere, quæ uenia damnda est, aut quæ excusatio admittenda eorū, qui ueri Dei sacris inseruiunt, si se permittant eiuscemodi libidinibus conspurcari? & ex purissimis membris Christi, putrida, & impura membra effici corruptissimæ meretricis? De his enim sic scriptum est. Computruerunt ut iumenta in stercore suo. Sed iam quis non uidet, quæ confusio manet per hæc impudicos christiauos, ꝙ non idem apud eos ueri Dei cultus efficiat, quod apud gentes, quæ Deū nō norāt, falsorū deorū supstitio? Nēpe q̄ ratio poterit tueri incōtinētes: si tātis iā propositis præmiis, & ita patefacta cœlitus à Christo ueritate, nō idem uero Deo hi ipsi præstent, quod illi decepti fallaci religione diis falsis, siue potius dæmonibus præstiterunt? Nam & dæmones ad similitudinem ueri Dei, non nisi abstinentes ueneris magos audiunt: quum scribat Augustinus Porphyrium ualde admirari solitum: ꝙ il attractatum re uenerea non audiāt p̄cātē: quū ipsi ad nefandissimos incestus inducere hoies soleāt. Nulla ergo uenia nulla

excusatio erit sacerdotibus lasciuis: quando ab uniuersis accusantur, fidelibus & infidelibus & barbaris: qui praestiterunt, quum oportuit, semper suis in officiis castitatē? Et si tantopere magi, urilegae, athletae, coqui, pistores, uillici, & huius generis, uel uilissimi quiq; homines, etiā profani officii causa mundos sese custodiant à libidine: quid faciendum est ueri Dei ministris, & sacrorū praepositis: quibus spiritualia mysteria tractāda sunt? quosq; oportet mente, & corpore interius exteriusq; nitescere? Corpus quidem pollutum lauacro abstergi cito potest, sed mens lue libidinis infecta nullis lustrari fullonibus, nullove amne ablui recte potest. Quare excutiendum tempestiue à nobis quicquid resederit foeditatis, & omnis labes peccata lachrymarū profusione penitus abluēda. Tales enim ministros sibi dominus quaerit, qui mundi sint, & imaculati in cōspectu suo. Qui enim sunt Christi (ut ait Apostolus) carnem suam crucifixerunt cū passionibus, & concupiscentiis suis.

Gal. 5

Quam puri ab omni prorsus libidine esse debeāt qui uelint sacrosancta mysteria sancte suscipere, Cap. L.

Exo. 19 QVo nam ausu quaeso debet quispiam pollutus libidine praesumere sacris altaribus astare & sacrosancta Christi sacramenta contingere? quādo in lege ueteri ubi tanta esset propagationis intentio sanctificari uolentes ab opere coniugali sese continerent. Vnde in Exodo legimus ex Dei pcepto uetasse Moysem populo appropinquare monti Synai nisi prius essent sanctificati à pollutione uenerea dicens. Estote parati in diem tertiū, & ne appropinquetis uxoribus uestris.

Leui. 7 Eundem quoque in Leuitico, ubi tantum modo umbra, & figura fuerat ueritatis, implures & cōtaminatis hominibus, ita legimus comminari. Anima quaecunq; co

mederit de carnibus sacrificii salutaris, quod est domini, in qua est immundicia peribit coram domino. Verum quæ immundicia maior, aut fœdior, quàm sordes libidinis? quæ grauior corruptio, quàm corporum fœda commixtio? Sed neque Achimelech sacerdos Dei sanctificatum panem Dauid, & iis qui cum eo erant dare prius uoluit, quàm exploratum habuerit mundos esse omnes à mulierum congressu: quum cibos sacros dari non nisi castis deceat. Quamobrem suadet Beatus Gregorius ut etiam qui cum uxore propria coierit non nisi aqua lotus præsumat ingredi templum, aut sacris interesse mysteriis: non quòd coniugium culpa sit: sed quod admixtio illa coniugii sine fœditate uoluptatis esse omnino non possit. Hic precor lector attende: nec sit graue reputare id tecum sæpius ac dicere. Quid enim si tanta cura castitatis Hebræis fuerat uel in pane illo propositionis uel in audienda lege: uel in adeũdo templum quãta modo puritas, quanta mundicies nobis Christianis conuenit: qui Dei templum efficimur:, qui sub panis & uini, specie, non panem litamus, aut uinum, sed sacratissimũ corpus, & sanguinem Christi usque adeo impudicitiã prohibentis ut non perpetratam tantummodo reprobauerit fornicationem (ut Mosis lex) sed uel sola etiam cõceptam mente uetarit? O quales ergo decet esse manus tantarum rerum ministras, ò qualem linguam, quæ sit operatrix tanti mysterii. O quam mundam, sanctamque animam: cui sub uisibili specie uisibilis elementi, sese totum inuisibiliter Christus uiuus, uerusque communicet. Etenim ibi tunc credere dignum est, cum Deo suo astare angelos, atque archangelos: & totum templũ Thronis, Cherubin, & seraphin, & uirtutibus cœlestibus adimpleri. Quomodo fieri potest, ut non pudeat ministrũ interesse tanto spectaculo sordidum? ac tali mensæ pollutum, ac putidum ministrare, ubi Deum ipsum, & angelos, & uirtutes cœlorum habeat spectatores? Memen

1.Reg.21

Matth.5

tote quæso fratres, mementote inquam membra uestra ita consecrata Deo esse, ut nullo prorsus pacto deceat fœdis libidinibus pollui: ac incestuosis impudicitiis profanari. Non enim digne capitur, quod sanctum est, loco profano, & polluto. An nescitis quia membra uestra templum sunt, qui in uobis est. Et alibi. Iam non estis hospites, & aduenæ spiritussancti: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum, & prophetarum, in ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos coædificamini in habitaculum Dei, in spiritu. Dicite quæso quis nam uestrum suscepturus amicum, non præparat, ornatque domum, atque exportandam inde non curat omnem immundiciam? Tunc (ut satyricus poeta canit) uox domini fremit: Verre pauimentum, nitidas ostende columnas: Arida cum tota discedat aranea tela. Ergo miser trepidas ne perfusa luto sit porticus, & atria displiceant oculis uenientis amici, & illud non agitas tecum potius ut suscepturus æternum principem Deum, te ipsum mundes, ut ille ingrediens sanctam aspiciat, & sine labe domum, uitioque carentem? Humani nempe cordis aula sacranda est Deo: atque in primis curandum, ut detersis undique sordibus niteat. Abstergenda itaque conscientia, purgandæ interius præcordiorum latebræ, & quicquid ibi latet sordium eiiciendum, ut sub tali sacramento tantus hospes à nobis digne pieque suscipiatur. Probet (inquit Apostolus) se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi mãducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quanta autem in sacris & corporis, & animi mundicies requiratur, uel ex eo maxime potest cõiici, quod Mosem supna le

gimus uoce monitum (ut est in Leuitico scriptū) ne qs macula quapiam affectus Deo panem offerret. Quod Leui.21
si ob corporalem maculam arceatur quis aris, quid de libidinis maculis sordibusque animi dicendum? quæ turpius sanè inficiunt, atque ægrius absterguntur, quàm corporis. Interiores proculdubio sordes ꝑ illas exteriores maculas Deus uolebat intelligi, quæ quidem multo contemptibiliorem sibi reddunt hominem, quàm extrinseca naturæ uitia corpori hærentia. In hisdem quoque 4.Reg.20
literis legitur, quòd rex Babylonius ex omni captiuorū turba adolescentes aspectu decoros, & forma præstantes deligi iusserat, qui mensæ regiæ ministrarent, & quo mundiores forent, eunuchos effici uoluit. Quid modo rex ille noster Christus? O quanto puriores, atque continentiores ministros atq; eunuchos quærit, qui sibi assistant suæque sacratissimæ mensæ deseruiant: & qui sine ferro, & uulnere seipsos castrent, propter regnū cœlorum. Hi sunt profectò Deo gratissimi, uerique ministri, atque discipuli Christi: qui sicut officio atque auctoritate, Christum referunt, dum rem diuinam faciunt, ita quoque perfectione castitatis, dum uiuunt, Christum pro uiribus imitantur. Facessant ergo iam omnes uanæ argumentationes, quas improbe quidam aduersus continentiam machinantur, & castitas ministrorum Dei, sicut hactenus in bonis sacerdotibus ab initio semper fuerat, sic in suo deinceps robore, ac tenore permaneat. Sed hactenus de castitate ministrorum Christi toto hoc libro disputauimus, restare uidetur modo ne quis ignoret, qua sit pœna afficiendus sacerdos fornicarius, transferre huc ad uerbum legem, quæ de purganda fornicatione per pœnitentiam in decretis patrum, octogesima secunda distinctione continetur.

Decretum ex concilio Gangrensi. lxxxii. dist.
Cap. L I. contra sacerdotes fornicarios.

PResbyter si fornicationem fecerit quanquam secundum canones apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem beati Siluestri, si in uitio non perdurauerit, si sua sponte confessus, adiecit ut resurgat, decem annis in hunc modum pœniteat. Tribus quidem mensibus, à cæteris remotus pane & aqua à uespere in uesperam utatur, tantum autem diebus dominicis, & præcipuis festis, modico uino, & pisciculis paucis, & leguminibus recreetur, sine carne, sanguine, ouis, & caseo utatur. Sacco indutus humi adhæreat: die noctuque misericordiam Dei omnipotentis imploret. Finitis tribus mensibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scãdalum patiatur. Neq; enim debet sacerdos publice pœnitere, sic ut laicus. Postea aliquantisper uiribus resumptis, unum annũ & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & præcipuis festiuitatibus: in quibus uino & sanguine, ouis, & caseo iuxta canonicã mensuram uti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis, & sanguinis domini, ne induresc at, particeps fiat, & ad pacem ueniat, psalmos cum fratribus in choro ultimus canat. Ad cornu altaris non accedat, iuxta beati clementis uocem, minora gerat officia. Deinde uero usque ad expletionem septimi anni, omni quidem tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias, in unaquaque hebdomada in pane, & aqua ieiunet. Expleto septimo anni circulos, si fratres apud quos pœnituerit, eius congruam pœnitentiam laudauerint, episcopus in pristinum honorem iuxta beati Calixti papæ auctoritatẽ eũ reuocare poterit. Sanè sciendum quòd secundam feriam unũ psalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando, si opus est, redimere poterit. Finitis autem septem annis

deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam nulla interueniente redemptione obseruet in pane & aqua. Hæc de fornicatione simplici: sed maiore pœnitentia diluitur fornicatio, si cum spirituali filia contingat. Quare ut intelligat unusquisque, quæ pœnitentia huic flagitio à legibus præscribatur, hoc quoque decretum præscriptis uerbis in medium proferamus: quod habetur in sanctis patrum decretis, trigesima quæstione prima.

Alterum decretum per cœlestinum papam xxx.q.i. Cap. LII.

SI qs sacerdos cũ filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se graue adulterium commisisse: iccirco fœmina si laica est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat, & conuersa in monasterio Deo usque ad mortẽ seruiat. Sacerdos autem, qui malũ exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annos pœniteat. Postea uero ad monasteriũ uadat, ibique cunctis diebus uitæ suæ Deo seruiat. Hactenus decretum. De his uero qui contra naturam, aut cum uirginibus sacris peccarunt, quomodo etiam grauius puniantur superius suis locis dictum est. Discant modo impudici sacerdotes, quàm graue sit hoc peccatum, quòd à legibus tanta pœna plectatur: nec ꝙ fornicantur plæriq; impunes, & pauculis psalmis, aut præculis absoluuntur, legis pœnas irrideant, quasi antiquatæ, & mortuæ: quoniam Deus non irridetur, & siquis forte ut pauloante diximus temporariam pœnam eludet, certe non euadet æternam. Nolite errare, inquit Apostolus, ò Corinthii, neque fornicatores, neque adulteri, neq; molles, nec masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Sed iam expediti à falsis, & fœdis cauillationibus lasciuorum, ueluti euecti è difficillimis scopulosisque cotibus, pacatiore æquore deinceps, quo secundi ducent zephiri, ductore spiritu sancto uela faciamus, & de coniugatorũ molestiis, q̃ collecta magis q̃ intellecta à nobis sunt deinceps sequẽti libro referamus.

R

BERNARDINI SCARDEONI PATAVINI DE CASTITATE LIBER QVARTVS.

DE MOLESTIIS CONIVGATORVM.

EXORDIVM.



Ogitanti mihi hoc quarto uolumine de coniugatorum molestiis scribere tantus, tamq; iustus ęrumnarum aceruus repēte sese ultro nobis explicādus obtulerat ut effari eas religio pene fuerit. Videbat enim mihi omnem spem matrimoniorum uel sola hac relatione posse subuertere. Cæterum quum uideam idē etiā pluribus apud maiores nostros antea frequentius factitatum, nec propterea ad hunc diem de antiqua consuetudine quicquā immutatum fuisse: decreui & ipse eorum exemplo fretus, quū ad materiā huius operis maxime facere uideatur (utcunq; res accepta fuerit) aliquāto curiosius perquisitas cōiugatorum solicitudines & tędia recēsere. Sed hoc absq; præfatione, quā mihi prius cōciliarē plærosq;, qui tantūmodo proli uacandū cēsent, facere ausus nō sum. Neq; n. fieri pōt dū matrimoniorū incōmoda & cœlibatus cōmoda recēsentur, quin fœcūditati nuptiarū aliqd detractum esse uideatur. Quādoqdē sicut fœcūditas propriū est nuptiarū, ita, & sterilitas propriū cœlibatus: res utiq; adeo diuersæ, atq; inter se ita pugnātes, ut laudari una nequeat, quin alteri fieri uideatur iniuria. Verum nō aliter melius mihi uisum est, posse fœlicitatē cœlibatus ostendere, & deterrere sacerdotes à desyderio nuptiarū quā eis nō licēt, quā si simul ipsis molestias, atq; miserias cōnubiorū recensea, ex quo facillime cognoscere possit per cōparationem cōmodorū, & incōmodorū, quā pacifica, & tranqlla sit uita cōtinētiū, & cōtra, quā turbida, atq; solicita sit uita coniuga

torū,& q̄ lætissimo ipsi ocio,& illi q̄ turbulētissimo negocio ætatē agāt. Amor nanq; & charitas uxoris, ac liberorū & si laudabilis est maxime, immēsos tñ atq; infinitos pene dolores consueuit parētibus afferre, ut q̄diu uiuāt aīo suspēso, & anxio semp̄ sint. Sed ne qñ id mihi Heb. 14
dari fraudi merito à cōq̄ possit, ego in primis asseuerās dico cū Apostolo honorabile cōnubiū, & torū imaculatum, meque profiteor per hæc nullo pacto matrimonio uelle quicquam detrahere, quod iniquum, & hereticum, atque damnabile esse certo scio, immo ut supra secundo libro manifestissime patet, uehementer damnamus, quicunque spretis legitimis nuptiis soluti, & liberi ab uxore scorta sectantur. Quæstio sanè nostra ea est, ut apte nosci pōt, in his, q̄ dicta sunt, ac deinceps dicētur, nō generatim, an scilicet uxor ducēda sit (qd̄ for te repræhēdi posset) sed priuatim, an sit uxor ducēda sa cerdotibus. Et hæc est (ut dicitur) basis, & cardo rei. In hoc qdē si culpādus sum, nec sancti quoq; doctores, nec ipse qdē apostolus culpa uacarēt, q de hac eadē re diu antea, & copiose, & elegāter disseruerūt, quos hoc loco subscriptores, atq; approbatores habemus. Addas seniorū patrum decreta, qbus nitimur, & cū qbus ēt si erra rē (qd̄ esse nō pōt) causas habet error honestas. Sunt. n. ferme innumerabiles de his rebus libri, neq; abditi, neq; obscuri. Quo circa nemo me iterū accuset: si tātos uiros sequutus, dū sacris hoībus suadeo castitatē, uideār ex eo quicq̄ de nuptiis detraxisse. Edico ego, & cū. D. Hieronymo q̄ta possum uoce ꝓclamo, audiētiū oīum fidē implorās. Nō dāno ego nuptias, nō dāno cōiugiū. Volo 1. Cor. 8
quoslibet aut pp̄ icōtinētiæ piculū, aut ad ꝓlē suscitādā, aut ex leuissima quaq; causa ducere uxorē, & oblectare sese nuptiis, si lubet. Non. n. copulam maritalē q̄si culpā dicimus i uniuersum esse uitādā oībus: sed q̄si sarcinā à clericis, & à spiritualibus hoībus declinandā, ut liberi, & tranqlli uacēt diuinis, & spiritui tota mēte deseruiāt: q̄les

regrebat apostolus dicẽs. Volo aũt uos sine solicitudĩe eẽ, q̃ sine uxores est solicitus est q̃ dñi sunt qũo placeat Deo. Qui uero cũ uxore ẽ, solicitus est q̃ sunt mũdi, & qũo placeat uxori. Magnus ergo debetur honos coniugio, qđ Deus instituit, & benedixit pp̃ sobolẽ, at maior debetur cœlibatui, quo sese castrant homines pp̃ regnũ cœlorum. Dicturus adhuc est fortasse quispiá. Nimias accumulasti molestias cõiugiorum, nimium carpis uxores. Accumulaui fateor multas: & graues ærumnas coniugatorum cœlibibus, q̃bus non cõueniunt nuptiæ: sed notas, uerasq;: & quas inficiari nemo possit, qui rei uxoriæ expertus fuerit. Atqui uero plures etiam & duriores scripsi esse fornicatorum molestias pro illis quibus, & continentiam, & matrimonium commendaui: ut utrunlibet eligant: quũ nõdũ uouerint castitatẽ quod iccirco feci, ut tam coniugatos, quam solutos pariter à uitio fornicationis abstraherem. Legant igitur (quum sic dispartiri necesse sit) que superioribus libris scripsimus, tam cœlibes, quàm coniugati si libet: sed quæ hic scribimus, legant tantummodo cœlibes. Primus ergo liber sacrarũ uirginũ sit, secundus uerò, tertius, q̃rtus, & q̃ntus cœlibũ, sextus autem coniugatorum, at residuũ deinceps quod superest, esto præcipue sacerdotum & cœlibum. Suum itaque accipiat unusquisque sine quærela, & definat maledicere, ac benedictis detrahere. Sed iam diuina gratia freti de coniugatorum molestiis dicere incipiemus.

Oportere oĩ molestia, & solicitudine q̃cunq; diuinis rebus operam dare constituit. Cap. I.

RESTAT quidem nobis deinceps pro uiribus explicare, quid nam sit, quòd tantopere religioso uiro expediat fœminarum consortia deuitare, atque ob id coniugiorum molestias hoc loco effusius recensere: quo planius intelligi possit q̃ malorũ iliadem circunferat consuetudo muliebris, & è diuerso quod cornu copiæ, tranquillitatis & pacis plenum afferat con

tinentia cœlibatus. Quidnam quæso homini sacerdoti, & uiro religioso uel iucundius, uel conducibilius esse potest (ut à commodis incipiamus, quàm esse ab omni molestia, ac solicitudine liberum? atque uni tantum rei animum intendere, quomodo placere Deo possit, quibusque potissimum hostiis litare? quove ritu creatorem suum unice colere? Quod quidem peculiare munus est, ac proprium sacerdotis: quem decet, quãtus est totus, diuino esse cultui mãcipatum. Neque enim aliud intẽdẽdum est ei, quem spiritussantus uocauit in sortem hæreditatis domini, & quem hoc in gradu collocauit, q̃ ne quid de intentione mysteriorum Dei, & de opere spirituali, curis, aut profanæ cuiuspiam rei gratia detrahatur. Nam quum, in cunctis rebus omnia rite, ac decenter fieri par sit in sacris uero etiam decẽtissime fieri oportet. Quare ea forte ratio fuit, quòd Pythagoras in suis symbolis legitur prohibuisse discipulos dũ interessent sacris ungues sibi desecare. Quod est interpretatum, nihil decere leuiter, & ex incuria agere in sacris, quod sit à sacris alienum: & quod nos à nobis, uel mentem nostrã diuellat quoquomodo ab intentione sacrorum. Quo circa scriptum est. Nemo militãs Deo implicet se negociis sæcularibus. Si enim miles sæculi implicari aliis impedimentis non debet, quanto magis miles Christi? & si bellatores mundi, quanto magis præcipui adoratores Dei? & expugnatores diaboli. Inter omnia autem negocia, & curas sæculi, nihil arbitror neque grauius, neq; molestius esse, neque quod magis distineat, atque occupet hominem, quàm uita libidinibus dedita. Vbi enim eiusmodi cura semel mentem comprehenderit, statim à contemplatione cœlestium ad terrena, atque profana conuertit, ut iam nihil ferè possit aliud cogitare, quàm sæcularia quibus premitur, & uoluptates, quibus afficitur. Etenim iuxta illud celebratissimũ Platonis elogiũ, nihil æque humanum animum impedit à diuinitatis in-

2. Timo. 2

tuitu, q̃ uenus, & uita libidinibus dedita. Vnde ſcribẽs ad Dionyſium. Procul, inquit, à moleſtia, & à uoluptate diuinitas. Nẽpe nihil quicq̃ altum, nihil quicq̃ diuinũ ſuſpicere poſſunt ii, q cogitationem ſuam in rẽ tam turpẽ, atq; contemptam deiiciunt. Sicut. n. oculus perturbatus non poteſt quicq̃ acutius intueri, ita nec animus occupatus quicq̃ ſublimius meditari. Certũ eſt aũt hãc libidinẽ nõ tã corpus extrinſecus q̃ intrinſecus mentẽ polluere: atq; ſibi prorſus quicqd eſt in homine rationis, & ipſum deniq; totum hominem uendicare. Nequit. n. concitatio eiuſmodi affectus ac furoris ulla ratione regi, quin laxis deferatur habenis: ac peruerſe imperet ex ſua licentia rationi, cui obtemperare naturæ lege deberet. Quo fit, ut corpus, & animus pariter eo impetu, ac furore turbentur: ut nihil ſubinde eis conſtare poſſit: quin ſumma infimis, & falſis uera & uitia uirtutibus male miſceantur. Licet ora ipſa cernere eorum, qui libidine conficiuntur, aut nimia uoluptate geſtiunt, quomodo interim uultus, uoces, motus, ſtatuſq;, & deniq; peruerſe omnia cõfundantur. Nam ſicut ignis quũ aridum fomitem reperit, ualidioribus flammis aſcendit, ac ruptis caminis uehementius furit: ita & homo quũ inciderit in materiã exaturandæ libidinis, tanto mox accẽditur æſtu, ut inſtar fornacis intus, foriſq; totus flagret. Dũ uero ita ardet, quomodo poterit in tanta ebulitione laſciuarum cogitationum continentiæ meminiſſe: & aut precationẽ, aut meditationem, aut ſpirituale quicq̃ mente, animoq; cõplecti? Quamobrem ſacerdos in primis cui ex officio ſacris myſteriis incumbendum eſt, abſtinere his uoluptatibus prorſus debet: q; hæ uel maxime detorquent mentem ac retrahũt animũ, & cor à diuinis. Et ideo Cato ille Vticenſis in quadã contione ſua ad populũ ita dixiſſe phibetur. Si abſq; fœminis (inquit.) Quirites poſſet eſſe mũdus, noſtra conuerſatio non eſſet abſq; diis. Et uas electionis Paulus. Si acceperis inquit uxorem non peccaſti, & ſi nupſerit uirgo nõ peccauit, tribulationẽ tñ carnis
1. Cor. 7

habebunt huiusmodi. Quid aũt hic aliud, tribulationes carnis sunt, q̃ liberi, & uxores curaq; familiaris, atq; molestiæ & solitudines id genus mille; q̃ parentes, coniugatosq; nunq̃ derelinquunt. Vnde apud comicũ legimus. uere, & ex omniũ cõsensu dictũ. Duxi uxorẽ, quã ibi miseriã uidi? nati filii, altera cura. Ideo Magnus Basilius. In primis, inqt, occasio mortalibus maxima ad illecebras, curasq; sæculares, ac ad multas, & anxias cogitationes, quasi seminariũ est matrimoniũ. Vere sanè dictũ. Nullã enim inuenies uehementiorẽ, ualidioremq; naturæ, corporiq; innatã cupiditatẽ, q̃ fœminam uiro, uirumq; fœminæ coniungi, quod qdẽ ratione matrimonii iure meritoq; laudatur: ut scilicet sobolẽ inde sibi ꝓcurẽt, & si postea simul multæ molestæ ac necessariæ curæ ꝓueniant.

Neminẽ molestius occupari, q̃ qui mulieri quoquo modo addictus seruiat. Cap. II.

ENim uero quũ omnis occupatio rerũ mũdanarũ soleat auocare animũ ab intentione diuinorũ, nemo sanè grauius, turpiusve occupatur (qd sciam) q̃ q est uel mancipatus uxori, uel fœdo cuiuis fœminæ amore copulatus. Sũt.n. hæ curæ tales, ut neq; Deũ libere inuocare ꝑmittãt, neq; cogitare, aut meditari qcq̃ insigniter. Quid quæso tã multiforme, tã uarie conscissum, q̃ æstuãs eiusmodi ardoribus mẽs? Quænã uitæ ratio cõstare ei potest, quẽ oportet ad alterius nõ modo sensum, ac uoluntatẽ, uerũ ẽt ad nutum, uultumq; conuerti? Quo nã pacto qetus, aut liber illius habẽdus ẽ animus cui mulier imperat. ꝑscribit, uetatq; suo arbitrio? Hæc.n. si poscit dãdũ est, si uocat eundũ, si eiicit, ab eundũ, si blãdit iuxta, ac si minat expauẽdũ. Hũc hominẽ sic addictũ, atq; obnoxiũ nõ modo nõ liberũ, sed ẽt neqssimum seruũ appellãdũ esse. M. Tullius affirmat, ẽt si sit ex amplissima familia iste ipse ꝓgnatus. Nõ.n. talia nostris ꝑcipere m' seruis, q̃lia sępenumero uxor, & amica ĩperãt: hęc marito illa amatorib' suis. Quęnãuero seruit' est, si ob- 1. Timo. 2

dire tam imperiosæ, ac duræ dominæ, seruitus ista non est? & quidem miserrima: cui, quisquis es, qui ita seruias, uelis nolis, affixus hæreas necesse est, ut qui sit alligatus pistrino. Extat præclarum comici prædictum. Optio tua est, utrum cœlibem te esse malis liberum, an maritum seruum ætatem degere. Cui autem non potest uxor, dura, & intolerabilis contingere, nisi qui abstineat se prorsus à nuptiis? M. Cato uir summa auctoritate, ac singulari sapientia præditus, quum in concione quadã sua, quã in cẽsura habuit, Romanarum mulierum effrænatam licẽtiam castigaret. Omnibus inquit hominibus nos Romani dominamur, nobis autem uxores. In hanc ferme sententiam prorupit aliquando & Themistocles Atheniensis. Nam is quum à se filius quædam minus æqua matris intercessione impetrasset, respiciens ad uxorem dixit. O uxor uide quid agas. Athenienses Græcis imperant, ego Atheniensibus, tu mihi, tibi filius. Quare moderetur licentia, ne imprudens puer plus unus possit, q̃ uniuersa Græcia. Id autem nequaquam uisum est iniquum Lacænæ illi quæ olim mulieri cuidam Atticæ percunctanti, cur solæ omnium Lacænæ uiris licentius imperent, sic respondit, quia solæ etiam Lacænæ uiros parimus. Vnde illud profluxit adagium. Solæ Lacænæ uiros pariunt. Constat enim Lacædemone fortissimos uiros nasci solitos, qui tamen mulierum imperio seruiliter uni omnium sese summittunt. Sed & apud Ægyptios plus honoris, ac dignitatis olim reginæ, quam regi impendi solitum legimus: atque in priuatis mulierem uiro ubique dominari. Verum hoc tempore nullas non Romanas, non Lacænas, non Ægyptiacas esse existimato, quum imperare uiris suis omnes norint: & si nihil horũ expressius in contrahendis matrimoniis proferatur, ut apud Ægyptios qui in confectione dotis promittebant se uxorum arbitrio parituros. Non immerito ergo Zerobabel heros ille Hebræus (ut in sacris literis legi-

mus) sapientiæ palmam est consecutus: qui, dum forte contenderetur inter sapientes, quid esset in mundo fortius? & alius uinum, alius regem, alius rem aliam dixisset, asseuerauit ipse fortiores esse mulieres, quòd diceret eas omnibus dominari. De hac ipsa re, si mihi forsan parum credatur, testes adducantur hic illi ipsi, qui nuptiarum, aut scortorũ oblectationibus perfuncti sunt, nemo sanè melius norit, quàm qui talia quotidie cogitur experiri. Nam etsi plærique nimio amore excecati hæc minus uideant, aut potius minus aduertant: ac sese habeãt in ea re nescio quo fato negligentius, quàm par sit: attamen non dubito quin omnes (modo non erubescant fateri uerum) sancte iurent solos cœlibes esse beatos, quod soluti iugo fœminarum uiuant libere, ut uelint. Hinc graues illæ poetarum querelæ, bilis, & obiurgationis plenę. Certe sanus eras, uxorem Posthume ducis? Dic qua Thesiphone, quibus exagitare colubris? Fuerunt quidem, & olim præter nostros christianos monachi, & heremi cultores uiri præclarissimi, qui uel ob eam ipsam solam, quam diximus, tranquillitatem, ad solitudinem, & ocium profugerũt: ac sese à nuptiis, & ab omni fœminarum commercio pœnitus abdicarunt: ut soluti, & liberi philosophiæ studiis, ac contemplationi uacarent. Liber enim uere est, qui sine uxore est, & puritatem candoremque continentiæ perpetuo seruat. Legitur propterea de Apollonio Tienæo, quum plerique Pythagoræ sententiam laudarent, quod dixerit non licere, qui uxorem habet cum aliena muliere misceri. Hoc inquit ille ad alios prolatum arbitror, mihi uero nec ducere uxorem, & ab omni re uenerea abstinere est animus, ut libere uiuam. Porro & Iouinianum hæreticum, quàuis nullum mauis præmium assereret esse uirginum, aut cõtinentum, quã coniugatorum, uxorem tamen nunquã uoluit ducere, non (ut ipse dicebat) præmium ullum ex eo speraret, sed tantum, ne coniugii molestiis irretitus effice

1.Cor.7. 3.Esdr.4

retur ex libero homine uile mulieris mācipium. De hac
1.Cor.7 eadem seruitute Apostolus ad Corinthios scribens ita pcipit. Seruus uocatus es, nō sit tibi curæ: sed si potes liber fieri, magis utere. Quod iuxta interpretationē Origenis ita intelligendum est, ut seruum dicat eum qui coniugali conditione constrictus est: quoniam uir non habet potestatem sui corporis, sed eius uxor: liberum uero cœlibem quòd careat contubernio fœminarum.

Quam misera sit seruitus coniugatorū. Cap. III.

MIsera sanè uidetur esse oīs seruitus, quacunq; ratione homo homini seruiat: qm̄ ut latinus philosophus noster Cicero acute disserit, bene informatus à natura animus nemini parere uult: ut ea longe miserrima, quū propter libidinē à uiro nobili seruiatur uilissimæ mulieri, quē cōtra Deus hunc imperare: & illā seruire præceperit. Solicita, ac misera profecto est omnis seruorū conditio, attamen hi quandoq; libertatē, uel redēptione aliqua, uel heri sui munificentia ubi diu, fideliterq; seruierint, cōsequūtur. Quin ēt licebat olim iis, qui acerbiore seruitute pmerentur, ad statuā cōfugere, & uēditionē postulare, atq; uel sic immutare aliquo pacto saltē truculētiā dn̄orū, at q seruitutē maritorum sola mors soluit. Si miserū est ergo ubiq; seruire, multo miserius est seruire, inferiori, & ubi nulla ratione possis effugere seruitē. Quid q sunt uxores q̄dā adeo improbæ, & seruitutē maritorū adeo immaniter affectātes, ut eos ēt ueneficiis, & magicis pcationibus incātēt, quatenus illis p arbitrio tanq̄ iumētis, & brutis animalibus abutātur. Erit fortassis mulierosus, qspiā, q putet falsa, & cōficta esse, q̄ dicimus, & quo magis maritorū molestias coaceruauero, eo minorē habeat dictis fidē. Sed utinā nō multo ēt plura mala eēnt, quorū ego uel inexptus, uel ignarus sum, uel q̄ ēt uolēs prudēsq; ptereo, uniuersa aūt soli mariti.

Extat Phoronei regis,ac legũ latoris pclarissimi uerbũ, quod ultimo spiritu Leontio fratre dixit. Ad summam, inqt,fœlicitatẽ nihil mihi frater in uita unq̃ defuisse cõfi teor,si uxor nunq̃ affuisset. Quẽ quũ Leontius interro gasset. Quid ita? Mariti,respondit,oẽs sciunt. Itaq; qui cunq; mihi non credit,maritos uelim consulat huiusce rei instructissimos. Satius quidem respondebunt(modo non pudeat fateri uerum)cuicunq; barbarorum homi nũ in seruitutem dari q̃ perferre sub imperiosa fœmina perpetuum famulatum. Non enim eorum tam dura so lent esse imperia,q̃ quarũdã fœminarũ furiosa domina tio : ad cuius sanè cõparationẽ omnis carcer tolerabilis est,& omne ergastulũ leue. Sed qd ego hæc refero,quũ nemo satis nosse posit ingeniũ muliebre,nisi aut q uxo rẽ duxerit,aut q quoquomodo paruerit aliquãdo impe riis mulierũ. Non.n.qs sentit(ut aiunt)qua parte stringat calceus, nisi q eũ sit indutus. Celebratur ppterea nobile apophthegma Pauli Æmili amicis aliquando pedẽ cal ceũ nouũ indutum porrigentis. Vos uidetis,inquit,pul chrũ,& nouũ calceũ,q aptari meo pbe uidetur pedi,ue rũ qua parte torqueat mihi pedẽ,solus ipse cõtortus sen tio,innuens Papyriã uxorẽ,etsi ab oĩbus laudaretur, suis tñ esse auersam moribus,ac ppterea causis occultis affli gi. Thæodectes uero Aristotelis discipulus q̃ elegantissi me psimile esse dicebat coniugiũ senectuti:qm̃ utrunq; imperitũ,& inexptes ferè asseq anhelant : at ubi assecuti sunt,grauiter solere eos dolere prioris uoti fœlicitatem per tæsos. Hipponactes uir sapiẽtia summa pditus dice re solebat,duos tantũmodo esse iucundissimos cõiugii dies,nuptiarũ.s.& funeris:uerũ funeris multo fœlicio rẽ:qm̃ nuptiarũ dies multorũ initiũ esset malorũ,funeris uero finis. Quãobrẽ Pacuuiũ in morte triũ uxorũ,q̃ de una sese singulæ ficu suspẽderant lachrymantem, ferunt his uerbis ab Ario eius amico cõfirmatũ. O dii boni,in qt,q̃ iniq; ploras:qn potius recordare qd tibi suspendia

una fœlix arbor suspenderit, & gratulare plantæ illi fœlicissimæ. Rogauit subinde per iocum dari sibi de eadẽ arbore surculos, quos & ipse suis hortis insereret, ac rigaret, ut esset (credo) uxori suæ nimium uiuaci, unde & ipsa pendere cito posset. O quot sanè uiri in foro publice adiudicantur uulgo fœlices: ꝙ opibus, & dignitate, & honore multis præstent, qui tamen clam, intra domesticos parietes, uti uilia mancipia ob improbos, & importunos uxorum mores, assidue, grauiterque uexantur: quantoque foris honestis titulis, apud homines magis nitent, tanto domi apud uxores propter contemptum, & apud semetipsos, propter conscientiæ testimonium, magis sordent. Nec ab re propterea Mitio ille terentianus fœliciter secum agi dicebat, quòd uxorem nunquam habuisset, quod unũ maxime fortunatum esse censebat. Quam fœlicitatem ne quando perderet Thales ille Milesius, unus ex semptem sapientibus græciæ, suadenti sæpius matri, ut uxorem duceret, perbelle astutis suis his responsis imposuit. Primo nanque respondebat. Nondum est tempus mea mater uxoris habendæ quũ sim iuuenis adhuc. Processu uero temporis, emensa ferè iuuenta, quum illa acrius instaret, atque idem frequenter repeteret respondit. O mater non est tempus amplius: nam senescenti mihi uxore opus non est. Idem fermè sibi uult illud dictum Diogenis, qui aliquando interrogatus: quando esset uxor ducenda. Iuueni (inquit) nondum: seni nunquam. Perplexe enim ea urbanitate sermonis suadebat, abstinẽdum prorsus matrimonio, qui tranquille uiuere uelit. Vnde Paulus ad Timotheum: ut tranquillam inquit, & quietam uitam aga-
1. Timo. 2 mus, in omni pietate, & castitate. Quod est dicere, ueram uitæ tranquillitatem, & animi quietem, non nisi in cultu & obseruantia religionis, & in castitate, & carnis integritate consistere.

Non posse quempiam bona fide uoluptatibus, & sacris simul mysteriis animum intendere: Cap. IIII.

Quis iam hoc uel sua sponte non uidet, neminē uxorem habere posse, atque simul corporis uoluptatibus studere, ut non animi tranquillitatem mox perdat? Affecta siquidem & afflicta eiusmodi perturbationibus mens nil nisi uitiosum, atque corruptum capit: sicut ait ille. Syncerum nisi uas, quicquid infundis, accescit. Neque enim bona fide quisquam sese in diuersa simul studia intendere potest, iuxta illud seruatoris nostri Dei dicentis. Qui non colligit mecum dispergit, & qui non est mecum contra me est. Et idem prouerbialiter affirmat, neminem posse duobus dominis seruire, ut dum uni adhæret, alterum non relinquat. Nullum quidē est honestarum rerum turpiumque consortium: si corporalibus rebus seruias, spiritualia ministeria animo deseras necesse est: nam cogitare cœlestia, simulque attractare terrena, non magis est unius animi, quàm unius oris (ut aiunt) sorbere, & flare. Siquidem humanus animus agri naturam uidetur imitari, qui & si natura fœcundus sit, iactaque semina recipiat: non prius tamen ea fouere recte potest, quàm tribulis, gramine, lappis, aliisque inutilibus herbis fuerit diligenter expurgatus. Quonam pacto quæso poterit quis libere, & ex corde seruire diuinis, qui quoquomodo siue maritus, siue fornicarius, siue adulter, subest seruiliter imperio muliebri? Credite fratres, non consonat is chorus, neque cū hac cithara concordat sacerdotale psalterium. Etenim quū nihil aut honestius, aut sanctius agi possit re diuina, & ea maxime, qua sacrosancta illa mysteria corporis, & sanguinis domini perficiuntur, quid magis deceat non uideo, quàm exinanire mentem his perturbationibus, & curis, & animis semper astare paratis, ut corde, & animo

Matth. 12
Matth. 6
1. Cor. 7

expurgato, & libero, Deo nostro iugiter seruiamus. Quod nequaq̃ pstari pt ab his, q mulieribus, aut liberis quoquomodo obstringuntur, uenerięꝗ deseruiunt. Nã ẽt coniugium, ut asserit. Io. Chrisostomus, & si minime peccatum est, tamen malitia pene malum est: quando in opere eius facile fiat malũ, ac frequẽter peccetur. Quod autem non semper sit absolute bonum matrimonium, idem auctor hoc argumento confirmat. Nunquam inquit præmium promittitur abstinenti à bono: sed quũ abstinentibus à coniugio præmium debeatur, satis patet coniugium non esse simpliciter bonum. Validissima sanè ratione, atq firmissimis argumentis roboratur à tanto doctore id quod asserimus, non decere scilicet sacerdotalem perfectionem contaminari ullo pacto uoluptatibus, aut molestiis nuptiarũ: quandoquidem id genus sint nuptiæ sicut honores, & diuitiæ, & cuiusmodi, q̃ indifferentia solent dici, qꝺ neq mala quidem, neque bona prorsus habeanrur: sed ueluti in meditullio posita, uel bona uel mala euentu ipso usuq; noscantur. At qui uero dedecet religiosum, ac sacrum hominem aggredi quicquam, quod faciat, bonum ne, an malum facturus
1.Co.7 sit, p ro certo nesciat. Non sic planè est de continentia cœlibatus, quum Apostolus ipse pro certo dicat. Bonum est homini mulierem non tangere, oporteťq; omnes homines cœlibes, & castos esse ut seipsum: nec mulierum imperiis subiacere. Cæterum ut dilucidius cõstare possit, q̃ uerum, quanque consentaneum sit, quod asserimus (bonarum coniugum uenia) coniugiorum erumnas multis, magnisque exemplis, atque illustribus explicemus. Est enim operæprecium nostros cœlibes cuncta hæc incommoda noscere: ut à desyderio uxoris, & ab omni prorsus uenere facilius sese contineant. Is enim ipsis qui nequeunt uxores licite ducere, iure cœlibatus bona, & coniugiorum incommoda annumerantur: quatenus in eo, quod elegerint,

uitæ genere, hilariter, & contenti, ac sibi placētes uiuant: illud interim Plautinum uerbum dicentes, Liberæ sunt ædes, liber sum ego, libero me uti uolo.

De molestia, & incommodis rei uxoriæ: deq; intractabili ingenio mulierum. Cap. V.

Coniunx in primis (ut lepide lusit Plautus) nulla eligi pōt optima, sed alia alia peior. Cōsultus ēt de muliere Salomō. Mulier, ait, bona difficile inuenitur, uirum de mille quidem unum reperi, mulierē autem ex omnibus non inueni. Mirum ꝙ in mille non concesserit unam mulierem bonam, magis etiam mirabile, quòd nec in pluribus millibus concedat. Quod ꝗ uerum sit, adeo sanè facile cognitu est, ut & noscere per se quisq; possit, & ad confirmandū, quod dicimus, nihil artificiosa oratione sit opus: quando muliebribus tædiis plenæ sint ubiq; domus thalami, lecti, atria, porticus fora, uici urbes, & deniq; omnia. Nec est ꝙ in ea re anxie reuoluas uolumina librorū, ut scriptorum antiquorū au ctoritate nitaris: tātū est, ut uelis adire publicū, atq; egredi in uulgus, & præbere aures querimoniis. Vndiq;.n. infœlicium coniugum querelis pulsaberis, undiq; tibi aures insani obstrepent clamores eorum, qui ve uxores q́ve uiros inuicē maledictis incessent. Quocirca non abre Romanorum superstitio huius tanti mali deprecandi gratia, Viriplacam deam sibi fecit, eique sacellum intra mœnia dicauit, ut quoties inter uirum, & uxorem aliquid (ut fit) iurgii intercederet, eo dissidentes coniuges conuenirent, ubi postquam diu multumque altercati, atque inuicem locuti fuissent, quæ uellent, concordes inde domum omni querela Viriplacæ fauoribus sublata repeterent. Erat hoc templum Romæ, & donariis, & frequenti dissidentium coniugatorum conuentu celeberrimum, & Viriplacæ Eccl. 7

numē cunctis in tota urbe summæ uenerationi,religio-
sæq; formidini. Neque uero iniuria huic deæ Viripla-
cæ nomen est inditum,potiusquam Vxoriplacæ: quan-
doquidem frequentius uiros uxoribus,quàm uxores ui
ris placare consueuerat. Nam si uiros, quoties iratæ sibi
uxores fuissent,adire Viriplacam,uel potius Vxoripla-
cam oportuisset præ tædio sanè creberrimæ reuersionis
elegissent potius nunquam à templo abesse, quàm eo
quotidie commigrare. Solent nanque nonnullæ mulie-
res(neque enim uniuersas pariter eodem indicio nota-
mus)de industria rixari cum uiris suis,& occasiones au-
cupari iurgiorum, quibus assidue suos exerceant mari-
tos,ne quiescere, aut uacare contingat. Tradunt etiam
Athenis(ut Plutarchus refert in uita Alcibiadis) institu-
tum fuisse magistratum, cui in tam frequentibus conu-
giorum discordiis,uxorem uiro,& uirum uxori sublatis
contentionibus auctoritate publica recōciliare ius esset.
Non frustra sanè id à sapientibus uiris cautum legibus
credendum est,quum & Diogenes cynicus dixerit nul-
lam tam bonam uxorem esse,in qua nō inuenias quod
queraris. Et Simonides uir sapientientissimus, interro-
gatus aliquando, quid esset uxor,respōdit. Vxor uiri
naufragium est,tempestas domus, quietis impedimen-
tum,uitæ captiuitas,pœna quotidiana,pugna damnosa,
fera contubernalis,canis ornata,necessarium malū. Huc
pertinet & illud scitum Varonis dictum. Thesaurus ma
lorum mulier. Propterea Gorgias rhetor celeberrimus,
hac & ipse peste laborans,haud illepide fuit à Melātho
publice,palamq; derisus. Nā quum is in Olympiis quæ
Ioui totius Græciæ celebritate habebātur,longa oratio-
ne de Græcorum concordia perorasset. Melanthum ita
illum delusisse lepido responso ferunt. Iste ægregius,in-
quit,orator nobis omnibus,ut iure inter nos fœdus fe-
riamus una hora persuadere nititur,qui se,& uxorem,&
ancillam tres duntaxat,ut inuicem consentiant tanto tē-
pore

pore inducere, nunquam potuit. Nempe uideri id tibi mirum Melanthe non debuit: ut pro Gorgia hic tibi respondeam. Facilius enim ille duxerat posse se totam Græciam pacis legibus continere, quàm Zolotipam uxorem placatam sibi, atque pacificam reddere. Nec iniuria, raro quidem, aut nunquam sub eodem tecto pax & fœmina cohabitant. Extat pulcherrimum dictum uarii oratoris illustris. Qui non litigat, cœlebs est. Vnde Cremes ille Terentianus aduersus uxorem sub persona omnium maritorũ, Pergin ait mulier molesta esse? Nullam ne rem unquam uolui in uita mea, quin tu in ea mihi aduersatrix fueris? Non hic tacebo lepidissimum responsum Antonii Panhormitæ uiri doctissimi, quod non ideo placere minus debet, quod recens sit, quum sua ipsa acrimonia maximam redoleat uetustatem. Nã is (ut refert Pontanus) interrogatus quibus rebus maxime opus esse iudicaret ad connubii tranquillitatem: Nullas, inquit, nec quietas nec fœlices satisfuturas puto nuptias præterquam si uir surdus esset, & uxor cæca. Id non magis facere dictum, quàm in pluribus uere. Hoc autem dixit ne illa scilicet uidens suspicari quippiã posset de marito, nec is audiens quę perperam, & assidue aduersus se uxor perstrepat auditionibus assiduis obteratur. Siquidem fœmina natura rixosa est, & garrula, quamobrem quum illi rixandi nulla in promptu æqui or causa fuerit, sæpe de industria simulat se zelotypam, & ficta pellice plorat: palam cibo abstinet, inque aliquo domus angulo gemebunda, uel nullo læsa dolore, de marito conqueritur. Si uero super aliqua re seria commota fuerit, discruciatur animi ringitur, tumetque: & quòd sese ulcisci nequeat æquanimiter ferre nõ potest: lugetque interim ex eo miserabiliter, torue tuetur, uenenata sibilat, atque singultat suspiria: pugnis interdum sese uerberat, genas unguibus lacerat, cognatorumque, ac uicinorum sæpe fidẽ implorat: imprecatur, rabit, furitq;:

atque usque adeo uirum excarnificat suum, ut insonem, ac peruigilem perpetuo reddat, & si quid forte somni post longas uigilias lassus captet, dormiens quoque rixas somniet, feralibusque agitetur imaginibus. Quare multo sanè fœlicius eiusmodi marito foret carere auditu, & ubiuis gentium, uel inter lustra ferarum ætatē agere, quàm domi cum muliere irata: ubi tot mala audiat, quæ sibi assidue grauiterque mentem, & aures obterat atque obtundat. Nullum est enim animantium genus tam loquax, tamque obstreperum, quin noctu aliquando conticeat, sola autem fœmina eo est prædita ingenio, ut nec eam quidem partem noctis, quæ ab ipsa taciturnitate & quiete dicta est conticinium concubia, putet esse ad garriendum intempestiuam, at eo potissimū tempore magis magisque suis nngis, ac quereiis cubiculum ipsum, & lectum, qui locus est ad hilarescendas curas datus, uertit incarnificinam, pistrinum, & carcerem. Hinc Mœcenas ille decantatissimus, ob difficiles, ac puersos uxoris mores adeo experrectus fuisse legitur, ut somnum, symphoniarum cantu, & ex longinquo leni resonantium aquarum murmure, ac indulgentiori potu, & mille id genus illecebris ambire consueuerat, quo mentem suam uxoriis curis affectam falleret aliquando nec ualebat. Præstabat enim unius uxoris molestia cunctis illis illecebris somniorum: ita ut sola uxor potis esset profugare somnum, quem tanto studio, & tam uariis artibus perquisierat. Hæc de pacata quoque uxore referuntur. Quid modo si eueniat ut eam irarus uerberes? cauendum est protinus tibi, irritasti crabrones, cum truci bellua tibi profecto res est. Num tu scis, Bacchæ bacchanti si uelis aduersarier (ut Comicus ait) ex insana insaniorem facies, ac feriet sæpius: si obsequaris, una resolues plaga. Nolim hic tibi malum quodpiam ominari: uulgatum, notumque furens quid fœmina possit, ut ait poeta. Ad restim res rediit. Tunc orba tigride

pelor, iræ impatiens quassabit ardentes faces, ac sese ulcisci cupiens in mortem tuam incipiet machinari: bona tua male distrahere, familiam totam subuertere, affines in te concitare, atque ita agere denique peruerse omnia, ut te tandem quisquis es, uerberationis eiusmodi necesse sit pœnitere: ac submittere te, & musitare post hac iniuriam. Quatenus uero posiit quis iratæ sibi uxori fidere, docet nos trepida magis quàm inconsulta suspitio Alexandri Pheræi, qui (ut legitur) ne dilectæ quidem, ac placidæ uxori fidendum unquam censuit. Nam quanquam ille Thebeni uxorem admodum deligeret, atque ab ea uicissim plurimum ipse quoque amaretur, ad illam tamen in cubiculum ueniens seruum barbarum stricto ense iubebat prius ingredi, atque aliquem de stipatoribus suis fidelem una cum illo semper præire, qui scrutarentur diligenter arculas muliebres, ipsamque uxorem discuterent: ne quod forte aut arca, aut uestimentis telum furtim ipsa teneret. O miserum magis quàm improuidum, aut imprudentem maritum: qui multo fideliorem putaret sibi foret seruum barbarum, quàm uxorem amantem. Haud tamen eum fefellit opinio, & insidiarum suspitiosa formido: nam ab ea denique ob pellicatus suspitionem fuit crudeliter interemptus. Huius exemplum secutus est Dionysius Syracusanus, sed non eundem exitum sortitus. Duarum enim matrimoniis uno tempore alligatus, neutrius unquam nisi prius excussæ congressum petiit. Sanson quoque ille fortissimus, & ipse duas uxores habuit, ab altera secreti reuelatione fuit grauiter deceptus ab altera traditus hostibus, & excœcatus. Salomon omnium mortalium alioqui sapientissimus, ut uxori complaceret, in tantum sese summi sit, ut dum illi obsequi studet, impie à maiorum pietate

deflexerit: & Dei opt.max.cultum idolorum superstitione foedauerit: magis ueritus sibi infensam reddere uxorem, quàm Deum. Verum dum sic impie uxoriis iussis miser obsequitur, iram in se, suosq; neglecti numinis ita concitauit, ut ob eam impietatem maximam post se in familiam suam cladem inuexerit. Quatenus autem, & quàm constanter uxoris saeuitiam & mussari, & perferri oporteat Socrates philosophus probe sua tolerantia, re & experimento monstrauit. Is enim quum Xantippes uxoris suae quantumuis importunis clamoribus assidue uexatus nullatenus turbari potuisset: & conuitia quaecunque perferret aequo animo, foedidis aquis, seu lotio, per contemptum ab ea, aliquando dum ianuam pulsaret perfusus est, ut uel illa saltem contumelia turbaretur, qui omnes prorsus iniurias cõtemnare solitus fuisset. At ille ut erat prudentissimus & probe norat ingenium muliebre, id quoque ab uxore pati posse didicerat: & foedum facinus lepidissimo scomate accepit: nã caput quassans madidum, nonne, inquit, dicebam Xantippem tam diu tonantem aliquando pluituram? Idẽ ab ea pugno quãdoq; caesus, nihil aliud questus est, nisi quòd diceret, inique cum hominibus natura agi, qui nescirent, quando se domi galeatos esse oporteat. Non fuit id sanè multum mirabile, talem tantunque philosophum potuisse tales contumelias uxoris ferre: sed idẽ praestitisse Philippum illustrissimum Macedonũ regẽ, alioqui inuictissimum: hoc uidetur fuisse profecto miraculum. Introeunti nanque ei de more cubiculum uxor obstitit irata, obdensque pessulo hostium, foras maritũ exclusit: qui tamen spreta cõtumelia, nescio quid in muliebre ingenium secum murmurans, abiit innoxius, patienter ferens sese ab uxore contemni. Est qui fortassis miretur ausus tantos in foemina: at ego magis stupeo constantiam tantam in rege, quomodo potuerit tam in

ſignem iniuriam æquo animo perferre. Sed longe ſe-
cius habuit ſeſe ad uxorem: Aſſuerus Perſarum rex,ne
ſcio an ſapientius,qui(ut in ſacris literis habetur) V aſthi
reginam,quia uocata ad ſe uenire contempſit, de conſi Heſt. 1
lio ſibi aſſiſtentium conſultorum repudiauit,ut ſuo exẽ
plo cæteras erudiret,ne aſſueſcerent poſthæc negligere
imperia maritorum.

Minime tutam ſolere eſſe ſenectutem à mo
leſtiis uxorum. Cap. VI.

SPeras tu quidem fortasſis aliquando exacta iam
ætate immunem ab his moleſtiis acturũ deinceps
ſenectutem:& cum longæua uxore beneficio æta
tis,tunc denique quiete,& tranquille poſſe uiuere: qua
præſertim ætate importunus zelus, ſuſpitioneſque mu-
liebres,ac faſtus unà cum iuuentute tranſilierunt. Erras
profecto,ac uehementer falleris:optandum id quidem
potius tibi eſt,quàm ſperandum. Eo nanque tempore
noua factio,nouaque ſeditio exorietur tibi. Nam tunc
illa à te in nurum conuerſa,noua inibit prælia,nouos in
ſultus,noua disſidia nihilo facilius ferenda,quàm prio-
ra illa,quæ in te exercuit antea annis iuuenilibus: quo-
niam nunc quidem uitio ſexus uitium quoque ætatis
accedet. Hinc quotidie ad te moleſtæ utrinque deferen
tur querelæ,asſiduis obtunderis rumoribus,quotidianis
exerceberis iudiciis,ut niſi obſurdeſcas prorſus tot iudi
cia diutiꝰ ferre nõ ualeas, Laches iccirco ſenex ille Terẽ
tianus,perſonam maritorum gerens, hiſdem oppreſſus
incommodis,ita mirabundus inclamitat. Proh deum,
hominumqꝫ fidem,quid hoc genus eſt?quæ hæc coniu
ratio? ut omnes mulieres ea æque ſtudeant, uelintque
omnia:neque declinatam quicquam ab aliarum inge-
nio ullam reperias:itaque uno animo omnes ſocrus o-
derũt nurus,uiris eſſe aduerſas,æque ſtudium eſt:ſimul

pertinacia est. In eodem mihi omnes uidentur ludo doctæ ad malitiam. Hactenus ille & eloquenter, & uere. Haud multis sanè contigit fœlicitas illa uxoria, quæ P. Rabirio contigisse mmoratur qui suo monumento pro miraculo iussit insculpi. CVM CAIA ENIA VXORE VIXIT ANNOS QVADRAGINTATRES MEN. OCTO. SINE QVERELA. Verum ut multo lepidius, ita forte, & multo neruis alius quidam in sepulchro suo mandauit incidi: quod (ut audio) adhuc prope Romam in uia Tiburtina conspicitur. HEVS VIATOR MIRACVLVM, HIC VIR ET VXOR NON LITIGANT. QVI SIMVS NON DICAM. AT IPSA DICAM. HIC BEBRIVS EBRIVS ME EBRIAM NOMINAT. HEI VXOR ETIAM MORTVA LITIGAS. Iocatus nimirum iste uidetur urbanissime, sed seriam rem certe docet, nihil dissidens ab eo prouerbio, quod dici solet. Mulieri non credas, ne mortuæ quidem.

De diuite uxore, deque paupere, & de nobili, ac contra. Cap. VII.

PRæterea quum ducenda tibi sit uxor, uel diuitē, uel pauperem ducas oportet. Si duxeris pauperem, graui afficis damno familiam: quæ haud facile quidem matrimonii incommoda sine ullo dotis commodo perfert. Pauperem profecto uxorem alere pauperi præsertim ualde, difficile est. Amat enim fœmina ocia, & ignauos imitata fucos labore uiri quæsita consumit, nihil interea præuidens quid sit futurum. Sin uero diuitem quasi consultius duxeris: duram accepisti prouinciam, opprimeris sanè fastu diuitiarum, onere ꝓfecto magno, ac ꝓmolesto, & omni paupertate grauiori. Iam non erit ea tibi uxor, sed domina, tuque ei nō ma

ritus magis, quàm mancipium.
Veniunt à dote sagittæ.
Intolerabilius nihil est quàm fœmina diues,
ut Lepide poeta ille satyricus dixit. Assuescere te sanè oportet pati omnia: reiicere amicos, deferre cuncta studia liberalia: aspernari uel animam, ut uni tantum fœminæ totus uaces: idque solum negocii reliquum tibi erit: ut ne uel latum quidem digitum ab ea iniussus discedas: neque quid, nisi præfinito loquaris, & quæ illi in primis placeant. Proinde Plautinus Demenetus uxorem fastidiens locupletem, ita secum miser ob murmurat. Argentum, inquit, accepi dote, imperium uendidi. Magnis re uera dotibus magna, multaque insunt incommoda. Vnde is ipse poeta. Dotatæ, inquit, mactant & malo, & damno uiros: nam quæ indotata est, ea in potestate est uiri. Esse sanè solet diues uxor insolens, procax, molesta, imperiosa, & quæ non fastidia modo, & damna, sed, & probra, atque dedecora emptitio uiro afferat unà cum dote. Cuius rei perquam illustre exemplum præbuit. M. Antonius Romanorũ imperator, qui Faustinæ uxoris dote ad imperium usque prouectus, quum domestici probri, ob uulgata illius adulteria, admoneretur tacite ab amicis, ut uel repudio, si non nece, suum dedecus extingueret, ita respondit. Si uxorem dimittimus reddamus & dotẽ. Impiũ aut summa dotis fuerat qđ ab Antonino Pio Augusto illius gratia adoptatus, acceperat. At q̃ modo si tanti uiri manus opulentia dotis alligat: tantamque potentiã frænare põt diues uxor, quid iam sperandum est homini priuato, & pauperi? Iccirco sapienter Lycurgus suis ciuibus lege lata prouiderat, ut in matrimoniis santiendis uxores eligerent, non pecuniam, seuerius matrimonia sua uiros coercere posse dicens, quum nullo dotis fræno tenerentur: & propterea statuit, ut uirgines sine dote nuberent: ne respectus dotis, aut puellis insolentiam adderet, aut

uiris in uxorum electione uerum iudicium suffocaret, ex quo illi ipsi uiri in regendis mulieribus uirilem libertatem amitterent. Recte hic sane Lycurgus: quando (ut ait Comicus) uxor dum morata ueniat, dotata est satis. Sed nec minus scite & à Babyloniis, & a nostris priscis Venetis in dotandis uirginibus (auctore Herodoto) obseruatum est: qui scilicet uirgines suas, ubi maturæ uiro forent, publice nuptui locare consueuerant: ita ut pro eis, quæ egregia aliqua forma præstarent, quasi uenalem ipsam haberent grandem pecuniam ab earum sponsis exigerent: quæ uero mediocriter pulchræ forent, gratis eas petentibus cōcedebant, at quæ ita deformes essent, ut detrudi nemini gratis possent, eæ ipse cum pecunia, quæ de uenustarum sponsis collecta fuerat, nuptui pauperibus tradebantur. Et hoc pacto, nec pulchris ulla erat formæ superbia, utpote pecunia emptis: nec mediocribus exprobratio dotis, quæ nulla fuerat: deformibus uero supercilium dotis deformitatis uitio premebatur: siquidem erat his pecunia hostimentum pro forma, illis uero forma pro pecunia. Itaque per Lycurgi leges non nisi formosæ poterant certo nubere: at apud Venetos & Babylonios ea tempestate æque bene omnes. Sed iā abrogata sunt hæc omnia, ut tam deformes, quàm pulchræ, quoquomodo posfint, uel dotatæ, uel indotatæ nubant. Pauperem ergo (ut redeamus ad rem nostrā) alere graue est, at diuitē ferre omni inopia acerbius: ita ut quicquid agas, magnnm sit tibi futurum utrobique tormentum. Hic enim pauperies grauat, illic seruitus premit, graue utrunque malum, ac uix ferendum. Quid si etiam summæ doti nobilitas quoque accesserit generis? Summitte caput, ceruice parata ferre iugum. Ideo Iuuenalis Aquinas.

Quis ferat uxorem, cui constent omnia? malo,
Malo Venusinam, q̄ te Cornelia mater
Grachorum si cum magnis uirtutibus affers

Grande supercilium,& numeras cum dote triumphos, Propterea Metellum requirenti Mario cur filiam suam dote diuitem forma præstantem,genere claram, fama fœlicem,uxoreun ducere recusaret? ita respondisse fe- runt.Probo equidem hæc omnia,sed malo meus esse, quàm suus.Cui rursum Marius.Immo ipsa tua erit. At ille iterum. Mos alius est:uirum uxoris esse oportet,si diu cum uxore uult esse. De nobilitate uxoris Cleobo lus,uir sua ætate magnæ sapientiæ habitus, ita differe- bat. Si clariorem te uxorem ducas.quot affines habe- bis,tot & dominos.At qui modo situ quum nobilis sis ac locuplex ducas inopem,&humilem,ut ea ratione ui tes mulieris insolentiam,quæ diuitibus, ac nobilibus in esse solet,incurres tua hac prudentia in uulgi infamiam, sordidosque, atque degeneres tibi liberos obscuritas matris reddet,& inde cognatorum probra,fauorer nul li incommodaque alia multa quæ prætereo: atque sic obscurabitur interim familiæ splendor nullis adiutus studiis propinquorum. Itaq; quoquomodo rem agas graue subire iugum, atque seruitutem seruire necesse est. Addas etiam ꝙ uxor humili loco nata,& pauper, non semper suauis,ac mitis obtingit:ut tu tibi forte per- suades,ac speras.M.Cato Censorinus Auctoriam Pau- lam humillimis ortam parentibus eo consilio duxerat, ut eam sibi magis obsequentem habere posset: sed fe- fellit hominem alioqui prudentissimum opinabilis diui natio:nam mox ubi traducta est, inofficiosa uinolenta, ac inops mentis esse deprehēditur:& (quod difficile est credere) Catoni superba.

De forma uxoris,ac difficillimo delectu.
Cap. VIII.

SI uero de forma uxoris contingat dubitari,utram eligas potius,speciosam an deformem: habes in-

in ea re Bionds philosophi tortuosum &plenū ꝑplexi-tatis iudiciū,sed certū de cœlibatu consiliū qd sequaris. Nā interrogatus aliqñ à iuuene quodā,deberet ne uxorem ducere, an uitam uiuere cœlibem:ita respondisse ferē.Si uxorē duxeris, aut pulchrā duces,aut deformē. Si pulchram,habebis cōmunem,si deformem,habebis pœnam,quorum neutrum probandum censeo,utpote alterum altero peius.Ex quo sanè dicto facile percipere poterat,quisquis ille consultor fuerit, multo conducibilius sibi fore,se inter cœlibes q̃ inter coniugatos censeri.Ita profecto res sese habent,quando quidem difficile est custodire,quod multi appetant,& molestum habere quod nemo libenter intueatur.Ille anxius de pudicitia, hic ob uxoris deformitatem semper est miser: & ut illa semper,suspecta erit uiro suo,sic ista semper despecta. Sed si quis dicat. Quid si mediocrem duxero? ut ne scilicet forma præstet, nec sit oppido deformis? Est enim inter pulcherrimam & deformosissimam mulierem media quædam forma, quæ & à nimio periculo pulchritudinis,& a summo deformitatis odio procul abest:qualis à Q.Ennio stata forma perquam eleganti uocabulo dicitur,quæ(ut exponit Gellius)neque communis futura sit,propter pulchritudinem,neque erit pœnæ propter deformitatem:quam formam (ut ille idem auctor affirmat) Phauorinus philosopus appellitabat uxoriam,quasi mediocrem,& modestam. Melius sanè credo,atque consultius id esset,attamē nec hic quidem omnino securitas.Nulla est enim mulier adeo mediocri forma prædita,quin placere possit alicui. Atqui tamen tutior pudicitia illius cēsenda est, qui eiusmodi forma stata, id est uxoria cōtigit,q̃ quæ præcellat pulchritudine. Verum si erit illa fortasse pudica, quia parum formosa, tu forsan dum nimius es admirator formæ non contentus uxore,efficieris impudicus, eritque nouissimus error iste(ut dicitur)peior priore. Sapienter

quidem & Socrates interrogatus a quodam de uxo-re ducenda nec ne.ita indistincte respondit. Vtrum horum fecisset, acturum eum poenitentiam. Hinc inquit & solitudo, orbitas, interitus generis, & hæres alienus excipiet,illinc perpetua solicitudo curandæ familiæ, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium graue supercilium, garrula socrus paratus moechus incertus liberorum euentus. I modo, tuque ipse in rebus tam dubiis fac delectum.Theophrastus uero celeberrimus philosophus in ducenda uxore nihil sibi durius uideri dicebat, quàm quòd nulla esset uxoris electio, & quòd in tanto uitæ periculo nullum fieri periculum liceret, quodque qualiscunque uxor contigerit, habenda foret.Si iracunda, cedendum est, si fatua tolerandum, si superba ferendum, si foetida dissimulandum, si ualetudinaria compatiendum, si denique impudica conniuendum.Quæ quidem omnia tunc tandem constant ac sese produnt, quum mutare amplius consilium est nefas.

De bona & facili uxore. Cap. IX.

QVid modo si forte ex animi tui sententia habere tibi uxorem contigerit, cui constent omnia, bonam scilicet,suauem pulchram pudicam facilem, quæ (ut aiunt) rara auis in terris, & à paucis uisa? num quid tibi tam fortunato marito erit protinus uel in tantis commodis de uxoris foelicitate gratulandum? Minime quidem, quòd nec sic beatus tu tibi placere potes sed collum arctius in laqueum inseruisti,ut istic plus mali planè sit, quàm boni. Nam tunc quoque ex nimio amore ferme desipies, ac perpetua exerceberis cura,semper solicitus ne te satis amet, ne animum mutet,ne corrũpatur. Atq; si forte eueniat(ut sæpe fit)ut tua hæc tam dilecta uxor ægrotet,qd tũc miser

facies,quid tibi animi mentisve,aut cordis erit? Ægro-
tandum sanè est tibi pariter cum illa, nusquam ab eius
oculis,ab eius latere,ab eius ore, uel latum unguem re-
cedendum. Si parit tibi eum pariente dolendum: si peri
clitabitur,periclitandum:ac una cum moriente morien-
dum. Amor enim uiri,quem sibi mulier seu forma, seu
morum facilitate conciliat,insaniæ,ac furori plærunque
est proximus: iuxta illud Terentianum. Incœptio est a-
mentium haud amantium. Dum enim uir fruendæ a-
matæ uxoris inexplebili cupiditate exæstuat, assiduo
metu,cura,suspitionibus,desideriisque consumitur:usq;
adeo ut dũ nimis perdite uxorem amat, sibiipsi redda-
tur multoties odiosus. Exemplum nobis huiusce mise-
rabilis fœlicitatis Anæus Seneca proponit,referens no
uisse se quempiam satis ornatum uirum,sed adeo præ
uxoris amore furenrem, ut exiturus domo illius fascia
pectus sibi obligaret:ut ne puncto quidem temporis tã
dilectæ coniugis præsentia à memoria laberetur:potio
nem quoque nullam nisi eiusdem prægustatam prius
labris hauriret. Origo sanè huius amicitiæ satis honesta
uidetur:at magnitudo affectus,& improuida uis amo-
ris oppido importuna grauis,& immodesta. Quidnã
quæso refert qua potissimum occasione insanias, dum
æquo insanias modo? Protoplastus Adam parens om
nium mortalium nisi plus æquo adamasset coniugem,
& putasset magis ei parendum esse,q̃ Deo, nunquam
sciens,uolensque in suam,omniumque perniciem,con-
tra edictum domini fructum uetitum comedisset. San-
son quoque ille robustissimus omnium à nostris tanto
pere celebratus,nimio affectus zelo in coniugem sese
Philistæis deludendum, atque occecandum præbuit.
Idem amor Salomonem quoque mortalium omnium
sapientissimum ita dementem reddidit, ut à ueræ piæ-
que religionis tramite deuium,ad uanam idolorum cul
turam superstitionemque detorsent, Nonne Cleopatræ

reginæ amor.M.Antonium eousque pertraxit, ut dum uxoris persuasionibus miser obsequi studet, uictus, ac superatus sibi ipsi necem consciscere coactus sit? Quid Ninus Assyriorum rex:nonne & ipse magnum ædidit insaniæ eiusmodi exemplum?quando is usque adeo à mori Semiramidis uxoris indulsit,ut(si modo uera sint quæ de eo referuntur)eam insignibus regiis instruxerit, permittens ut & ipsa aliquandiu sola pro se regnaret? Quamobrem occasionem strenua mulier regnandi nacta in regno postea perseuerauit:uirumque in suã prorsus redactum potestatem sic domuit, ut deinceps q̃diu uixit non obnoxium modo suis imperiis, uerum etiam seruilem in morem, tanquam uile mancipium semper habuerit.Darius item Persarum rex suis lachrymis testatus est maiori quidem flagrasse affectu amoris in coniugem,quàm cupiditate ditionis in regnum.Duplici namque prælio profligatus ab Alexandro,& maxima imperii parte exutus,nullum tristitiæ signum unquam præ se tulit:at ubi ei mors coniugis nunciata est, solutus in lachrymas ad motis ad oculos manibus fleuit amarissime,& plusquam fœmellam,quamuis mollem, flere decuisset.Quid de Tyberio Graccho dicemus?nonne usque ad furorem Corneliam uxorem suam adamasse constat.Is enim geminis anguibus intra cubiculi limen comprehensis,quum ab ostentorum interprete accepisset fore,ut si alterius sexus serpens interimeretur, uxori superstes esset,sin uero contra mas necetur, se extemplo interiturum : maluit bonus maritus marem occidi (quum necesse foret alterum mori) & sibi uxorem superesse,q̃ se superuiuere uxori.Sed & Plautius nihilo sapientius adamauit Orestillam uxorem:quam secum duxerat itineris comitem: nam defuncta ea apud Tarentum,ita exanimatus est,ut inter lachrymas,atque oscula defuncti cadaueris,ferro incumbens eam ipsam quam secum uiuam ducere nõ poterat,mortuam sit secutus.

Nec fere minori insania Lepidus dilexit Apuleiam, qui quum post Syllæ dictatoris interitum ob dissentionem ciuilem urbe eiectus in Sardyniam insulam relegatus fuisset, audito uxoris repudio, præ tristitia animi mortem uoluntariam miser oppetiit. Constat ergo amorem, erga pudicam, & facilem uxorem, iuxta atque odium solere uexare maritum atque etiam perdere, ut nihil certe iam expedire nobis magis posse uideatur, quàm uxore omnino carere. Verum enim uero si quando nuptiarũ desyderium mentem subeat, parum quidem timendũ est, ne nimis amabilis tibi uxor contingat, sed in postremis malis habenda est hæc fœlicitas matrimonii, quum q̃ rarissime, & q̃ paucissimis hominibus id soleat euenire.

De superfluo ornatu, uanoq́; , ac damnoso comptu mulierum. Cap. X.

NOn est illa quoque solicitudo uel potius ærumna in postremis habenda, qua quotidie in exornanda uxore miser maritus affligitur. Nulla enim excipitur ferre mulier ex hoc albo, nã omnes, plus quam res patitur, student elegãtiæ, & ex sua natura multo comptiores, atque ornatiores penè malunt uideri, q̃ pudicæ, atque in eo potissimum inter se certãt, ut altera alteram luxu uestimentorum, & cultus ambitione præcellat. Mundicies quidem lautitiaq́;, & ornatus, corporis proprium est, atq; innatum studium fœminarũ, his gaudent, his fruuntur, atque his sese uel in primis iactant. Quamobrem, ut se exornare, atque cæteris comptu superfluo, & luxurioso præstare possint comparanda est eis preciosa, & lauta suppellex atque exquisitus ornatus, ut pluris ferme constet uiro uxoris cultus quàm uictus aut uestitus totius reliquæ familiæ. Comparãdæ enim sunt ei uestes preciosæ omnis generis: aureæ scili-

cet,sericæ holosericæ laneæ,lineæ bysfinæ, undulatæ in tegræ concisæ,unicolores,uariæ purpureę hyacinthinæ & eiusmodi absque numero,& absque modestia. Insu per gemmæ,uniones,margaritæ,beryllus,topazius, o- nyx,pyrop⁹,hyacintus,smaragdus,iaspis,adamas, crystal lum,succinum corallium,chrysolithus,carbũculus, char chedonius,sardonyx sapphyrus,& alii preciosisimi q- que lapilli,quibus utuntur reginę,& principes mulieres. Volunt sibi insuper monilia,in aures,uitas,mitras,reticu la,sudaria,zonas,semizonas,dextrocheria, segmēta stro phia,& uelamina mille.Pennas præterea,pellesq́ exo- ticas,soleas,calceos auro & argento mira arte contex- tos,caligas gemmatas,palliola,fascias pectorales,& eius modi denique ornamenta multiplicia, & inusitata , & q̃ haud ab re mundum muliebrem appellamus , ut sunt pectines,specula,flabella,forfices,strigiles,calamistra, di scernicula,dentisfricia,auriscalpia,pixides,fuci,unguēta foliati,nardina,diapasmata,& eiusmodi.His addas odo res,aquas muschũ,thymiamata,balsama, opobalsama, & similia.Hæc aũt si ꝑ conditione uel potius cupiditate aut studio cuiusque defuerint,nunquam speres morige ram & placidam uxorem satis tibi effici posse.At q po- tius diebus ac noctibus,nulla habita census, aut faculta- tis ratione,semper,& ubique opportune, & importune ad aurem obganniet tuam,quatenus extorqueat tandē uel ægre teq́ inuito,q̃ uolet.Ita.n.solent cõqueri. Vbi mi uir latebas,vellem affuisses,quando nostra affinis illa hoc mane ꝓdibat ad tēplum,hei mihi, q̃to me cultior atq́ ditior,& si neq́ nobilior me est,neq́ pulchrior:sed qd refert uidetur tñ mihi in utroq́ p̄stare.Papę q̃ illi ue stis,q̃ gēmæ:q̃ torquis:q̃ fascia pectoralis: Sola ego mi sella squallebã ueste uulgari,& paupere ornatu, q̃uis su toris uxore sordidior.sedebã seorsũ capite demisso,nõ audēs p̄ pudore de terra oculos leuare maluissē eq̃dē me tũc quouis obscuro ac tetro carcere teneri obclusã

quàm in tam ornato mulierum conuentu, sic conspici incultam & sordidam. Gratia marito meo, qui me sic amat, quique pluris facit exiguam pecuniam, quàm uxoris honorem. Scio quid sum factura deinceps: domi me continebo, & uti fera cauea conclusa amplius non comparebo ne quis me tanto meo, tuoque, ac familiæ nostræ dedecore uideat. Id fortassis inexperto cuipiam paruum negocium ac ferenda æquo animo molestia uidebitur: sed re uera graue est, & intolerabile penè maritis hoc perferre. Hinc postmodum miseris fœnus: hinc nouum, & magnum æs alienum: hinc prædia, & possessiones pignori, hinc pauperies, & dispendia multa & grauia ac uix credenda proueniunt. Itidem quod de cultu, ac ueste dictum est, dicas de famulitio, si non habeat equos, carpenta, melitæos canes, seruos, ancillas, nutrices, pedissequas, ornatrices, & id genus omnia, quibus nunc nobiles matronæ, opulentæ, & optimates utuntur. In his etiam nihil differre uult pauper a diuite, nec pro re, sed pro nobilitate, quam sibi falso sæpe arrogāt: uel potius pro libidine, quælibet accumulari sese eiusmodi rebus affectat. Has ipsas solicitudines eleganter Plautus ita per pulchram similitudinem expresſit. Negocium inquit qui sibi uelit comparare, nauem, ac mulierem sibi comparet: nam hæ duæ res nunquam satis ornantur.

De uxore infami. Cap. XI.

QVid uero si uxor tibi parum spectatæ fidei, & (ut euenire sæpius solet) parum pudica contigerit? Quam molles tunc tibi uxorem esse q̄tumlibet importunam, & moribus quantumuis asperis pręd: tam, quàm impudicam. Quot uiros alioqui beatos sola coniugum impudicitia reddidit infœlices. Lepidus ille illustris nobis sit exēplo: qui Syllanæ factionis post Syllæ mortem, princeps fuit: hic non tanto dolore

affectus

affectus esse perhibetur, quòd mutata fortuna exul in Sardiniam fugere coactus sit, quanto quum forte incidisset in epistolam quandam, ex qua uxoris adulterium certo cognouit. Mutia quoque Pompeii illius magni splendidissimum alioqui omnium ad ea tempora triũphum sua impudicitia sordidauit: nam quum is ex longo bello, quod contra Mithridatem fœlicissime gesserat, in Italiã festinasset, sperãs optatissimo tandem illius cõplexu posse perfrui, comperto manifesto eius adulterio, mœstitia confectus illico intactam repudiat, & si nunquam postea præ pudore, cur eam repudiauerit, dicere cuiquam uoluit: tacitus tamen intra se, & quoad uixit mœrens ex eiusmodi dolore contabuit. Sed quid opus de his plura dicere? nobis præsto sunt undique exempla & noua, & uetera, & tam externa, quàm etiam nostratia. Lustremus urbem scrutemur uiciniam, dextra, leuaq; aderit, qui contaminatam legitimi tori fidem gemat: sed multo plures qui ignari domesticę infamiæ traducantur uulgo, & à tergo digito mostrentur: nam ferè nouissimi omnium nostra probra miseri scimus. Quin nec reges, nec uiri principes ea nota caruere: quod facit ut minus graue uideri posfit, si idem, priuatis sæpe hominibus contingat. Philippus Macedonum rex Olympiadam Magni Alexandri matrem in stupro cõpertam repudiat. De Helenæ adulterio Menelaus cum uniuersa Græcia, simulque cum tota Asia queritur. De impudicitia nefandissimoq; Pasiphaes amore, Minos rex Cretensis pudefactus dolet: de Phedræ impudicitia Theseus, de Clytemnestre adulterio Agamemnon, de Ægialę Diomedes, de Cleopatræ Ptolomeus, Sed neque Romani quidem rerum domini, quanuis seuerissimi semper pudicitiæ ultores fuerint, extiterunt huius tantæ infamiæ, ac fœditatis immunes. Impudica habita fuit Metella, L. Syllæ alioqui cognomento fœlicis: Impudica Seruilia Bruti & altera Seruilia Luculli, ambæ Catonis

forores. Impudica Iulia Agrippæ, et Iulia altera Seueri: Impudica Domitia Domitiani. Suspecta Sabina Ælii Adriani. Suspecta Flauia Pertinacis: Impudica Faustina M. Antonini. Impudica Herculanilla Claudii: impudicissima omnium eiusdem Claudii Messalina: quippe quæ Cæsarem linquens thalamum, in publico lupanari noctu, sub ementito Licisçę nomine, prostabat. De qua satyricus poeta dixit.
Et lassata uiris nondum satiata recessit.
Sed nihil refert, recensere hic innumeras pene mulieres quæ suis nefandis adulteriis uiros quanuis honestissimos sordidarunt: quando uel sola commemoratio turpis sit, & odiosa recordatio. Eiusmodi infamiam usque adeo obhorruisse Iulium Cæsarem memoriæ proditum est, ut Pompeię uxori. Q. Pompei filiæ. L. Syllæ dictatoris nepti repudium miserit, uel ob solam suspitionem adulterii: quoniam P. Clodius inter bonæ deæ cærimonias ad eam sub fœminæ habito surrepsisse diceretur. Verum re in senatum deducta, ut de pollutis sacris aduersus Clodium quæreretur, uocatusque ob id in iudicium Cæsar, interrogatusque quid ipse de ea re sentiret: certi nihil habere se dixit: percunctantibus autē illis cur coniugem nobilissimam ita à se temere dimisisset. Quoniam meos, inquit non tam crimine, quàm criminis etiam suspitione uacare uelim. Claudium uero Cæsarem publice pro contione multas impudicas uxores se expertum dixisse legimus, sibique infatis esse omnia matrimonia impudica, sed non omnia impunita, cōfirmasseque tunc iureiurando, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se deinceps in perpetuo cœlibatu: addita etiam protestatione, nisi in ea sententia permansisset, non recusaturum se militum suorū manibus transfodi. Agrippinam tamen Germanici fratris filiam per ius osculi, & blandiciarum occasiones pellectus postea uxorem habuit, quæ & ipsa aliarum secu-

ta consilium Pallante adultero usa est, ut Silio Messali-
na,sed paulo cautius,atque moderatius. Quàm autem
raræ inuenirētur olim in Ægypto ex nobilibus ꝑsertim
fœminæ suis uiris fideles Sesoosis quondam Ægyptio
rum regis experimento apertissime compertum esse
Græci scriptores prodiderunt. Nam ferunt hi, quòd
quum rex iste præter religionem hastam in Nilum te-
mere contorsisset,& oculis ob id illico captus esset, ad
monitum oraculo fuisse,si oculos sibi urina eius mulie
ris perfunderet,quæ uiri duntaxat sui concubitum sciret
fore,ut mox amissam lucem reciperet. Id quum sæpe
in propria uxore primum,deindeque in aliis multis ex
nobilioribus fœminis frustra,uaneque tentasset,conuer
sus tandem ad humilis fortunæ mulierem luce recupe
rata & ueꝝ fuisse oraculū nouit & uxoris ac nobilium
matronarum impudicitiam compertam habuit. Qua-
re pudicam illam fœminam sibi adiunxit in matrimo-
nium:priorem autem uxorem,ac omneis reliquas mu-
lieres,quarum pudicitiæ ratio non constabat indignatus
uno sustulit incēdio. Quantopere uero suspectam sem
per habuerint fœminarum pudicitiam Romani, hinc
manifestissime apparet:ꝙ(ut legitur) Romanæ mulie-
res longo tpe cogētibus maritis abstemiā uitā ægerint:
institutumque fuerit,ut osculū cognatis darent, noscēdi
causa,& si odor oris indicium faceret potus, nihilo mi-
nori supplicio,q̄ si adulteriū patrassent mulctabāt. Hinc
Metellus seuerissimus quidem sed temerarius ultor pu
dicitiæ,uxorem suā eo ꝙ uinū bibisset,pro adultera in-
terfecit. Modestius sanè Sulpitius Gedilius,& P. Sophus
q̄uis æqꝫ suspitiose ambo fecerint:alter.n.repudiauit u-
xorē, ꝙ capite apto ꝓcessisset in publicū,q̄si aliis, q̄ sibi
placere uoluisset:alter uero ꝙ dū ludos spectaret,oīum
spectatoꝝ oculis cōspiciēdā sese ꝓbuerit. Persæ uero &
ipsi adeo male fidere mulieꝝ pudicitiæ ꝓhibētur,ut nō
cōiuges modo,ueꝝ ēt ancillas & pellices studiosissime

obseruarent, ne cuiusquam externi uiri conspectui ulla occasione apparerent: iccirco soliti iugiter eas domi occlusas tenere, & in itineribus obeundis sub tabernaculis, & clausis undique uehiculis occulte uectare. I modo, et confidas ebriosæ, & comptæ mulieri intanto luxu, licentiaque furenti: quum tantopere uiri illi sapientes cauerēt ut núnquam, nec abstemiis, & sobriis, aut occlusis satis crederent, & tamen non potuerunt obstare, ut illis quoque moribus, & ea seueritate ulciscendæ pudicitiæ, non plures ferme adulteræ fuerint, quàm pudicæ. Pudicissima semel matronarum sententia iudicata est Sulpitia uxor Fuluii Flacci electa ex centum præcipuis, quæ simulachrum Veneris ex Sybillinis libris dicaret. Idem itere contigit Claudiæ, dum induceretur Romam deorum mater. Rara quidem pudicarum exempla, at impudicarum frequentissima.

De molestia sterilitatis, & liberorum desyderio. Cap. XII.

Solet infœcundæ quoque uxoris coniugium (qđ sæpe accidit) maximo tædio maritos afficere, qui uel ex eo solo quòd liberis careant multi acriter affliguntur, atque in omni uita ex desyderio liberorum incredibili animi angore macerantur. Consueuit enim quamprimum quis de uxore cogitat, in spem adduci gignendorum ex se filiorum, qua sublata tantus mox ei mœror exoritur, ut uniuersalis solus connubilare potis sit omnem prorsus iucunditatem coniugii atque tranquillitatem uitæ reliquæ: quum à multis sterilitas ipsa uxoris, perinde atque quotidiana orbitas deploretur. Vide quæso quid tibi possint afferre commodi nuptiæ, quibus te non esse illigatum, nec posse, etiam si uelis, illigari deinceps, tam iniquo animo uideris ferre ut de religione, institutione cœlibatus impie, ac falso queraris.

Quanto sanè melius eum mentis tranquillitate seruire diuinis,& carere tantis molestiis,quàm pro tam breui, incertoque solatio, citra omnem libertatem premi graui iugo acerbissimæ seruitutis: quæ te continenter usque ad exitum uitæ discruciet.

De solicitudinibus parentum Cap. XIII.

DE coniugatorum molestiis, quæ à natura ipsa, atque ex difficillimis uxorum moribus proueniunt,hactenus satis(ut arbitror)dictum est:deinceps de curis,& solicitudinibus parentum, quæ eis occasione liberorum suscipiendæ sunt, dicẽdum uidetur. Filii nanque quo iucundiores parentibus existunt, eo acerbiores sæpenumero casu quopiam aduerso fiunt. Necesse est enim ut quisque illi plurimum timeat, cui plurimum confidit,& id quod quisque maxime diligit idem etiam solicitissime custodire: quatenus & trepida suspitio,& anxia cura,& assiduus metus parentes ipsos semper solicitos habeat.Quippe nulla re parentes affi ciuntur atrocius, quàm malis, aut incommodis liberorum:ut qui sæpe etiam sæuissimos sui corporis cruciatus neglexerint,eorum tormenta nequiuerint ferre: reperti〈q〉; sunt,qui ut seruarent uitam filiis, seipsos perdiderunt,uitę iactura illis succurrere non uerentes.Quid uero.si præ inopia rei familiaris parentes ipsi nullo ualeant ingenio,aut labore sufficientem uictum liberis ministrare?nec multis eorũ necessitatibus ulla sua industria subuenire?Qualem tunc censes ab his solicitudinem sustineri?Qualem miseriam?Quid si peregre profecti fuerint?aut petierint militiam?aut nauigent? Sanè semper soliciti sunt,& anxii,ne quo morbo,egestate,exilio,naufragiove,aut captiuitate premantur:ut expectando,ac desiderando pendentes,animo assidue crucientur. Verum si de tantis aggeribus malorum nihil forte contigerit,id

tamen euenire aliquãdo necesse est:ut puellus puellave ægrotet,& morbo quopiam periculoso laboret. Quẽ interim credis esse parentis animum? Coit formidine sanguis,gelidusque cucurrit dura per ossa tremor, ut ait poeta. Interea trepidus ac solicitus ægrotanti semper assistit,oculis auribus,complexuque tenens: anxius usquequaque ne quid infœliciter eueniat, & præpostero ordine filium sepeliat pater. Subinde crescentibus annis altera cura, ut scilicet tempestiue puer in literarum studiis,& artium liberalium disciplinis erudiatur. Sed multo etiam sollicitudo maior angit, quomodo locupletare filium cito possit,ut hac cupiditate miser ferme desipiat:eoq; animum curas, cogitationes, & labores cunctos refert,ut eum supra cæteros tollat,ut quàm speciosissimas edes,quàm pulcherrimas uillas,quàm latissima,atque cultissima prædia,& quammaximum denique peculium,omnisque generis patrimonium illi moriens derelinquat:nihil interim de se aut de animæ salute procurans. Quid autem si eueniat ut indociles,tardoq; ingenio liberos educet? & (quod sæpius euenit) improbos,inhumanos,impios intractabiles? Tunc quantus quantus est miser ille pater,perit eoq; mœrore die, noctuq; consumitur. Et enim quicunque male moratos liberos tollit,quotidie illorum infamiam exiliũ, uulnera,ac sæpe etiam necem luget:si prodigos, ludisque & meretricibus deditos præuisam egestatem assidue suspirat,& gemit:si gladiatores,& rixosos,huc atque illuc continue circum lustrat,& ad omnem nuncium, & ad omnem tumultum perterrefactus accurrit:uultum ad omnem strepitum circum agit,semper pauens,semper intentus,ne quid sibi de filio annuncietur aduersi. Porrò qui tales filios habent, inuidere infortunio orbatorũ coguntur.Habenti si quidem filios improbos iure orbitas ipsa prædicatur beata:quum tamen euenire hæc sine maxima ærumna atque mœrore parentum non possit;

Quid uero si iam adultos, probosque, atque bene moratos, ac bonæ spei, & quales est reperire difficile, obedientes educasse contigerit? Magnum id quippe ac rarum sed est hoc ipsum sua etiam fœlicitate miserrimum. Timet.n.tam fœlix pater, & quidem iugiter, ne quid inopinati, aut repētini accidat: ut quem sibi tantopere superesse peroptat, miser ipse sepeliat priorem: q timor paulo certe minor est, q̄ dolor ipsius orbitatis: qñ iuxta dictum illud. Satius sit subire periculum semel, q̄ cauere semper, parq; ferme passis sit, posse similia pati: siquidē orbatorum parentū exēplis quotidie admonetur similia formidare. Animus.n. suspensus, & dubius, q obscura spe, & incerta expectatione dependet expectando, & desyderando assidue cruciatur. Quid modo si forte id quod tantopere timebatur aduenerit? Nempe nil restat misero, parenti amplius, q̄ assiduus mœror, quotidianæ lachrymæ. squallor, sordesq; lugubres. Vtrobiq; ergo parentes infœlices, uel dum sollicitat metus amittendi probos filios, uel dum uexat patientia tolerandi peruersos. Parentum curas scite, atque præclare (ut cuncta) Vergilius exemplo Æneæ his paucis uerbis monstrauit.

Neque enim patrius consistere mentem
Passus amor.

Et paulopost adiicit

Omnis in Ascanio charistat cura parentis.

Hinc etiam deductū est illud dictū egregie ab Ingeniosissimo poeta Terentio, ubi inducit Mitionē admirantē posse quenq̄ hominē in aio instituere, aut parare, quod sit charius q̄ ipse sibi: qđ euenisse Egioni fratri norat: qui pluris facere uidebatur uitam filii, q̄ propriam salutem. Quod probe Cicero suo confirmat testimonio, & esse uerissimum suo ēt exemplo docet: ait.n. Nihil dulcius hominū generi à natura datū est, q̄ sui cuiq; liberi, mihi uero propter indulgentiam meam, & propter excellēs ingenium uita sunt mea chariores.

Hominem quantumuis sapientem ex nimio amore in liberos suos sæpe desipere. Cap. XIIII.

Quam sollicita uero, & anxia sit parentum uita, quanque parum expediat uxorem ducere, & liberos educare homini sapientiæ, & contemplationi dedito, ac religionis initiato mysteriis, Thales etiã Milesius unus ex septem sapientibus Græciæ ingeniose & callide hac pulcherrima machinatione monstrauit. Nam is quum diu cum Solone, qui & ipse erat de numero sapientum, de hac ipsa re nequicquam uerbis plurimis contendisset: sic ei demum hoc inuento non minus astute, quàm sapienter imposuit. Quum enim forte loquendo uicissim (ut fit) deambularent una pariter in foro, Thales ex composito curauit, ut Soloni, qui pro nuptiis tunc agebat, mors filii subita nunciaretur: ad quã uocem Solon uir alioqui sapientiæ gloria insignis ita repente consternatus animo fuit, & usque eo commotus ut insanire, ac furere coram omnibus cœperit, ac paulũ abfuit, quin præ tristitia animam miser efflaret. Ex quo factum est, ut ob eam mollitiem animi deinceps ex sapiente, qualis ad id tempus habitus fuerat, sit à cunctis inconstans mollissimus merito reputatus. Nam humi statim indecore prouolutus, capillum, & barbam uellicans, iniectu pulueris ora fœdat, pallium dilacerat, fœmineoque eiulatu fœdum spectaculum, & quam gerebat sapientis persona maxime indignum, palam, publiceque cunctis præbet. Verum ubi concurrente illuc magna turba hominum satis spectatus, delususque fuisset: tunc Thales, cuius opera fuerat is nuncius allatus, apprehendens pallio iacentem, subridens uultu hilari ac iucundo sic exanimatum dolore hominem alloquitur. Bono esto animo inquit, filius tuus uiuit, ualetque experiri tantum uolui an uxorem ducere, & filios procreare

expediat sapienti, ut ipse tibi persuades, & immoderata mecum assertione contendis. Nam iam satis constare arbitror, quemadmodum & tu ipse modo sensisti, & isti omnes uiderunt, id non modo non conducere, uerum maiorem in modum officere, & repugnare sapientiæ: quando ob filiorum malum ipsi etiam sapientes nimio mœrore confecti sensu decidant, & dementes, ac fatui reddantur, ut tu ipse modo cunctis hic astantibus apparebas. Hactenus Thales ualde lepide, ac perquam sapiēter. Id autem ita se habere etiam ex Periadri obitu multo planius aperitur, qui & ipse habitus est ex illis septem sapientibus haud postremus. Is enim non falso nuncio (ut de Solone nuper dicebamus) sed uera filii morte nunciata, tanta animi tristitia affectus est, ut præ magnitudine mœroris expirauerit. Quis ergo non uidet, uel per ea quæ diximus, uel ex aliis multis, quæ breuitatis causa pertransimus, minime conducere sacerdotibus, quibus diuinæ sapientiæ & cœlesti contemplationi uacandum est nec mulieribus admisceri, nec liberos procreare: quandoquidem tanto sint impedimento nuptiarum molestiæ diuinorum contemplationi, ut etiam qui sapientissimi haberentur, cogantur uel solo amore filiorum desipere.

De educandorum nepotum: filiarum, neptium ue collocandarum solicitudine. Cap. XV.

Atqui demus interim in re uxoria parentibus ꝓ uoto omnia fauste, fœliciterque, succedere: diuitias scilicet, filios probos, doctosque, & adultæ iam ætatis, & quales maxime optauerant, omni laudum genere præstantes. Quid modo reliquum est? Nimirum ut exoptent iam sibi ex eis nepotes, ac posteros dari. Quod quidem dum paratur, renouantur solicitudi-

nes,geminantur labores,ac curæ rursum priores insurgunt:nouaq; subinde educandorum nepotum fastidia: & male ferenda seni,anxia,& solicita procuratio familiæ renascẽtis,& ad recidiua tædia,& ad intermissas molestias ob successionem posterorum relapsus. Quid si contingat,ut is uel ex uxore filias,uel ex nuru neptes suscipiat:quid ea molestia grauius? Vellicat animum custodia puellaris,fragilis,ac lubrica fama pudoris. Fiunt nubiles,cura acrior. Vrget.n.parandæ dotis cupiditas: tenet solicitum periculosa alea de eligendo genero,pendet animus quem nã potissimum optet, aut deligat ex multis diuitem ne,an probum: in quorum altero summa fœlicitate est opus,in altero autem summa dote: Etenim p hæc tempora non nisi ingenti pecunia filiarũ nuptiæ parantur. Hinc illa sub Euchionis senis persona communis parentum querela. Virginem habeo grandem,dote cassam,& illocabilem. Nempe uel si unica sit magna summa pecuniæ necessaria est, si duę duplo maiori,si plures maxima, & fortè quantam patrimonii totius census ferrę non perualet.Et ne interim ignores, quot tibi liberos una possit fœmina parere,si modo uera fuerint,quæ de ea re Græci tradunt: Cambe chalcidica,quæ prima ærea arma confecit,centum liberos dicitur peperisse.Sed huius rei fidem apud suos auctores relinquo:neque contendo:id autem esse ne possit,ipsi uiderint.Danao Argiuorum quondam regi pro uero refertur.quinquaginta fuisse filias:& Abessan Bethleemite Hebræorum iudici triginta. Aliud etiam incommodum afferre solent parentibus liberi, q; quum uitæ finis uniuersas ærumnas cæteris mortalibus terminet,soli parentes ob liberorum affectum ultra etiam extremum diem curas transmittũt:quum ne morte quidem patrius ille affectus uideatur posse dissolui.Moribundi nanque ultimo illo anhelitu ad liberos ita respiciunt,ut illorum plus ferè orbitatem,quàm imminentem mortem mise,

ri doleant, quatenus sibi ipsis propter eiusmodi sollicitu-
dinē necuiuere, nec mori satis uacet. Adest.n.morienti
uxor singultans, & lachrymis madens, adsunt liberi flen
tes, & quasi orantes ne se iamiam efflaturus aīam pater
deserat. Atque ita fit ut miseri parentes dum migrant è
uita, nondum sibi desinant esse molesti, ꝑpea ꝙ in uita
ulterius ꝙ uitæ terminus postulat de liberis sup̄stitibus
cogitant. Norat id probe Iacob ille antiquus totius Isra
elitici populi pater, qui moriens, accitis ad se filijs, ita est
primogenitum allocutus: Ruben (sic.n.est noiatus) pri-
mogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium dolo
ris mei. Quibus uerbis innuit dolorē una cū filiis oriri
parentibus solere, atq; eoꝝ spes immixtas semp̄ esse &
metus & mœroris aculeis: ideo primogenitū principiū
doloris appellat. O cœlibū ergo conditionē fortunatā,
& uita, & morte fœlicē: utpote q̄bus liber semp̄ est aīus,
atq; id tantum curæ restat, quo pacto Deo seruiāt, uiuāt,
ac moriantur. Sed ut, q̄ ueꝝ sit, hoc aptius dignoscatur,
dimissis coniugatis de cœlibū tranquillitate dicamus,
& breui oratione utriusque uitæ interuallum legentium
animis ueluti in tabula conspiciendam proponamus.

Quantum differat uita cœlibū à uita coniugatorum
atque impudicorum. Cap. XVI.

SAnè q̄ diuersa sit uita cœlibū à uita cōiugatoꝝ, ma
gisq; ēt à uita incōtinentiū & impudicoꝝ facile est
iudicare, tm̄.n.inter se distant, q̄tū portus, & pela-
gus, pax & bellū, mors & uita. Siqdem libido semp̄ oc
cupatissima est: cōtra uero castitas semp̄ uacua: illa cōfu
sam, & ꝑturbatā uitam agit, hæc quietā, & tranquillam:
illa spurcitiæ, aut corruptionis parit notā, hæc mūdiciæ,
& integritatis gignit florem: illa infamiæ exhalat undiq;
fœtorē, hæc clarissimi nois spirat ubiq; odorē: fluctuat
illa, hæc in portu q̄escit: illa inter acies, & furorē armoꝝ
semp̄ agitatur, hæc extra oēm tumultū in se ipsa posita

dulci pace perfruitur. Castis præterea in tota uita arridet largitas, beneficentia, hilaritas, libidinosis uero contra solicitudo auaritia: ambitio in omni ætate grassatur. Plato iccirco dicit homines continentes, & uoluptatum uictores fœlicissime triumphare: molles autem, & à uoluptatibus pessundatos instar mancipiorum captiuos duci: infelicesque semper esse, & miseros. Sed quid opus est pluribus uerbis: ut facilius, & expressius pateant, quæ diximus, proponenda est hic sub aspectu utriusque uitæ ratio, ac uelut imago quædam suis coloribus effingenda. Itaque proponamus animo, & cogitatione duos homines contrariis prorsus moribus inter se præditos, unum liberum, alterum occupatum: unum miserum, & mordacibus undique curis circum uallatum, instabilem solicitum anxium: alterum uero tranquillum, nihilque habentem, quod aut conturbet animum, aut remordeat conscientiam: quippe quem non uxor exagitat, non anxia liberorum cura solicitat, non concubina corrodit non infamia pungit, non strepentis domus murmur obtundit: non opprimit graue æs alienum, nō nimius sumptus extenuat. Porrò sicut ille totus alterius est, atque malis undique oppressus, ut par molestiis esse non possit, ita hic noster ex aduerso solutus curis, liber, ac dominus sui præ illo fœlix est ac perbeatus, utpote solus absque uxore, & liberis, ac de nulla re anxius sed in spe cœlestis gaudii animo semper tranquillus. Talis aūt si quando uideatur ociosus, & solitarius, & tristis, tunc est maxime lætus, & honestissime comitatus. Is enim legendo & meditando iucundissime cum Deo uersatur, & altissimæ contemplationi conditoris inhæret: & est ipse quidem uon affluentia diuitiarum, sed cupiditatis modo, uel in ipsa sua tenuitate ditissimus. Ducit itaque uir castus tranquillum æuum, securas, ac quietas noctes, læto:, & iucundos, atque alcyonios (ut aiunt) dies: quippe qui ex penu quamuis pauperi sufficientem, ac beatam

promit mensam: suæq; gaudens conscientiæ testimonio interna pace usquequaque perfruitur. Hinc est quod parum nihilve de morte solicitus curat e quin memoria bene actæ uitæ, & spe futuræ retributionis, ex hac uita tanquam ex hospitio in patriam transire desyderat, Psalmum sibi illum dauidicum canens. In pace, in id ipsum dormiam, & requiescam. Est huic ergo conscientia paradisus, solitudo uoluptas, cubile templum, utpote in quo meditari didicerit, non rixari. Is utique modo diuinis canticis delectatur, modo literariis studiis eruditur, modo diuinis meditationibus exercetur: ut nihil temporis per segnitiem illo sibi momento pereatur. Huic iucunda etiam uenit senectus, quæ aliis est molesta quippe quæ uictrix deliciosæ iuuentutis, exoptatam diu uictoriæ lauream sibi est allatura. Nam senex qui nullius sibi obscoenitatis est conscius: spe certa afficitur adipiscendæ cito beatitudinis: quæ uel una affectam multis aliis qui incommodis senectutem, & releuare, & delectare senem potest. Sed & Plato in libris de legibus duplex ait esse uitæ genus, alterum iucundissimum, alterum iustissimum: & qui uitam uiuunt iustissimam, eos fœlicissimos esse: contra, qui iucundissimam sine uirtute, eos esse miserrimos Et alibi pro certo dicit, quòd sicut plus est delectationis in ipsa temperantia, & castitate, ita & in luxu & libidine plus doloris. Qui recte inquit iudicat, uitam continentem, ac temperantem, statuit in unaquaque re placidum esse, ac tranquillam: contra uero luxuriosam in unaquaque re inquietam, ac perturbatam, habentem tum dolores, tum uoluptates intensas, insanasque, atque amores urgentes, & supraquam dici potest inflammatos. Voluptates etiam plures esse dicit in temperantia, quàm dolores, tum amplitudine, tum etiam copia, & continuatione: in luxuria uero contra longissimi insunt dolores, breuissimæ uoluptates: ideo fit ut inde uita altera iucundior, altera acerbior, necessario naturæ lege

Psal. 4.

sequatur. Quicunq; ergo cupit læte, & iucundæ absq; dolore uiuere, caueat ne uiuat luxuriose. Hactenus Plato. Ad probanda insup huius uitæ commoda, si placet, Metelli quoque Numidici grauis, ac diserti uiri testimonium producamus. In ea nanque oratione, quam in censura sua ad populum Romanum de ducendis uxoribus habuit, ita elocutũ ferunt. Si sine uxore (inquit) possemus. Quirites esse, profectò libenter oẽs ea molestia careremus, sed quoniam ita natura comparatum est, ut neque cum illis satis cõmode, neq; sine illis ullo modo uiui possit, saluti perpetuæ potius, q̃ breui uoluptati cõsulendum est. Vide quæso quomodo Romani intantũ per ea tempora pp molestias coniugiorum abhorruerint à ducẽdis uxoribus, ut necesse fuerit hortari eos publice per Censorem ad matrimonia capescenda, non ob aliquod priuatum commodum, sed propter defectum populi ad communem utilitatem. Sapienter sanè appellauit Metellus cœlibatum uoluptatem: & maximum commodum dixit esse carere uxore: non q; norit ethnicus homo, q̃ esset uirtus castitatis: neq; q; ullum premium putarit esse uirginitatis: sed ab ipsa solum natura edoctus norat cœlibatum nuptiis fœlicitate longe præstare. Quin etiam Epicurus ipse tantus uoluptatis assertor præcipit ineunda raro coniugia: q; multis essent referta incommodis, uoluptati quam asserebat, infensis. Dicebat.n. in his rebus hac usurum esse compensatione sapientem, ut ipsam etiam uoluptatem fugiat, si ea plus doloris allatura sit, q̃ iucunditatis: ut est uidere in his, q̃ ad unereeoꝝ usum pertinent.

Voluptatem animi multo iucundiorem esse quàm corporis. Cap. XVII.

IS quoque Epicurus iucundissima quæque (q̃uis sensu corporis iudicentur) ad animum tamen transferẽ

da esse censebat, quoniam corpus tabtisper gaudet, dũ præsentem sentit uoluptatem, & nõ amplius, at animus prospicit etiam uenientem, & perceptam semel e memoria effluere non permittit. Sapienter hæc sane dicta, à quocunque dicantur, etiam si ab Epicuro, iucundiores scilicet esse animi uoluptates, quàm corporis. Quãobrem falluntur sane molles, & uoluptarii homines, qui sensu corporis, magis, quàm iudicio animi æstimant probantque, uel damnant uoluptatem. Nam si uelimus eã animo potius (ut par est) quàm corpore metiri, nec decipi sensu, nihil profecto nobis erit iucundius, quàm abesse a uenereis uoluptatibus, & tranquillo ac iucundo ocio solitudinis perfrui: atque simul & animi & corporis cuiuscunque generis libertate potiri: quam quidem iucunditatem non uisi experti norunt. Multo enim suauior est honesta uoluptas, quæ ex hac libertate animo comparatur, quàm ea quæ cum libertatis iactura ex libidinis usu innumeris molestiis corporis sensu percipitur. Quidnam quæso nocturna illa solitudine traquillius? Quid nocte silenti silẽtio ipso suauius? Quid per æstum gratius (uel si paleis cubites) quàm per totius lectuli spatia iactare pedes, iactare brachia, & pro libito uel reiicere, uel ad se stragula trahere? Et quod etiam maius est tuto quiescere, & sine uisis somniorum molestis placatissimas agere noctes: nec nisi naturali somno exaturatum sub lucem excitari: uiuereque suo more ut uelit? Id optime norat Q. Cicero. M. T. Ciceronis frater, de quo ipse Cicero sic ad Atticũ suũ scribit. Quintus ab ducẽda uxore sic abhorret, ut quicquam libero lectulo neget esse iucũdius. Atqui sane lasciuus hic quispiam non ex iudicio rationis, sed ex suo affectu aliter sentiet, quod abesse uideat ab hac iucunditate, quod ipse existimat potissimum, præpotentem scilicet ueneris uoluptatem, propter quam perpetiendas omnes molestias, & perferenda cuncta

incommoda sibi peruersa licet mente proponit. Verum quanto rectius cœlebs, qui recti animi iudicio ductus nunquam optandum censet, quod tanti constet: neque habēdum ullo pacto in bonis, quod tantis redimatur incommodis, neque dulce putandum quod tanta amaritudine misceatur: & tot molestiis refertum scateat. Cœlebs nanque sicut abest a uoluptate ueneris: sic eadem ratione procul abest à multis, et magnis ærumnis, quas affert ipsa uoluptas: nam (ut aiunt) sicut nec mel, ita nec apes. Vnde amator ille Plautinus. Iactor inquit, crucior, agitor, uexor, ui amoris totus miser. Satis ergo constat (ut arbitror) propagādi causa potius, quàm uoluptatis, iuxta Metelli sententiam ac secundum consilium rationis ineundas esse connubii molestias sapienti, alioqui carere uxore multo iucūdius esse: quicquid sentiant impudici. Verum quia hoc tempore minime uerendum est, ne præ nimio studio castitatis destituatur mundus cultoribus, quoniam pauci admodum sunt, qui delectentur castitate, & pene innumeri, quibus neq; uxores quidem, præ libidinis intemperantia sufficiant: multo potius est habendum Christi nostri Dei consilium, quàm Metelli, quando ad cœlestia regna tendentibus relinquendam uxorem, & præcingendos lumbos et lucernas concinnandas mandauerit, ut mundicies scilicet niteat castitatis in corpore, et lumen refulgeat ueritatis in operatione quod per lumbos, lucernamque uolebat seruator noster intelligi.

Voluptates cuilibet honesto negocio esse impedimento, nec decere sacerdotes uxoribus uti. Cap. XVIII.

ET enim quid mirum si uiris religiosis, et clericis, ab uxore, et ab omni libidine continēdum sit, quū tantoperre officere soleant uoluptates rebus agendis, ut

dis, ut inter ipsa etiam temporalia negocia consueue-rint ab ipsis sæculi hominibus negligi. Reiiciuntur quidem ab aduocatis, & patronis dum reboat litibus forum, contemnitur à disciplinarum studiosis, dum resonant disceptationibus philosophorum gymnasia. Idem obseruat in mercandis, aut commutandis rebus mercator intentus: nec secus strenuus miles. qui & arma, & equos potius, q̃ uoluptates, aut mulieres meditatur. Iccirco Scipio præclarus ille Romanorum imperator, in bello, quod ad Numantiam gerebat, ex urbe rediens castra ingressus statim omnia, quæ spectare ad uoluptates, deprehenderat, protinus summouenda mandauit. Ita quidem opinatus nihil tam occupare, ac corrumpere militum animos, quàm libidinem, & superfluas uoluptates. Idem fecit illustris ille imperator Metellus qui bello Iugurtino eadem seueritate castra purgauit. Plato quoque philosophorum omnium sine ulla controuersia princeps laudare uehementer continentiam solebat, nuptiasque, & quamcunque aliam uenerem dissuadere, quòd per eas uoluptates, ac curas impediri maxime dicebat philosophiæ studia, & omnes literarum disciplinas. Verum si his, qui humana negocia tractant, quique liberalibus disciplinis incumbunt, tantopere tranquillitas mentis est necessaria: quid quæso existimandum de his, quibus rei diuinæ opera danda est: ubi nil aliud licet cogitare quàm Christum, & cœlestia? Porrò uacuo ac desecato prorsus animo, & purgatissimo pectore ab omni libidine his opus est. Quam ob rem in Leuitico legimus dominum sacerdotibus præcepisse, ut renes uictimæ integros cum toto adipe, Leuit.iii. ubi liquoris obscœni sedes est, igne comburerent, uetans ex eis nullam omnino partem retineri quippe qui instrumenta sunt cõcupiscentię. Id autem quid est aliud: nisi expressa imago sacerdotii Christiani: in quo quidem sacerdotes ex carnibus sacrificii uiuere debēt,

ſed nihil guſtare ex renibus hoſtiæ. Hoc eſt ea, quæ ſunt ad uſum & uictum neceſſaria ab his accipi rite poſſe, ſed quæ faciunt ad uoluptates, quæ ex renibus profluunt, omnino reiici oporteret. Quæcunq; enim in illis ſacrificiis fiebant, figuræ, & umbræ erant eorum, quæ eſſent poſtmodum euangelicæ legis tempore reipſa perfecte complenda. Eò quoq; ſpectare arbitror, quod legitur de Moſe in Exodo: qui ubi cominus cum Deo loqui parat, abiicere pedum calciamenta iubetur. Quid ibi aliud per pedes deſignatur, quam affectus? qui ſoluti, & liberi eſſe debent ab omni impedimento terrenorum: eis maxime, qui Deo propius accedere parant, & quibus iam initum eſt ſacerdotium. Calciamētum autem ſolui mos erat his, qui iure ꝓpinqtatis oblatas ſibi nuptias in ire recuſaſſent. Deo igitur appropinquare uolentes iubentur pedum calciamenta diſſoluere: hoc eſt abrenunciare nuptiis, & ſe procul à connubiorum tumultibus amouere. Vbi enim ſacroſanctum corporis, & ſanguinis Chriſti myſterium peragitur, non terrenas cupiditates, & carnales delitias tantum ſeponere ſufficit: ſed reiicere omnes prorſus curas, & diuina duntaxat meditari par eſt. Nam tunc demum guſtum aliquem cœleſtium gaudiorum, & promptas ex theſauris diuinæ ſapientiæ opes nobis Chriſtus noſter impertit, quum nos uidet repurgatis mentibus totos intendere contemplationi cæleſti. Talis enim guſtus, niſi in ſumma tranquillitate animi, & corporis, ſentiri nequaquam poteſt.

Exo. iii.

Iniquum eſſe credere fore bonum concedi, ut utantur ſacerdotes uxoribus. Cap. XIX.

QVonammodo poterit ſanæ mentis quiſquam ſibi perſuadere, poſſe licite ſacerdotem ſacris operam dare myſteriis, ſimulq; & coniugio, & liberis: quum nulla libido pro certo careat immundicia? Quod

asserit & Hostiensis in summa de clericis coniugatis: dicens, quòd quanuis coniugatus dicatur caste, & honeste uiuere, ut legitur. XXXI. distinctione, habetur tamen immundus, nec idoneus ullo pacto ad ecclesiastica officia exercenda, sicut nec in ueteri testamento. Magis etiam aperte affirmat: hoc ipsum. D. Augustinus contra Pelagianos, qui asserebat libidinem naturale bonum esse, nec in ea esse, quod pudeat. Dicit enim in coniugatis, & in omni homine, libido mala est: non nunquam enim ad illicita trahit: quia uoluntati peccatrici, qua factum est, ut ea esset in membris, usque adeo contraria est, ut ipsorum coniugatorum mentes ad illicitum usum, ardore sui sic anhelantes praecipitet, ut eadem licentia acti, potius quàm agentes, agant. Fit enim uoluntas incontinens, dum illicita uincitur uoluptate, quae tamen uenialis est in coniugatis illo malo bene utentibus. Quod ita esse ostendit Apostolus, quum causa orationis continentiae tempus indicit coniugatis. Haec illae. At nunc ubi sunt, qui hac nostra tempestate, & si consentiant interim nobis non licere modo sacerdotibus ducere uxores propter interdictum ecclesie, dicunt tamen expedire negocio fidei, ut relaxata prorsus constitutione caelibatus, liceat in futurum: quòd (ut isti aiunt) uiuerent illi quietius, & populo cum auctoritate praedicarent uerbum Dei: & liberos educarent liberaliter, nec alteri alteris uicissim essent probro. Hactenus isti recentiores legum censores, uel potius nouarum legum latores, quorum doctrina, quantum ego iudicare possum, ipsis sibi periculo est: ac facit, ut quae isti dicant, serio ne, an ioco dixerint uix ausim affirmare: existimo tamen eos sub blandiri potius impudicis, atque palpare illorũ impudentiã, aut suis fauere potius uitiis, quàm ex animo, atque ex sententia haec dicere. Sed quacunque mente,

I Cor. VII.

aut ſtomacho dicant, ſcribant ve, ipſi uiderint: q̃ uerum autem, aut quam uerſimile dixerint, uos optimi lecto-res quæſo attendite, & iudicate. Eſt enim facile cogni-tu, uel ex his, quæ iam dicta ſunt libro ſuperiori: uel ex his, quæ deinceps ſumus dicturi, an eiuſmodi ratio ſit ho minum aſſentaneum humanæ imbecillitati, an indulgen tium potius mollitudini, & ſtudentium nouitatibus. Au demus nos quidem, qualeſcunq; ſumus, affirmare cum Apoſtolo multo melius eſſe ſi ſic cœlibes permſeārint, quam improbam iſtiuſmodi ſentētiam ſequi: quæ pro-fecto aquæ hæret (ut dicitur) & à uia rationis, & æqui-tatis aberrat: utpote quæ omnem religionis cultum cũ ipſa pene religione ſubuertat: quādo iſtiuſmodi nuptiæ non tam occaſionem honeſtius, aut tranquillius uiuen-di (ut iſti ſomniant) quàm aras, ac baſilicas proſanius diripiendi, & quod peius eſt, animas perdendi ſacerdo-tibus darent. Quis nam eſt hodie quæſo ſacerdos (mo do ſit ei aliquid pudoris) qui ſua intereſſe arbitretur ta-lem licentiā induci? Poſſunt ne cuiquā iucundæ & gra-tæ eſſe curæ, angores, ſolicitudines, uitaq; ærumnarum, atq; moleſtiarum confertiſſima? Quis enim noſtrum poterit uxoris ornatum, & immodicum ſumptum fami liæ, liberorum moleſtias, & hoc genus incommoda mille, quieto, ac tranquillo animo ferre? Nonne eò vſq; miſeros homines mala tanta deducāt neceſſe eſt, ut ex-pilare, & diripere ſacra, prophanaq; omnia compellan-tur? quatenus uix lapides, tignaq; templorum, nedum ueſtis, aut aurum, aut præcioſi quicquam ædibus ſacris ſuperſit. Niſi forte noſtris latinis eueniat: quod nunc eſ ſe apud Græcos audimus: tanta ſcilicet pauperies, ut nihil ſubſit ultra in templis ſacerdotibus rapiendum. Quod uero ad auctoritatem attinet, multo ſane ſecius eueniet, quam iſti falſo autumant: nam non modo nulla auctoritas accedet ex eo ſacerdotibus, ſed magnus po-tius contemptus. Quis enim auderet uxorato ſacerdo

ti quidpiam tuto committere, quod uxorem eius uellet esse celatum? uel etiam uiciniam? Quid si uxor (ut sæpe contingit) zelotipa fuerit, & ex eo (ut est uulgus fœminarum) forte insanierit: quonam pacto poterit ferre, ut uideat puellas, aut iuniores fœminas, de quibus fortassis male suspicatur, mariti pedibus prouolutas: & (ut confitentes decet) ore ad os, & in aure obloqui secreta? Quid si male moratos liberos (ut fit uulgo) contingat educari? O qualia, quantaq; hinc scandala ad perniciem animarum, & corporum hac licentia pararentur, ut non is iam pastor super gregem datus, sed lupus potius uideri, diciq; possit. Cæterum ut quam male quadrent eiusmodi libidines & uoluptates uiro contemplationibus addicto: apertius perspicias sententias sapientū philosophorū de uoluptatibus in mediū proferemus.

Sententiæ nobilium philosophorum contra uoluptates. CAP. XX.

QVinq; esse hominis sensus scribit Aristoteles, per quos uoluptas uel animo, uel corpori quæritur: & ex his omnem uoluptatem, quæ immodice capitur, asserit turpem, & improbam esse: uerum quæ ex gustu, atq; tactu, qui sunt ex omnibus sensibus maxime uoluptarii, eam omnium fœdissimam. Iste enim duæ uoluptates gustus uidelicet & tactus: idest cibi & ueneris solæ existunt nobis communes cum belluis: & iccirco in pecudum, ferarumq; animantium numero habendum esse dicebat, quisquis ferarum in morem, plus æquo, hisce uoluptatibus occupatur. Quis enim inquit habens aliquid humani pudoris, uoluptatibus istis duabus coeundi, & comedendi, quæ homini cum sue, atq; asino cōmunes sunt, gratuletur? Extat eiusdem philosophi utilissimum, idemq; sanctissimum documentum, quo monet uoluptates abeūtes consideari debere, earumq; tur

omne animi lumen extingui: consilium impedit: & tanquam inimica rationi nullum prorsus habet cum uirtute commertium. Recte ergo ingenii, & doctrinæ princeps Plato uoluptatum malorum escam appellitabat, quoniam, ut Cicero interpretatur, sic ea homines sub spe boni capiuntur, ut pisces sub spe cibi hamis fallentibus imprecantur. Quotus autem quisq; hominum nisi spe aliqua, uelut esca illectus, ad peccandum gratis accederet? Ab Homero iccirco uoluptas fraus appellatur; q fraudulenter homini quantūuis sapienti auferre mentem soleat. Dicit nanq; idem Plato hominem propter immodicam uoluptatem de statu suæ mentis elabi: nec ullum cum modestia, aut temperantia esse posse uoluptati cōmercium. Is propterea (ut refert. D. Augustinus) solitus erat frequenter admonere suos discipulos, ut à uenereis uoluptatibus omnino abstinerent: persuasumq; sibi haberent, ueritatem ipsam, quam quærebant, nō corporeis oculis, aut sensu aliquo, sed sola mentis puritate uideri posse: cui percipiendæ nihil magis impedimento esse dicebat, q̃ uitam libidinibus deditam. Et ideo ferunt eum perdurasse: cœlibem, & uitam castam duxisse usq; ad mortem. Cato dicebat animum eius, qui à moribus teneretur, ĩ alieno corpore uiuere. Plutarchus ĩ uita Hannibalis. Carpunt inquit, blandæ uoluptates omne robur animi, indoléq; uirtutis, & ĩgeniū labefactãt, & cōsiliū eripiūt, quoniā nihil pniciosius uoluptate humano generi afferri potest. Hippocrates & ipse diuia uir sciētia ut multa præclare, sic hoc breuiter, coitū uenereū: dixit partem esse quādā morbi teterrimi, quē latine cōmitialē nūcupamus, & uulgus, licet ĩperite, caducū appellat. Propterea Pythagoras dicere solebat, tūc uenereā uoluptatē exercēdā esse, quū hō seipso ĩfirmior effici uelit. Ita re uera ē: nā frequēs cōcubitus, (ut Cornelius Celsus docet) corpus soluit, ac debilitat, sicut econuerso firmat, ac roborat continentia. Egregie Cato ille Ciceronianus magnam

habendam censuit esse senectuti gratiam, ob præclarum munus ætatis illius: quandoquidem id auferat senibus, quod est in adolescentia turpissimum: diffluere scilicet libidine, & obscœnis uoluptatibus inquinari: ideoq; liberam: asserebat solam ætatem senectutis, quæ non esset fœdis eiusmodi libidinibus mancipata. Neq; secus atq; hic Latinus, Cato, Græcus Sophocles, qui ætate iam senior requisitus à quodã, num adhuc rebus uenereis uteretur? Bona inquit uerba quæso amice. Ego uero libenter istinc, tanquam à domino agresti, & furioso profugi. Non possum tacere alterum quoq; Catonis oraculum maxime memorabile. Cogitate inquit cum animis uestris si quid uos per laborem recte feceritis, labor ille à uobis cito recedet: benefactum autem à uobis, dum uiuitis, non abscedit. Si qua uero per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter autem factum illud, apud uos semper erit. Sapientissime sane dictum, ac præ oculis semper mentis habendum. Quid enim uel ad laboriosum uirtutis studium amplectendum, uel ad dolosum uoluptatis solatium fugiendum, aut aptius, aut sapientius excogitari potuit? Annæus quoq; Seneca nihilo inferior Catone, neminem ait turpius occupari, quàm qui uino, & libidini uacat: cæteros, & si uanæ gloriæ imagine teneantur, speciosius tamen errare: & licet auaros, licet iracundos enumeres, uel delatores, omnes tamen istos uirilius peccare, in uenerem autem, ac libidinem proiectorum inhonestissimam labem esse. Talibus enim (ut ipse inquit) est animus fractus, & mẽs impotens cogitare aliquid præclarum, aut aliquid decorũ meminisse, aut quid diuinum intelligere, consilii prorsus ac rationis expers: atq; id tantum bonum esse diffiniẽs: quod si pecudes loqui possent, appellarent uoluptatẽ. Idem alibi tam male sentit de uoluptate, ut asserat se habere pro comperto uoluptatem ipsam plures occidere, quam gladium. Cicero rursus de eiusmodi hominibus

in suis officiorum libris ita disseruit. Sũt quidam, inquit, homines non re, sed nomine, nam si quis est paulo erectior, quãuis uoluptate capiatur, occultat tamen, & dissimulat appetitum uoluptatis propter uerecundiam. Ex quo intelligitur corporis uoluptatem non satis esse dignam hominis præstantia, eamq; propterea contemni, & reiici oportere. In eodem quoq; opere, Voluptates (inquit) blandissimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent. Et in quæstionibus tusculanis. Quid illum, ait, quem libidinibus inflammatum, & furẽtem uidemus, omnia rabide cum in explebili cupiditate appetentem, quoq; affluentius uoluptates undiq; hauriat, eo grauius, ardentiusq; sitientem, non recte misserrimum dixeris? Et in oratore, Omnibus (inquit) in rebus, & uoluptatibus maximis fastidium finitimum est. Idem alibi nemo ipsam uoluptatem, quia uoluptas sit, aspernatur, sed quia consequuntur magni dolores eos, qui uoluptatibus perfruantur. Et pro Marcello, præteriti, inquit, uoluptas pro nihilo est. Præclare hæc quidem omnia Cicero de uoluptate: at qui illud & præclarissime, ubi Scipionem Africanum de his ipsis rebus facit loquentem per somnium cum altero Scipione, ac dicentem, non patere cælum nisi his, qui quum inclusi adhuc sint in corpore, eminent foras ea scilicet, quæ extra corpus sunt contemplantes, & uoluptate reiecta, a corpore quam maxime sese abstrahentes: quoniam eorum animi, qui sese corporeis uoluptatibus dediderunt, earumq; se quasi ministros præbuere, & impulsu libidinũ uoluptatibus obedientium, deorumq; & hominum iura uiolauere, corporibus elapsi circa terram ipsam uolutantur. Nempe si Christianæ ueritatis conscius fuisset hic auctor, ubi dixit, Circa terram ipsam uolutãtur, sub terram dixisset flammis perpetuis concremantur: in cæteris nihil discrepat à christiana pietate. Sed & in libro de Finibus bonorum quid potuit dici religiosius? Fluit

inquit uoluptas corporis, & prona quæq; auolat, sæpi9 usq; relinquit causam pœnitendi, quam recordãdi. Nec minus sapienter de his ipsis rebus hunc eundem Africanum. Liuius noster facit loquentem, ut ægrum Masinissæ animum ab amore Sophonisbæ suis adhortatiõibus auocaret. Aliqua inquit te existimo Masinissa intuentem in me bona, & principio in Hispania adiungendam amicitiam mecũ uenisse, & postea in Africa te ipsum, spesq; omnis tuas in fidem meam commisisse. At qui nulla earum uirtus est, propter quam appetendus tibi uisus sim, in qua ego æque atq; temperantia, & continentia libidinum gloriatus fuerim: hanc te quoq; ad cæteras eximias uirtutes Masinissa adiecisse uelim: nam nõ, (mihi credæ) tantum est ab hostibus armatis ætati nostræ periculum, quantum à circunfusis undiq; uoluptatibus: qui eas sua temperantia frenauit ac domuit, multo maius decus maioremq; uictoriam sibi peperit q̃ nos Syphace, uicto habuimus. Quis Appelles quæso faciem quãpiam pẽniculo doctæ manus expressius effingat, quam hic auctor hanc pestem lacteæ linguæ uerbis expressit? Non mihi excidit illud quod apud Plautum poetam comicum legi de uoluptate memorabile. Amor, inquit, & melle, & felle, fœcundissimus gustu dat dulce, amarum ad saturitatem usq; aggerit. Et rursum. Ita diis placitum, ut uoluptati mœror semper comes sequatur. Et item alibi. Qui potest (ait) mulieres uitare, uitet: & quotidie pridie caueat, ne faciat, quod pigeat postridie. Plauti uero æmulus Terentius. Voluptates, ait, licet in præsentia sint suaues, semper tamen secum iunctam habent pœnitentiam. Expressus quoq; de ea uoluptate supra memoratus Seneca. Venit (inquit) transiens, & in ipso suo usu perimitur: huius inopia torquet, copia strangulat: miseri dũ ab illa deseruntur, multo miseriores si obruuntur: sicut depræhensi mari Syrtico: modo in sicco destituuntur, mo-

do in summa unda fluctuātur. Hanc sequitur solicita cogitatio, trepida spes, anxia uita. Et rursus alibi. Si qua inquit per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factum apud uos perpetuo remanebit. Idem quoque ubi de beata uita differit, per comparationem uirtutis, ita elegantissime uoluptatem reprahendit. Quid dissimilia (inquit) immo diuersa componitis? Altum quiddam est uirtus, excelsum, & regale, inuictum, infatigabile. Voluptas humile, seruile imbecillum, caducum, cuius statio, ac domicilium fornices, & popinæ sunt. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus. Voluptatem latitantem, ac tenebras captātem, circa balnea, ac sudatoria, ac loca ædilem metuentia mollem, eneruem, mero atque unguento madentem: pallidam, ac fucatam, & medicamentis pollutam. Voluptas tunc, quum maxime delectat, extinguitur: nec multum loci habet, itaque cito implet, & tedio est, & post primum impetum marcet. Nec id unquam certum est, cuius in motu natura est: sed neque potest ulla eius esse substantia, quod uenit, transit ve celerrime, in ipso usu sui periturum. Eo enim peruenit, ubi desinit: & dum incipit, spectat ad finem. Hæc ibi Seneca ubi multa eleganter contra uoluptatem connexuit. Sapienter quoque de hac ipsa uoluptate disseruit Epictetus philosophus sua quondam ætate sapientiæ fama percelebris: duo dicebat esse uitia multo omnium grauissima, atque teterrima, intolerantiam, scilicet, & incontinentiam: quum aut iniurias, quæ sunt ferendæ, non ferimus: aut à quibus rebus, aut uoluptatibus continere debemus, non continemus. Itaque dicebat, quicunque hæc duo uerba cordi haberet, eaque sibi imperando, atque obseruando curaret, eum fore ferme impeccabilem: uitamque uicturum semper tráquillis

ſimam. Verba illa duo hæc ſunt. PATERE. ABSTINE. Sed nec ullo quoq; pacto inuoluendum eſt ſilentio quid, C. Fabricius ex ſua legatione reuerſus (fuerat enim apud regem Pyrrhum legatus) domi ſuis ciuibus enarrauerit: quidue ei, M. Curius, & T. Coruncaneus ſapientiſsimi uiri reſponderint. Retulit is quidem ſe audiuiſſe à Theſſalo Cynea Athenis quendam, qui ſapiens haberetur, diſputare, ſolitum omnia, quæ agimus in uita ad uoluptatem eſſe referenda, illamq; finem eſſe, ac præmium omnium laborum. Quo audito, T. Coruncaneum, & M. Curium ita præcatos ferunt. Dent dii talem ſapiẽtiam Samnitibus, ipſiq; Pirrho, aliisq; hoſtibus, P. Romani: Peſsimum ſcilicet malum præcati, ſub eo nomine ſapientiæ. Scite admodum etiam Democritus Venerem damnauit, dicens eã eſſe, propter quam homo extra ſe poſitus mentem perderet, & alius exiliret ex homine. Sed nec Apulei quoq; hic eſt prætermittenda ſententia: quam de ueneris natura, non minus uere, quam ingenioſe commentus eſt. Flamma (inquit) ſæui amoris parua quidem primo uapore delectat: ſed fomento conſuetudinis exeſtuans, immodico ardore totos comburit homines. Et Valerius Max, nihilo ſecius de hac eadem uoluptate ſentiens, q̃ cæteri: ita & ipſe ualde eleganter eloquitur: ſi demũ penates, ea ciuitas, id regnum æterno gradu facile ſtabunt, ubi minimum uiriũ ueneris, pecuniæq; cupido ſibi uendicauerit. Dictum ſane præclarum, atq; ueriſsimum. Nã quo iſtæ generis humani certiſsimæ peſtes ſubintrant, mox ibi inflamia flagrat, & iniuria dominatur. Iccirco ſcite Ageſilaus ſciſcitanti cuidam, quid Spartæ fructus attuliſſent Licurgi leges: Volnptatum reſpondit contemptum: innuens non alia magis ex re ſolere rem publicã corrũpi, quam ex uoluptatibus, atq; delitiis: quoniam ibi nulla eſſe libertas poteſt, ubi luxus, & libido, regnat. Merito ergo Socrates dicere ſolebat, eos, qui ſe ad cõtinen

tiam exercui etiam, longe plus uoluptatis habere, ac minus doloris, quam qui summa cura perciperent sibi per incontinentiam uoluptates: quando incontinentia ipsa præter animi sibi male conscii tormentum, & præter infamiam, atq; egestatem, ipsi etiã corpori frequenter plus afferat molestiæ, quàm delectationis: & econuerso, continentiam, & optima quæq;, quàuis difficilia, si quis assuerit, esse iucundissima. Aiebat insuper turpe esse si quis sua sponte seruiens uoluptatibus, talem se faceret, quales nemo domi suæ habere uellet seruos. Huic rei adstipulatur & Silius peregregius poeta, ita dulci sono carmine modulatus.

Quippe nec ira deum tantum, nec tela, nec hostes.
Quantum sola noces animis illapsa uoluptas.
Ebrietas est fida comes tibi, luxus, & atris.
Circa te semper uolitans infamia pennis.

Docuit & Anacharsis philosophus ex Scytarum genere sapientissimus uel dormiens, duo membra, propter grauissimum periculum & dãnum, quod illis in est, esse homini præcipuo, studio cohibenda: penem scilicet, & linguam. Nam cœnatus is apud Solonem, qui erat ex septem sapientibus, ubi se quieti dedisset, repertus est hoc gestu dormire: ut dexteram ad motam haberet ori, sinistram pudendis: quod per Solonem sic fuit interpretatum Anacharsim per ea innuere uoluisse, hæc duo membra in primis coercenda esse, atq; custodienda semper, & ubiq;, ne peccent. At quanto mihi præclarius dictum illud Demosthenis quàm Anacharsis gestum, uideri solet: quatinus luculentissime omnem uoluptatis ipsius naturam uno fere uerbo detexit. Nam auctore Gellio, quũ Lais Corinthia ob uenustaté, ac elegantiá formæ grandem pecuniam demereret: conuentusq; ad eam ditiorũ hominum ex tota Græcia celebres fierent: nullusq; ab ea admitteretur, nisi qui tantum daret, quantum ipsa deposceret: poscebat autem procaciter nimiam quantita-

tem. Hanc Demosthenes fama eius formæ pertractus clanculum adiit,atque ut sui sibi copiam faceret efflagitauit Lais uero (ut fit) nominem in tuita, atque ut erat, diuitem machinata,decem milia nummum poposcit. Demosthenes tali petulantia mulieris, ac prætii quantitate stomachatus,repente abiens hoc pulcherrimum uerbū, atque memorandum responsum, ei pro pecunia dereliquit. Ego pœnitere tanti non emo. Vide quæso quā eleganter expresſit ueneree uoluptatis naturam, eam appellans pœnitentiam:quandoquidem uenus ipsa, ut fere uoluptates omnes,pœnitentia terminatur. Ad idem facere uidetur ꝙ Pytagoras ab animali habente nigrā caudam dicebat abstinēdum: ideſt à uoluptate,quæ finem, qui per caudam interpretatur tristem habet, tale enim quid nigredo demonstrat.Sed sapienter & Diogenes ille nobilis Cynicus scorta eiusmodi formosa appellitare mulsum letiferum consueuerat:quod dulce sapiat tantummodo dum auritur:haustum uero ubi ad cor altius descenderit,enecet ut uenenum. Non est hic inuoluendum silentio etiam præclarum dictum potius q̄ factum Lysymachi: qui ob penuriam aquarū coͣctus est desiderio potus sese dare Scythis hostibus in deditionem. Is ubi frigidam aquam bibisset. Dii boni,inquit,tam breuis uoluptatis causa,quantam deposui fœlicitatem. Ita sane & nobis cogitandum est,ob potiunculam ueneree uoluptati· q̄ mortiferum uirus in nostra uiscera attrahimus. qualem seruitutem incurrimus: quantāque amittimus fœlicitatem:non ut ille temporalem,sed eternā.Socrates apud Platonem facete dolium esse Danaidum dicit in explebilem uoluptatem. Architas appellitabat uoluptatem capitalem hominum pestem.Sophocles furiosam belluam at Cicero blandisſimā dominam:Diogenes nihilo mitius inexpugnabilem feram. Sed quid opus pluribus testimoniis in tam aperta ueritate? Est

enim de hac re inter sapientissimos quosque uiros summus placidissimusq; consensus: ut iam omnes unanimes, & uno ore confirment pestiferam esse omnem uoluptatem, & eam præsertim, quæ uenereis rebus inest, maxime letalem: sue illo fœdissimo Epicuro patrono, atque assertore uoluptatū excepto, qui nedum sapiens sed nec satis quidem uir habitus est a sapientibus.

Nostrorum Christianorum sententiæ contra uoluptatem. Cap. XXI.

SEd iã planè satis in exprobrãda corporis uoluptate Ethnicorum sententiis immorati sumus: superest modo, si uacat audire, ut omissis his, ex nostris etiam philosophis Christianis aduersus hanc eandem spurcissimam uoluptatem sententias afferamus, quæ selectæ ex multis delectare sanè potius, quam lassare legentem possint. Et ut ab eloquentissimis incipiamus Lactantium Firmianum irridentem Aristippi de uoluptate sententiam audiamus. Aristippo inquit ne respondendum quidē duco: quem corporis semper uoluptatem tuentem, nihilque aliud quàm uentri, & ueneri seruientem, nemini dubium est hominem non fuisse. Sic enim uixit, ut nihil inter eum, pecudemq; distaret, nisi unum, quod loquebatur. Quod si asino, aut sui, aut cani, facultas loquendi tribuatur: quærasq; ab his, quid sibi uelint, quum fœminas tam rabide consectantur, ut uix diuelli queant: cibos etiam potumq; negligant: cur etiam alios mares uiolenter abigant, aut ne uicti quidem subsistant: sed à fortioribus contriti, eo magis insectentur: cur nec imbres, nec frigora pertimescant, laborem suscipiant, periculum non recusent: quid aliud respondebunt: nisi summum bonum esse corporis uolutatē: eãq; se appetere, ut afficiãtur suauissimis sen

sibus: eosq; esse tanti, ut assequendorum causa, nec laborem sibilussum, nec uulnera, nec mortem recusandam putent? Quid uero ipsemet Lactantius de uoluptate sentiat paulo inferius declarat: ponens summum illud bonum, quod philosophi olim in hac uita malæ quærebant, non esse in uoluptatibus, (ut Epicurus) sed in carentia potius uoluptatis. Hoc uno (inquit) beati esse in hac uita possumus: si minime beati esse uideamur: si fugientes illecebras uoluptatum, soli uirtuti seruientes, in laboribus, miserijsq; uiuamus: quæ sunt exercitia, & corroboramenta uirtutum. Id quibusdam durum uidetur fortassis, & illis maxime, qui & si christiano nomine censentur: re uera tamen Epicurei sunt magis, quàm christiani. His etenim nemo unquam poterit persuadere, quenquã in miserijs positum posse dici felicem: & miseros ullo pacto esse, quos fortũatos, & fœlices uulgo dicimus. Sed de hoc alias, reuertamur unde digressi sumus, & post lactantium, Seuerinum, Boetium doctissimum, atq; sanctissimum uirum subnectamus: qui & ipse ualde serio, ac luculente de uoluptate his uersibus lusit. Habet hoc uoluptas omnis.

Stimulos agit furentes.
Apiumq; par uolantum,
Vbi grata mella fudit.
Fugit, & nimis tenaci.
Ferit icta corda morsu.

Apertius uero idem soluta oratione confirmat. Appetentia (inquit) uoluptatum plena est satietatis; satietas pœnitentię. Haud diuersum sentit ab hoc Bedas præsbyter qui ait Breuis est uoluptas fornicationis: sed perpetua pœna fornicantibus. Nec illud quidem prætermittam quod Diuus quoq; Hieronymus diuino ore contra hanc eandem pestem diuersis scriptis infremuit. O quàm acerbus, ait, est fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio. Libido enim transacta semper sui reliquit

poenitudinem: lassatur, & nunquam satiatur: extincta reaccenditur: usu crescit, & deficit, nec rationi paret, quę impetu ducitur. Et rursum alibi. Luxuria, inquit, corpus destruit, causatur homicidia, memoriam hebetat, cor aufert, oculos utriusq; hominis excæcat: & præ cæteris criminibus iram Dei prouocat. Clamat item alio loco. O ignis infernalis luxuria. cuius materia gula est, cuius flamma superbia, cuius scintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immundicia, cuius finis gehenna. Diuus etiam Ambrosius per belle totam libidinis naturam breui oratione comprąhēdit. Sæuus inquit stimulus libido, qui nunquā manere qetū patitur affectū, nocte feruet, die uero anhelat. Negat idem innixus multis scripturæ testimoniis uoluptatem in homine Deo auctore creatam, sed serpētis potius insidiis, atq; illecebris unà cū peccato fuisse aducctam. Quærit propterea quomodo ad paradisum reuocare nos possit uoluptas, quæ nos à principio inde detruserat in abyssum. Beatus quoq; Augustinus, quid et ipse de hac re sentiat paucis explicat. Luxuria inquit inimica Deo, inimica uirtutibus, perdit omnē substātiam, & ad præsens uoluptate deliniens, futurā nō sinit cogitare egestatem. Nō abesse quoq; debet ex hoc albo diuus pōtifex Gregorius: qui tm̄ imputat huic libidinis uitio: ut asserat quælibet bona opera, nisi unum luxuriæ scelus absit, nihil prodesse posse, sed penitus immensitate tāti criminis obrui. Hugo & ipse nō ignobilis doctor, licet aliquāto recētior, hāc ipsam libidinē ita elegāter descripsit. Libido inquit est immoderata carnis petulantia, dulce uenenum importuna lues, perniciosa potio, quæ & humanum corpus debilitat, et uirilis animi robur eneruat, Nec Augustini Dati elegantem de hac ipsa re sentētiam hoc loco pretermittendā putaui. Anxie inquit uoluptas appetitur, sordide perficitur, momēto effluit, aculeos graues relinquit, dolores sæuos parit, tota deniq; à ratione fœlicitatis abhorret. Ioānes etiā Chry

ſanctitate precellere. Sed quam peruerſe aberrent plerięꝗ à profesſione cellbatus, inſtauratis paululum uiribus Deo adiuante ſequenti libro dicemus.

BERNARDINI SCARDÆONII PATAVINI DE CASTITATE LIBER QVINTVS.

EXORDIVM.

De Male Profitentibus religionem.

1 Cor. VI



LICET in ipſo ſcribendi initio nihil minus ꝗ repręhendere, aut accuſare quempiam cogitarim, propterea ꝙ omni prorſus uitio carere debet, qui in aliorum uitia paratus eſt dicere: tamen ex inſtituto opere, niſi præuaricator noſtræ cauſæ effici uelim, uel inuitus non ſolum in fœdas quorũdam noſtri ordinis libidines, ſed etiam in affines libidinũ mores, atꝗ alia uitia dicere coactus ſum: uerltus ne calumnietur me fortaſſe quiſpiam, quaſi Afrorũ opinionẽ ſecutus ſim, ꝗ (ut ſcribit. D. Auguſtinus) unum tantũmodo libidinis crimen imputãt ſacerdotibus, cætera flagitia pro nihilo ducentes. Exiſtimaui ergo operæ præcium fore peſſima quæꝗ; facinora ꝑut mihi ſuccurrerint nactus hinc idoneã occaſionẽ amice, & abſꝗ; ulla priuata cõtumelia odio ve alicuius inceſſere, quæ modo in eo ordine uulgo, & ab omnibus bonis iure meritoꝗ dãnantur: tã & ſi nihil eſt quod uerear hic affirmare cũ Afris, libidinis uitiũ unũ eẽ ex grauiorib⁹ ꝗ posſint ſacris hoĩbus exprobrari. Nullũ enim malũ potius audit, ſpurci⁹ olet, lati⁹ ſerpit, frequẽtius adoritur hominẽ, ſeri⁹ derelinqt, ꝗ ſpurcisſima hæc, et incõceſſa libido. Quę ꝗdẽ uſꝗ adeo ẽ abominabilis: ut de nullo alio pctõ legaẽ

dixisse Deum pœnitere se hominem fecisse, nisi propter hanc ipsam fœdissimam ueneris proluuiem: cuius sordes, quum diluere uellet, depluit illud miserabile diluuiū quo uniuersum terrarum orbem submersit: & hominū fere genus perdidit: itaq; hactenus nullum peccatum fuit, quod generi pluris constiterit humano quam peccatū libidinis. Nec immerito quidem: nullum nāq; flagitium reperias, quod plus coinquinet, labefactetq; turpius existimationem hominum, & præsertim clericorum quàm fœda hæc commixtio coitus interdicti. Propterea Paulus apostolus instruens Corinthios dixit. Fugite fornicationem, omne enim peccatum, quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Verum tamen dum istam calumniam sedulo conamur effugere, uereor ne in alteram, mox incurramus hac ipsa fortasse peiorem: quòd & hic reclamaturi sint pleriq; usque adeo difficile est iniquos iniquitatis arguere: ut nullibi, quicquid agas, deesse tibi possint calumniatores. Auguror enim fore aliquos, qui magnā in me excitent tragædiā quasi in proditorē, & transfugā, quippe qui sacerdos sacerdotes accusauerim & in lucem, ac uulgus tacenda protulerim: & nimis superciliosus factus tanquam fictitius ille Paschillus Romæ pepercerim interea nemini. Si exprobrare uitia, uitio dandum est, non equidem culpa carebo: exprobraui fateor. Sed quid quæso culpandus: si zelo Dei, si amore proximi, si odio uitiorū id feci, ut nullo propterea pacto ordinem hominū quēpiam damnauerim, sed uitia? Volui in eo Antigenidis musici excellentissimi imitari disciplinam: qui suis auditoribus malos prius cantores exhibendos putabat, & postea eos, qui bene modularentur. Arbitratus hoc pacto bonos concinatores multo iucundiores futuros, ac delectaturos suauius quicunque audirent, si hi malos prius experti fuissent. Ita nos quoq; alacriores homines putamus fore ad bene uiuēdum, ac firmiores in proposito

I Cor. VI.

castitatis, si prius libidines, luxuriam, dedecus, infamiámq; iniquorum cognouerint. Quamobrem nemo nos accuset, ac uitio uertat, si eiusmodi hominum uitam, moresq; damnemus. Et enim si quis nostram causam bene, & diligenter, examinauerit, & recte iusteq; perpenderit: cognoscet id sanè totum, quod dicimus, non tam mordacitati ulli meæ imputandum esse, quàm improborũ potius consuetudini pessimæ. Mores profecto insectamur non homines, rursusq; non ut acrius arguamus: sed ut facilius corrigamus: neq; ut clericorum causam oneremus, sed potius ut eorum animos errore cognito ad desiderium emendationis inflammemus. Qui purus est ergo ab his uitiis, gaudeat, & Deo gratias agat, qui uero sibi conscius est doleat, & agat pœnitentiam, & correctus domino benedicat, & eius gratiæ ferat acceptum. Sed nolo me hic tueri prolixius sequutus. D. Hieronymi in hac edem re consilium, qui à Ruffino eiusdem fere criminationis reus factus, quum copiose, ac eleganter cæteris criminibus respondisset: hãc unam uti friuolam, & falsam, ac maledicam ita dissimulauit, ut contemptu potius quàm obliuione prætermisse uideatur. Verũ quid mecum tacitus nugor? & ultro mihi fingo somnia? Nemo fortassis ex his proceribus, qui reprehendendi sunt, hæc leget, uel si legent, quãquã stomachosi sint, tamen ut sunt sine pudore, quid de se dicatur, parum, aut nihil facient, sed ex sublimi deridentes oppedent (ut aiunt) sursum do: quasi quæ ab obscuro, & humili homunculo proferantur, tangere nõ possint magnos & illustres heroas. Neque enim (ut dici solet) aquila muscas capit, aut curat elephantus culicem. Sed quid, quod etiam elephantos tam uastos porcina uox terret? sitq; eis pusillus sorex uel solo uisu formidolosior, quàm instructa in se acies armatorum? & leones generosissimos ferarum, & alioqui intrepidos abiectissimus gallus fugat? atq; etiam scriptũ est in psalmo Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eo-

rum : Cæterum quicquid erit, legant, reiiciant, probent, contēnant ve quæ dicimus (ut lubet): feremus æquo animo. Quod autem ad me attinet ita tēperabo sermonem, ut neminem prorsus offendat, sed potius vt delectet multos, & prosit pluribus. Mel quidem portabit aculeus noster, non uenenum: pungetq; ut excitet, & iuuet, non ut execet, aut iugulet. Silete ergo & fauete animis beneuolæ nostræ curationi: nam si exclamaueritis, & impatientius agitabitis caput: non secus mouebor atq; medicus, qui intentus officio: non minus urit, aut secat, si lāguidus reclamitet, q̄ si taceat: aperiēdū siquidē est uulnus, & ex altis finibus uirus, si quod latet, penitus emulgendum.

Quam peruerse profiteantur quidam nomen religionis. Cap. I.

Vnde uero rectius ordiemur castigationem hāc nostram, q̄ ab illis, qui spiritualis militiæ stipēdiis, atq; honoribus aucti, labores respuunt, locum deserunt, mysteria ministeriaq; pariter dedignantur, male, atq; uafre iniq; ex alienis laboribus sua sibi cōmoda comparantes? Perspicuum esse potest iam plane omnibus: quo & luxuriæ, & omnium delitiarum lenocinia processerint: ex quo pleriq; in ecclesia male præsunt, & peruerse præficiuntur: & post quam dignitates tribuuntur indignis: & spiritualis militiæ cōmoda impēduntur ignauibus. Et.n. habent hi cum militaribus ordinibus hæc fere omnia: lic&etiam uidelicet, ferocitatem, apparatum, fastum, scorta, asseclas, scurras, equos, accipitres, canes, seruos, mensas, cœnas, concentus, suffitus, odores, & reliquas eiusmodi uitæ delitias: in quibus talium hominum totas ætates uideas esse contritas: Cæterum continenter uiuere, & pro sibi cōmisso populo (ut par est) excubare: sitim, famēq; pati; frigus, & æstum tolerare: loricā ferre iustitiæ: & contra principes, & potestates, & contra mundi rectores te

nebrarum harum, atque contra spiritualia nequitiæ ut docet Apostolus, pugnare contēnunt: ac si nullo militiæ munere, aut sacramēto tenerētur obligati. Væh, uæh iterū uobis, q hæc nō agitis: & illis potimini. Nō ē mihi credite militiæ huius sacræ affluere delitiis, & uoluptatibus indulgere, sed belligerare cū uitiis, & cū diabolo, & mūdo & carne assiduo, & acri duello cōfligere: atque à propriis cauere peccatis, & sequestrē sese ꝓ alienis offerre. Grauissimā sane pſonā sustinet q religionē ꝓfessus ē, & sacris ordinibus ascriptus, nā eū ex officio, quod sibi incumbit, & suā, & alienā uicē ptimescere necesse ē. Tu qdē nimis cōfidēs es, nimis incōsultus: si tibi pſuadeas in tātis delitiis, & tāto ocio, sine tuo aliquo labore, posse de supato mūdo agere triūphū in cælis: & quū tā molliter uiuas, ex his corporeis uoluptatibus ad pennē illā, & gloriosam fœlicitatē ptingere. Suscipienda qdē sunt bella, laboresq; pferēdi ut liberati postea ab his in cœlo ppetua pace pfruamur. Prçuia ē enim semp triūpho uictoria: sed ea ipsa cōstare nō potest, nisi uirilis laboriosaq; prius pugna præcesserit. Affluere qdē delitiis, hosti cedere est, nō certare, & tātis cōmodis, honoribusq; & immunitatibus clericalis militiæ potiri immerito, latrocinari est plane magis, q̃ Deo militare. Discite quæso quid contēptus ille rerum in professione, sibi uelit, quid dispar corporis cultus à cæteris, quid prælatio præ cunctis ordinibus hominum, quid denique tot tantorumq; prædiorum elargitum gratis peculium. Scilicet ut ementitus nomen religionis faciat interim licentiosius quicquid lubet, nihil à cæteris hominibus differens, nisi solum habitu, opibus, appellatione, licentia? Porrò religio non solum debet per uestitum, & nomen, sed magis per mores honestos, & opera religiosa cognosci. Nam ut cum ethnico oratore quærat: quod esse turpius potest, quam sine procuratione senator, legatus sine mandatis, atque ullo. R. P. munere? (adiiciamus his) & prelatus ecclesiæ sine religione,

Ephe. 6.

alioqui in suos ipsorum tãtum, aut propinquorum suorũ uanos, atq; supfluos sumptus cõsumitur: ut nihil iã ex omnium sæculorum memoria sit peius auditum. Potentia nanq;, & honores, & dignitates, & reliqua, quæ auctoritatem parere bonis solent, his licentioris uitæ fomitem parant: ut pro dignitate, dedecus: pro religione, impietas pro humilitate, insolentia: pro castitate deniq; libido succedat. Quid quòd in tantis diuitiis præ nimia largitione, & immoderata prodigalitate hæ ipsæ copiæ eis sæpe deficiunt? nunquam tamen inexaturabile abdomen cessat: nunquam inexhaustus libidinis, & omnium uoluptatum feruor extinguitur, nunq̃ in se reuersi, ut filius ille prodigus, resipiscunt, nunq̃ abducũtur à suis pessimis institutis, & peruersa consuetudine, Quod facile factu foret eis, si tantum saperent corde, quantum sapiunt palato. Nam sapores, & iura gustant suauissime, & exorbent acutissime: sapientiæ uero & laudis nullum habent gustum, quum sint stupore penitus cordis oppressi. Tenent ipsi quidem perbelle suorum genera, dulcẽ, scilicet suauem, pinguem, amarum, austerum, acrem, acutum, acerbum acidum, salsum, lenem, & si qui alii sint, quos forte aut ignorauit Apitius, aut Plinius suis propriis uocabulis nesciuit exprimere: at eorum quæ ad gustum spiritualem pertinẽt, quæ ex officio potissimum, & ultra cæteros callere uel imprimis debent, nullum prorsus sensum retinent. Stomachantur hi quidem studiis diuinarum scripturarum: perhorrescunt, carnis macerationem, & ieiuniorũ abstinentiam: orationis autem & meditationis usum, & castitatis propositum & cetera eiusmodi, quæ piis, & uere religiosis hominibus præ cunctis saporibus corporis, edulcescere solent stupidi nihil penitus sentiunt, nec curant, perinde atq; ad eos hæc spiritualia nihil pertineant magis, quàm olim ethnicis, aut quam modo falsis christianis.

Cōtra luſurioſos cōuiuiorū, et epularū apparatus. Ca. II.

Hic allatrabit credo mihi tota manus delicatorū, qui quum in cæteris rebus ubiq; negligentisſime ſeſe habeant, in parādis tñ cibis, & cōficiendis edu liis, tantopere intendunt animos, ut uſq; ad ſuperſtitio nem deſipiant; dum noua genera condimentorum quo tidie machinantur, quibus rurſum extincta orexis & edē di auiditas excitetur. Hinc acria dulcibus acida lenibus, amara ſuauibus magno ſtudio, & admirabili arte com miſcent, atq; in his uarias quæſtiones, uaria conſilia ſedu lo conferunt & ſubtiliter ac diu, uti de re ualde ſeria, in ter ſe ratiocinando loquuntur. Adhibenturq; in eiuſmo di conſultationibus expertisſimi, itidemq; ueracisſimi q; q; lurcones, qui ea in re præſtent, & ſciant præterea nihil. Hinc etiam euenit, ut hi multo frequentius, ac ſtudioſius, longeq; accuratius Apitium, & Platinam de re coquina ria, q̄ uel Ambroſium, uel Auguſtinum, uel cæteros do ctores de Chriſtiana pietate tractantes euoluant. Quin etiam ad ea ſtudia tanta ſolicitudine ſeſe præparant, & tā accurate in ea re obſeruāt minutisſima quęq;, ut facile ſit

Phil.3. cōiectare ſuum cuiq; iſtorum Genium eſſe ꝓ Deo: iuxta illud ſcitum uerbum Pauli dicētis. Quorum Deus uen ter eſt. Diuis ſiquidem ſolent, templa conſtrui, aræ erigi, ſacraria poni, adhiberi ad cultum idonei miniſtri, immo lari uictimæ, thura incendi: quæ ſane omnia religioſe, & maxima cum impenſa exhibentur ab his uentri, ac Ge nio: cui efficatius plane ſeſe con ecrarunt, q̄ Deo: uocem illam Epicuri pro ſanctisſimo oraculo & ore, & animo ſemp retinētes. Indulge Genio: Carpamus dulcia: noſtrū ē quod uiuimus. Et illud ſimiliter Sardanapali elogiū, qđ ſibi moriēs cōdidit. Ede, bibe, lude, & quū te mortalē no ris præſentibus exple delitiis animū, poſt mortē nulla uo luptas. Horū in ea re quanta ſit religio (quū ſint alioq; ſine ulla religione) quęſo audias. Sacrarūt ipſi qdē ſuo illi Ge nio, quē ſane ſibi cōſtituerūt: ꝓ Deo, popinā optime in ſtructā ꝓ templo: macellū ꝓ ſacrario: cellarios pincernas

dulciarios & coquos adhibuerũt ꝓ sacerdotibus,et mini stris:nidores uero assoꝶ,atq̃ odores aromatũ, et oĩs ge neris unguẽtoꝶ ꝓ thure,ꝑdices ãt,turdos,coturnices,pa uones,uitulos,hædos,lepores,apros,et oẽs,feras syluaꝶ et omnia pecora cãpi,et uniuersa uolatilia, atq̃ altilia pẽ nata ꝓ hostiis:rũbos uero lupos,ostreas,murenas,carpio nes,et oẽ genus pisciũ,et cõchaꝶ, quæ mouẽtur in aq̃s, et oẽ op⁹ lactiaꝶ dulciariũq̃,ꝓ uictimis,et præcipuis ho locaustis,Interea ne q̃s sensus corporis à tali cultu deuie, et,atq̃ minus sit eiusmodi sacris intẽtus:ut palatũ sapori bus,sic aures sonis,et scurrilitatibus,oculos signis,et spe ctaculis,nares odoribus,et unguentis oblectãt. Vide mõ quãta religione,quãto cultu isti ipsi q̃ sine religione esse credũtur,Genio, et uẽtri litãt: ita ut tanq̃ spurcissimi he luones nulli gloriæ,aut laudi,sed ab domini et gulæ tan tũ nati eẽ uideãtur. Iure ergo,q̃ sic uiuũt,quocũq̃ illi no mine censeãtur,nõ ministre Christi,ne pastores ecclesiæ sed de pastores,et Genii flamines,uel martis salii potius. Sunt dicendi,eo ꝙ saliaribus cœnis:et amplissimo appa ratu cõuiuioꝶ,et epulaꝶ opipare,et laute,ãtiquo Salioꝶ more fruãtur.O miseros ultra oẽs, et admodũ infelices hoĩes,q̃ nõ uidẽt,q̃ta sibi apportet mala hæc crapula, et hæc nimia,et nimis lauta saturitas:neq̃ cõsiderant quos morbos,q̃s ve mortes,et quos ẽt post mortẽ carceres ꝑ paret tãta et tã diuersa copia ciboꝶ.Homini(inq̃t Plini us)cibus est utilissime simplex,at aceruatio sapoꝶ pesti fera,et cõdimẽta ꝑniciosa. Sed de corpore hæc dicũtur à Plinio:at de ꝑnicie aĩæ multo formi dabiliora dicũtur in euãgelio à Christo,ubi delitiosus ille diues in ꝑpetua flãma post tot delitias cremari ꝓhibetur, eo ꝙ epulaba tur quotidie splẽdide,et bona recepat in uita sua. At q̃d factũ quãtis possum uirib⁹hortor delitiosos oẽs attẽde re,ne et ipsi ueniãt ad ea loca tormẽtoꝶ ubi qui ditissi mus quõdã fuerat,quũ sũmo sitis ardore adhuc flagret, nequæ quidẽ guttã ad refrigerandã linguam hactenus à quoq̃ potuit impetrare. Luc. 17.

De iniqua quorundam clericorum administratione. Cap. III.

QVid uero de illis dicemus, qui iniciati minoribus ordinibus, nulloq; adhuc uoto astricti quin minus nuptias inire possint, si uelint, inexplebili tamen cupiditate correpti, ne ob copulam nuptiarum amittant cēsum, & redditus præbēdarū, matrimonio simulq; pudore reiecto, p uxoribus impudicarū abutūtur cōtuberniis fœminarū? Eloquar, an sileā? piget, pudetq; dicere, neq; tamen in eo mihi ualeo temperare, quo minus satyrico quidem more, sed pio tamen, ac christiano animo inuehar, insultemq; contra plerosq; impudicos nostri ordinis: qui hac nostra tempestate ita abrenunciant sæculo, ut nihil amplius immutasse de anterioribus uitiis uideantur, quam ordinem, & indumentum, & nec hoc quidem satis: quum plerīq; neque habitum, neque tonsuram clericalem ferre dignentur. Ea nanque cupiditate tales ambiunt, uel potius armantur ad sacerdotia, ut nō tā uideantur animarum custodiam, & tutelam pauperum suscepisse, q̄ direptionem, & prędam, omnia pecudum more ad solam uoluptatem referentes. Desitum est iam plerisque impudentibus præ nimio usu, atque impudentia, uideri esse peccatum, scortari, & fornicari, ac cætera pudenda facere: tanta est eis lasciuiarum omnium licentia, atque religionis cōtemptus. Danda proinde est mihi uenia, si cum quodam sapiente, non uerear hoc tempore, atque his moribus exclamare contra eiusmodi impudētiam: bonos enim semper excipimus. O, secula, o mores huius ætatis: fuit fuit olim sacerdotibus, & clericis atque hominibus christianis continentia, castitas, sanctimonia, religio: sed dum innocentia in honore fuit, & paupertas, non contemptibilis. Nunc in tātis diuitiis, in tanta copia rerum, proh pudor, quæ sentina non mundior est, q̄ quorundam clericorum sacerdotumq; uita? Hactenus

ille, Non sunt profecto (mihi crede) hæ tantæ opes ad superbiam, & in luxum diuitum, collatæ, ut ditiores fiant, nec ad largitionem, splendoremq́; domesticum cuiusquam potentis: sed locis piis ideo derelictæ, ut essent ad communes usus egentiũ, & pupillorum, & ad subsidium eorum, qui sibiipsis opem ferre non possunt, exilio, morbo, carcere, senectute ve oppressi. Rem cõmunem tractas, non propriam: tuque es eorum omnium dispensator tantum, non dominus. O q̃ turpe est nõ agnoscere Christianum procerem in ecclesia Dei, quod agnouit Ælius Adrianus ethnicus in imperio uniuersi orbis, qui in contione, & in senatu sæpe dixit ita se Rempub. gerere, ut qui sciat populi rem esse, nõ propriam. Quanam fronte quæ sibi uendicat ducis, aut principis titulũ, qui nihil nisi priuatum commodum spectat? aut qui gregem tantummodo deglubat, nec illius ullam curam gerit quomodo erit pastor & non potius prędo dicendus? Etenim in hac ipsa copia rerum, qua suppetunt tibi affatim, & largissime omnia, talis parsimoniæ modus adhibendus est, ut tibi sanè parcissime uiuas, egenis uero quã abundantissime. Tibi nanque (si forte nescias) tam acceptorum, quã expensorum paulopost ratio tuo domino reddenda est. Prætefers (ut uideo) non agnoscere cuius sint ista quibus tute tantum iactas, ac luxurias lasciuus, & prodigus: nam si agnosceres in meliores, atque honestiores profecto usus dispergeres: ut ille, penes quẽ distribuendi facultas est, non abutendi. Tuus quidem est administrationis aculeus: sed ꝓprietas ipsa rei tua nõ ẽ, sed ecclesiæ: fructus, & tuus pariter & pauperum, omnia uero Dei: quæ quicunque aut male dispertit, aut auare seruat, sacrilegus certe, ac dilapidator potius habendus est, q̃ procurator: idemque euastator uerius, q̃ ad ministrator. Nam ut D. Ambrosius ait aduersus Symachum, nihil ecclesia sibi, nisi fidem possidet: redditus, fructus, possessio sumptus est egenorum. At modo numerẽtur no-

[..]rd,(ut de nris christianis dicamus,quod ille ibidẽ de gẽtilibus dixerat) q dicãt quos redimerint captiuos,q̃ cõtulerint alimẽta pauperibus, qbus ꝓfugis uiuendi subsidia administrarũt. Indignũ est sane facere de sacro ꝓphanũ, et existimare eã diuitiaꝝ copiã, eãq; opũ uim, quã nunc parit plerisq; religio,ad lasciuiã,et ostentationẽ,ac iactantiã tm̃ mõ referendã esse,et nõ potius in pios usus,et ad eã liberalitatẽ,qua cõperimus usos fuisse olim maiores nr̃os,quoꝝ uita et inter uoluptates incorrupta, et in diuitiis ab omni cupiditate aliẽa ꝓrsus fuit. Nihil.n.qcq̃ sibi tũc uiri illi ex his opibus retinebãt,præter uictũ, et uestitũ,et hũc ipsum decentẽ,et frugi:reliquũ uero ut Christi ꝑrimoniũ,et Christo debitũ Christi pauperibus erogabãt,memores semp uerbi illius saluatoris nostri dicẽtis.
Math.25. Quamdiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quãobrẽ et misericordes ob largitatẽ in pauperes,et casti ob frugalitatẽ,semp habiti sunt,et re uera fuere. Audi.D.Ambrosium cõtra Auxentiũ Arrianũ de se ita prædicantem. Habeo(inquit)ærarios,sed ærarii mei pauperes Christi sunt. Hunc noui cõgregare thesaurũ: Vtinam mihi hoc semper crimẽ ascribãt,ꝙ à me aurum pro ecclesiæ pauperibus erogatur. Hactenus illa. Ita est profecto faciendum ut docet Ambrosius si inter electos esse uelimus:quibus in nouissimo die dicturus est dominus. Venite benedicti patris mei possidete regnum paratum uobis à constitione mundi. Esuriui,et dedistis mihi manducare,et cætera misericordiæ officia, quæ sequuntur.

De lasciua iuuenum consuetudinem. Cap. IIII.

Math.25. ILla tunc sane fiebant, at modo nostris temporibus quanto secius contingit: quum iam (ut uidemus) à principio ætatis trãslatum sit omne certamen ad turpia, uersaq; omnis cogitatio,et industria ad uoluptates. Tot

pent ubiq; ingenia desidiosæ iuuentutis, somnus, lãguor inertia inuasit animos. Cantandi modo, et pulsandi, saltandiq;, ac ludendi præcipua sunt nostrorum iuuenum studia. Hæc sectantur, his gaudent, his sese oblectant in his deniq; assidue et intemperanter uersantur. Quotus enim quisq; nostrorum iuuenum nunc per hæc infelicia tempora inuenias benes moratum, recteq; institutum, et in studiis litterarum, et ingenuis artibus, ac diuinis lectionibus, et meditationibus uersatum, ut decet candidatos, et ratio postulat religionis, atq; pietatis in Deum? Quã ob rem nihil mirum si eiusmodi studiis uacantes, eneruentur iuueniles animi, et ad incontinentiã prolabantur.

Eneruant animos (ait ille) cantus citharæq; lyræq;.
Et uox, et numeris brachia mota suis.

Extat prouerbiũ, Bonus cantor, bonus cupediarius, quasi eiusdẽ pene sit hominis, et aures cantu, et palatũ oblectare cupediis. Propterea Aristoteles (ut recte interpræ tatur Gellius) quare eiusmodi uitæ deditos incõtinentiæ reos faceret his argumentis ꝓbabat. Cur (inqt) id genus hominũ, quod dionysiacos technitas, idest artifices bacchanales appellamus, improbos esse moribus magna ex parte cõsueuerunt: nõ ne qa minime sapiẽtiæ studio? et ex eo ꝙ in artibus nõ necessariis magnã partẽ ætatis cõsumunt suæ? et uitã ut plurimũ traducunt incõtinẽter? partim etiã cũ inopia? quod qdẽ utrũq; et uitia gignit, et auget. Hæc illæ. Tales sunt ẽt qbus nec in postremis est studiis, capillos ungere, incedere indigitos, numerare passus, ad blãditias muliebres uocẽ formare, atq; mollicie ipsa corporis certare cũ fœminis, earũq; corruptelis, et libidinibus delectari, ac deniq; ita cõptos et ex ornatos eẽ undiq;, ut ꝓcos potius, q̃ ꝓbos, et cõpositos magis q̃ ꝑpositos dicas. His sunt, ꝓ studio sobrietatis luxus, ꝓ carnis maceratione libido et uoluptates, pro horariis præcibus alea: pro studio scripturarũ uagatio, citharæ, et cantus, ꝓ sacris ꝯcionibus, comœdiæ, et ĩpudica, spectacula.

Contra malam consuetudinem quarundam à quibus bona ecclesiæ, & sacerdotia male distrahuntur. Cap. V.

LIbet hic exclamare, proh dolor, quam uersa, & immutata in peius sunt omnia, quã infimo loco res christiana in præsenti æuo ultio quorũdam impudentium afflicta, atque prostrata iacet, institores sanè potius q̃ antistites nacta. Ipsa quidem sacerdotia iam ut fieri uidemus, non ullis uitæ meritis, aut uirtutibus ut olim tribuuntur: sed quasi uenales merces, & prophanæ res præciis comparantur, & cõuentionibus, commutationibus, aliis ve fœdioribus etiam causis quotidie distrahuntur, atque iam in plerisque familiis, peruerso licet more, per successionem, non ut religiosa, & sacra, sed ut hæreditaria & a uita paternaq; bona sine discrimine possidentur. Egregie quidem arbitrantur se plærique facturos, ac præclare se beneficos uideri, si gentiles suos quãuis indignos sacerdotiis magnis, & pluribus locupletent: nec intelligunt ex nimio affectu cognationis, & sangninis q̃ sese maleficos præstent in Deum, quum sic malè translata sacerdotia, non rite, pieq; ut ecclesiæ bona, & consecrati redditus pauperibus dispensentur: sed indirecte, & impie magis, tanq̃ manubiæ, atque hostilia rapiantur, quando hæc eis non uti custodibus ad tutelam pauperum, sed ut raptoribus ad prædam proposita esse uidentur, ac tanquam salmatia (ut aiunt) spolia, sine sudore, ac labore parta. Hic mihi uidetur aduersus hos illud catouis dictum per opportune competere: qui quum in prędones. R. P. accerrime inueheretur. Fures, inquit, priuatorum furtorum in neruo in compedibus ætatem agunt, fures uero publici in auro atque in purpura. Id planè latius explicarem nisi res esset in ea conditione tẽporis, qua quum in euangelio dominus dixerit apostolis suis, Vobis datum est nosse mysterium, cæteris in parabolis,

rabolis,ut uidentes non uideant,& intelligentes non intelligant. Sed ut ad propositum redeã,non ita fecit Moses amicus Dei.Is utiq; in regendo populo Dei non habuit successores filios:nec etiam contubernalem quempiam,sed extraneum. Nam recessurus de mũdo Deum præcatur,ut prouideat populo suo, ei ducem parans & non ꝓponit filios,uel cognatos,ut ex eis constituat quẽpiam in locum suum. Discant hoc facto ecclesiarum pręfecti,& rectores populi non recte aptũ sacerdotiaq; mereri, nec eos sibi successores destinare, quos amor sanguinis,aut humanus quouismodo commẽdat affectus: sed quos dominus ipse delegit,ut cõstituat in sortem diuini mysterii,& ad curam,& regimẽ animarum suarum, quas redemit nõ solutione argenti,& auri,sed effusione sanguinis sui præciosissimi. Non enim licet hæreditariũ ecclesiæ tradere successorem, sed quem Deus ipse constituit, ad cuius iudicium totum hoc negocium est referendum:sicut de Iosue factum fuisse legimus:quem elegit Deus uirum sapientem castum,dignumq; multis nominibus,ut post Mosem populo Dei pręficeretur.Propinquis ergo,& consanguineis,agrorum, & prædiorum relinquatur hæreditas:at populi & animarum custodiá, ei,quem dominus eliget, quem mores commendát,cui à Deo est talẽtum datum:qui spiritu sancto repletus est: qui sanctitate uitæ prudentia scientia, & castitate in populo uelut lucerna in mediis tenebris luceat. Atqui modo longe diuersa ratio in his ipsis rebus haberi cæpta est: quũ ex affectu carnis absq; ulla discretione imperiti ꝓhibiti,ac & flagitiosi,& omnino inutiles ecclesiis male pręficiantur,& sacerdotiis:& officiis reliquis nequiter augeantur,pauperibus quantumuis dignis idoneisq; relectis. Male sanè factum:ut contemnantur uasa uacua, & plena super impleantur:quod non fecit Heliseus, qui uasa uacua adduci iussit,& oleum mutiplicauit egenis,O q̃ multi nunc apostolicum sibi gradum uendicant, & primas

Deut.31.

3.Reg.17

cathedras obsident,qui quidem nihil minus ad se, perti nere,arbitrantur quam curam, & regimē animarum:qua si eo immunes,& liberi seorsum à procuratione,& admi nistratione rerum uacent,quo sese liberius & ocio,& uo luptatibus dedant. Præsunt hi quidem non ut subdito rum saluti consulant, sed potius ut prætextu pietatis in omni delitiarum copia luxurient: aspernantes curam ui uentium subditorum & appetentes ditissimorum spolia mortuorum:quæ sunt donaria legata,& ea quæ in eccle siis Dei ad usus,& ministerium sacrorum ministrorum q; uel ad necessitates inopum apiis, ac religiosis mentibus sunt oblata: quibus eiusmodi homines ita insatiabiliter inhiant,ut manifestissime pateat,eos non esse Deo ; aut sacris,sed uentri potius,& sordido quæstui mancipatos.

Quam grauiter irascatur dominus contra improbos qui male præsunt & peruerse populum sibi commissum regunt. Cap. VI.

QVid uero sentiant de fide,& religione, qui hæc agunt,non magis est meum,aut nostri similium iudicare,quam corrigere:ut intra pelliculam suam mane at,nec supra crepidam (ut aiunt) sutor ascendat. Verun tamen horum pleriq; ita uiuunt,ut facile sit diuinare eos ipsos nihil quidem aut uererj,aut sperare de futuris:neq; quid boni,maliue sacræ polliceantur nobis littere,atten dere. Nam si quicquā profecto timerent,& diuinis orá culis quicquā crederent,audirent certe ac pauerent,quid Deus contra eiusmodi sardanapalicos mores per Iere

Iere. 5. miam prophetam indignabundus inclamitet. Saturauī (inquit) & mœchati sunt,& in domo meretricis luxuria bantur:equi amatores in fœminas,& emissarii facti sunt, unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his non uisitabo?dicit dominus,& in gente tali nō ulciscetur anima mea?Et idem rursus.Quiescebant ingt

uoluptuosa & interierunt in uiis, qui nutriebantur in croceis amplexatu sunt stercora? Nihilo mitius comminatur eisdem Ezechiel, uel potius per eum Deus. Viuo ego dicit dominus. pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarũ agri: eo quod non esset pastor, neque enim quæsierunt pastores me, gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & gregem meum non pascebant. Propterea pastores audite uerbum domini: hæc dicit dominus Deus. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum &c. O stulti & (ut utar uerbis domini) & tardi corde ad credendum his, quæ dicta sunt à prophetis, Ecquis est tam perditi animi, tantæque uecordiæ, qui ex tantis interminationibus non trepidet non horreat, non concutiatur tremore? Quæ nam esse potest in corde hominis tanta duricies? qui animus in corpore humano tam stupidus, ut tantis, tamque manifestis prophetarum oraculis non moueatur? non excitetur? non à peccato recedat? Memores estote miseræ, & infœlices animæ, subditorum uestrorum sanguinem, quos nunc tam parum facitis, exquisitum iri, (sicut scriptum est) de uestris manibus prælatorum. Væh pastoribus Israel, (ait dominus per prophetam) qui pascebant semetipsos nonne greges à pastoribus pascuntur, lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod crassum fuerat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, &c. Quid enim dici poterat apertius, planius ve de his ipsis temporibus, quam quæ tot ante sæculis, prophetæ præcinerunt? Non sunt isti sane pastores illi quos pollicitus est nobis dominus per prophetam Ieremiam dicentem. Dabo uobis Pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia, & doctrina. Tales enim pastores requirit, Christus Iesus sibi: qui quum commissurus esset uniuersum gregem suum Petro apostolo, ita

Tren.4.
Ezech.34
Ezec.16
Iere.3.

dixisse Deum pœnitere se hominem fecisse, nisi propter hanc ipsam fœdissimam ueneris proluuiem: cuius sordes, quum diluere uellet, depluit illud miserabile diluuiū quo uniuersum terrarum orbem submersit: & hominū fere genus perdidit: itaq; hactenus nullum peccatum fuit, quod generi pluris constiterit humano quam peccatū libidinis. Nec immerito quidem: nullum nāq; flagitium reperias, quod plus coinquinet, labefactetq; turpius existimationem hominum, & præsertim clericorum quàm fœda hæc commixtio coitus interdicti. Propterea Paulus apostolus instruens Corinthios dixit. Fugite fornicationem, omne enim peccatum, quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Verum tamen dum istam calumniam sedulo conamur effugere, uereor ne in alteram, mox incurramus hac ipsa fortasse peiorem: quòd & hic reclamaturi sint plerīq; usque adeo difficile est iniquos iniquitatis arguere: ut nullibi, quicquid agas, deesse tibi possint calumniatores. Auguror enim fore aliquos, qui magnā in me excitent, tragædiā quasi in proditorē, & transfugā, qppe qui sacerdos sacerdotes accusauerim & in lucem, ac uulgus tacenda protulerim: & nimis superciliosus factus tanquam fictitius ille Paschillus Romæ pepercerim interea nemini. Si exprobrare uitia, uitio dandum est, non equidem culpa carebo: exprobraui fateor. Sed quid quæso culpandus: si zelo Dei, si amore proximi, si odio uitiorū id feci, ut nullo propterea pacto ordinem hominū quēpiam damnauerim, sed uitia? Volui in eo Antigenidis musici excellentissimi imitari disciplinam: qui suis auditoribus malos prius cantores exhibendos putabat, & postea eos, qui bene modularentur. Arbitratus hoc pacto bonos concinatores multo iucundiores futuros, ac delectaturos suauius quicunque audirent, si hi malos prius experti fuissent. Ita nos quoq; alacriores homines putamus fore ad bene uiuēdum, ac firmiores in proposito

I Cor. VI.

castitatis, si prius libidines, luxuriam, dedecus, infamiáq; iniquorum cognouerint. Quamobrem nemo nos accuset, ac uitio uertat, si eiusmodi hominum uitam, mores'q; damnemus. Et enim siquis nostram causam bene, & diligenter, examinauerit, & recte iusteq; perpenderit: cognoscet id sanè totum, quod dicimus, non tam mordacitati ulli meæ imputandum esse, quàm improborũ potius consuetudini pessimæ. Mores profecto insectamur non homines, rursusq; non ut acrius arguamus: sed ut facilius corrigamus: neq; ut clericorum causam oneremus, sed potius ut eorum animos errore cognito ad desiderium emendationis inflammemus. Qui purus est ergo ab his uitiis, gaudeat, & Deo gratias agat, qui uero sibi conscius est doleat, & agat pœnitentiam, & correctus domino benedicat, & eius gratiæ ferat acceptum. Sed nolo me hic tueri prolixius sequutus, D. Hieronymi in hac edem re consilium, qui à Ruffino eiusdem fere criminationis reus factus, quum copiose, ac eleganter cæteris criminibus respondisset: hãc unam uti friuolam, & falsam, ac maledicam ita dissimulauit, ut contemptui potius quàm obliuione præterisse uideatur. Verũ quid mecum tacitus nugor? & ultro mihi fingo somnia? Nemo fortassis ex his proceribus, qui reprehendendi sunt, hæc leget, uel si legent, quãquã stomachosi sint, tamen ut sunt sine pudore, quid de se dicatur, parum, aut nihil facient, sed ex sublimi deridentes oppedent (ut aiunt) sutori: quasi quæ ab obscuro, & humili homunculo proferantur, tangere nõ possint magnos & illustres heroas. Neque enim (ut dici solet) aquila muscas capit, aut curat elephantus culicem. Sed quid, quod etiam elephantos tam uastos porcina uox terret? sitq; eis pusillus sorex uel solo uisu formidolosior, quàm instructa in se acies armatorum? & leones generosissimos ferarum, & alioqui intrepidos abiectissimus gallus fugat? atq; etiam scriptũ est in psalmo Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eo-

rum? Cæterum quicquid erit: legant, reiiciant, probent, contēnant ve quæ dicimus (ut lubet): feremus æquo animo. Quod autem ad me attinet ita tēperabo sermonem, ut neminem prorsus offendat; sed potius vt delectet multos, & prosit pluribus. Mel quidem portabit aculeus noster, non uenenum: pungetq; ut excitet, & iuuet, non ut execet, aut iugulet. Silete ergo & fauete animis beneuolæ nostrę curationi: nam si exclamaueritis, & impatientius agitabitis caput: non secus mouebor atq; medicus, qui intentus officio: non minus urit, aut secat, si lāguidus reclamitet, q̄ si taceat: aperiēdū siquidē est uulnus, & ex altis sinibus uirus, si quod latet, penitus emulgendum.

Quam peruerse profiteantur quidam nomen religionis. Cap. I.

VNde uero rectius ordiemur castigationem hāc nostram, q̄ ab illis, qui spiritualis militiæ stipēdiis; atq; honoribus aucti, labores respuunt, locum deserunt, mysteria ministeriaq; pariter dedignantur, male, atq; ualde iniq; ex alienis laboribus sua sibi cōmoda comparantes? Perspicuum esse potest iam plane omnibus: quo & luxuriæ, & omnium delitiarum lenocinia processerint: ex quo pleriq; in ecclesia male præsunt, & peruerse prę'ficiuntur: & post quam dignitates tribuuntur indignis: & spiritualis militiæ cōmoda impēduntur ignauibus. Et.n. habent hi cum militaribus ordinibus hæc fere omnia: licētiam uidelicet, ferocitatem, apparatum, fastum, scorta, asseclas, scurras, equos, accipitres, canes, seruos, mensas, cœnas, concentus, suffitus, odores, & reliquas eiusmodi uitæ delitias: in quibus talium hominum totas ætates uideas esse contritas: Cæterum continenter uiuere, & pro sibi cōmisso populo (ut par est) excubare: sitim, famēq; pati: frigus, & æstum tolerare: loricā ferre iustitiæ: & contra principes, & potestates, & contra mundi rectores te-

tebrarum har,atq; contra spiritualia nequitiæ ut docet Apostolus,pugnare contēnunt:ac si nullo militiæ munere,aut sacramēto tenerētur obligati. Væh,uæh iterū uobis,q hæc nō agitis:& illis potimini. Nō ē mihi credite militiæ huius sacræ affluere delitiis,& uoluptatibus īdulgere,sed belligerare cū uitiis,& cū diabolo,& mūdo & carne assiduo,& acri duello cōfligere:atq; à propriis cauere peccatis,& sequestrē sese ꝓ alienis offerre. Grauissimā sane ꝑsonā sustinet q religionē ꝓfessus ē,& sacris ordinibus ascriptus,nā eū ex officio,quod sibi incumbit,& suā,& alienā uicē ꝑtimescere necesse ē. Tu qdē nimis cōfidēs es,nimis incōsultus:si tibi ꝑsuadeas in tātis delitiis, & tāto ocio,sine tuo aliquo labore,posse de supato mūdo agere triūphū in cælis:& quū tā molliterulus,ex his corporeis uoluptatibus ad ꝑennē illā,& gloriosam fœlicitatē ꝑtingere. Suscipienda qdē sunt bella,laboresq; ꝑferēdi ut liberati postea ab his in cœlo ꝑpetua pace ꝑfruamur. Pręuia ē enim semꝑ triūpho uictoria: sed ea ipsa cōstare nō potest,nisi uirilis laboriosaq; prius pugna præcesserit. Affluere qdē delitiis,hosti cedere est, nō certare, & tātis cōmodis,honoribusq; & immunitatibus clericalis militiæ potiri immerito,latrocinari est plane magis, q̃ Deo militare. Discite quæso quid contēptus ille rex in professione,sibi uelit, quid dispar corporis cultus à cæteris, quid prælatio præ cunctis ordinibus hominum, quid deniq; tot tantorumq; prædiorum elargitum gratis peculium. Scilicet ut ementitus nomen religionis faciat interim licentiosius quicquid lubet, nihil à cæteris hominibus differens, nisi solum habitu, opibus, appellatione, licentia? Porrò religio non solum debet per uestitum, & nomen, sed magis per mores honestos, & opera religiosa cognosci. Nam ut cum ethnico oratore quærat: quod esse turpius potest,quam sine procuratione senator,legatus sine mandatis,atq; ullo. R.P. muneret(adiiciamus his)& pręlatus ecclesiæ sine religione,

Ephe. 6.

alioqui in suos ipsorum tãtum, aut propinquorum suorũ uanos, atq; superfluos sumptus cõsumitur: ut nihil iã ex omnium sæculorum memoria sit peius auditum. Potentia nanq;, & honores, & dignitates, & reliqua, quæ auctoritatem parere bonis solent, his licentioris uitæ fomitem parant: ut pro dignitate, dedecus: pro religione, impietas pro humilitate, insolentia: pro castitate deniq; libido succedat. Quid quòd in tantis diuitiis præ nimia largitione, & immoderata prodigalitate hæ ipsæ copiæ eis sæpe deficiunt? nunquam tamen inexaturabile abdomen cessat: nunquam inexhaustus libidinis, & omnium uoluptatum feruor extinguitur, nunq̃ in se reuersi, ut filius ille prodigus, resipiscunt, nunq̃ abducũtur à suis pessimis institutis, & peruersa consuetudine. Quod facile factu foret eis, si tantum saperent corde, quantum sapiunt palato. Nam sapores, & iura gustant suauissime, & exorbent acutissime: sapientiæ uero & laudis nullum habent gustum, quum sint stupore penitus cordis oppressi. Tenent ipsi quidem perbelle suorum genera, dulcẽ, scilicet suauem, pinguem, amarum, austerum, acrem, acutum, acerbum acidum, salsum, lenem, & si qui alii sint, quos forte aut ignorauit Apitius, aut Plinius suis propriis uocabulis nesciuit exprimere: at eorum quæ ad gustum spiritualem pertinẽt, quæ ex officio potissimum, & ultra cæteros callere uel imprimis debent, nullum prorsus sensum retinent. Stomachantur hi quidem studiis diuinarum scriptutarum: perhorrescunt, carnis macerationem, & ieiuniorũ abstinentiam: orationis autem & meditationis usum, & castitatis propositum & cetera eiusmodi, quæ piis, & uere religiosis hominibus præ cunctis saporibus corporis, edulcescere solent stupidi nihil penitus sentiunt, nec curant, perinde atq; ad eos hæc spiritualia nihil pertineant magis, quàm olim ethnicis, aut quam modo falsis christianis.

Cōtra luxuriosos cōuiuiorū, et epularū apparatus. Ca. II.

HIc allatrabit credo mihi tota manus delicatorū, qui quum in cæteris rebus ubiq; negligentissime sese habeant, in parādis tñ cibis, & cōficiendis eduliis, tantopere intendunt animos, ut usq; ad superstitionem desipiant; dum noua genera condimentorum quotidie machinantur, quibus rursum extincta orexis & edēdi auiditas excitetur. Hinc acria dulcibus acida lenibus, amara suauibus magno studio, & admirabili arte commiscent, atq; in his uarias quæstiones, uaria consilia sedulo conferunt & subtiliter ac diu, uti de re ualde seria, inter se ratiocinando loquuntur. Adhibenturq; in eiusmodi consultationibus expertissimi, itidemq; ueracissimi quiq; lurcones, qui ea in re præstent, & sciant præterea nihil. Hinc etiam euenit, ut hi multo frequentius, ac studiosius, longeq; accuratius Apitium, & Platinam de re coquinaria, q̄ uel Ambrosium, uel Augustinum, uel cæteros doctores de Christiana pietate tractantes euoluant. Quin etiam ad ea studia tanta solicitudine sese præparant, & tā accurate in ea re obseruāt minutissima quęq;, ut facile sit
Phil.3. cōiectare suum cuiq; istorum Genium esse ꝓ Deo: iuxta illud scitum uerbum Pauli dicētis. Quorum Deus uenter est. Diuis siquidem solent, templa construi; aræ erigi, sacraria poni, adhiberi ad cultum idonei ministri, immolari uictimæ, thura incendi: quæ sane omnia religiose, & maxima cum impensa exhibentur ab his uentri, ac Genio: cui efficatius plane sese con ecrarunt, q̄ Deo: uocem illam Epicuri pro sanctissimo oraculo & ore, & animo semp retinētes. Indulge Genio: Carpamus dulcia: nostrū ē quod uiuimus. Et illud similiter Sardanapali elogiū, qd̄ sibi moriēs cōdidit. Ede, bibe, lude, & quū te mortalē noris præsentibus exple delitiis animū, post mortē nulla uoluptas. Horū in ea re quanta sit religio (quū sint alioq sine ulla religione) quęso audias. Sacrarūt ipsi qdē suo illi Genio, quē sane sibi cōstituerūt: ꝓ Deo, popinā optime instructā ꝓ templo: macellū ꝓ sacrario: cellarios pincernas

dulciarios & coquos adhibuerũt ꝓ sacerdotibus, et mini stris: nidores uero assoꝝ, atq; odores aromatũ, et oĩs ge neris unguẽtoꝝ ꝓ thure, ꝑdices ãt, turdos, coturnices, pa uones, uitulos, hædos, lepores, apros, et oẽs, feras syluaꝝ et omnia pecora cãpi, et uniuersa uolatilia, atq; altilia pẽ nata ꝓ hostiis: rũbos uero lupos, ostreas, murenas, carpio nes, et oẽ genus pisciũ, et cõchaꝝ, quæ mouẽtur in aqs, et oẽ op⁹ lactiaꝝ dulciariũq; ꝓ uictimis, et præcipuis ho locaustis. Interea ne qs sensus corporis à tali cultu deuio, et, atq; minus sit eiusmodi sacris intẽtus: ut palatũ sapori bus, sic aures sonis, et scurrilitatibus, oculos signis, et spe ctaculis, nares odoribus, et unguentis oblectãt. Vide mõ, quãta religione, quãto cultu isti ipsi q sine religione esse credũtur, Genio, et uẽtri litãt: ita ut tanq̃ spurcissimi he luones nulli gloriæ, aut laudi sed ab domini et gulæ tã tũ nati eẽ uideãtur. Iure ergo, q sic uiuũt, quocũq; illi nõ mine censeãtur, nõ ministre Christi, ne pastores ecclesiæ sed de pastores, et Genii flamines, uel martis salii potius. Sunt dicendi, eo ꝙ saliaribus cœnis: et amplissimo appa ratu cõuiuioꝝ, et epulaꝝ opipare, et laute, ãtiquo Salioꝝ more fruãtur. O miseros ultra oẽs, et admodũ infelices. hoĩes, q nõ uidẽt, q̃ta sibi apportet mala hæc crapula, et hæc nimia, et nimis lauta saturitas: neq; cõsiderant quos morbos, q̃s ve mortes, et quos ẽt post mortẽ carceres p̃ paret tãta et tã diuersa copia ciboꝝ. Homini (inqt Plini us) cibus est utilissime simplex, at aceruatio sapoꝝ pesti fera, et cõdimẽta ꝑniciosa. Sed de corpore hæc dicũtur à Plinio: at de ꝑnicie aĩæ multo formi dabiliora dicũtur in euãgelio à Christo, ubi delitiosus ille diues in ꝑpetua flãma post tot delitias cremari ꝓhibetur, eo ꝙ epulaba tur quotidie splẽdide, et bona recepat in uita sua. At qđ factũ quãtis possum uirib⁹ hortor delitiosos oẽs attẽde re, ne et ipsi ueniãt ad ea loca tormẽtoꝝ ubi qui ditissi mus quõdã fuerat, quũ sũmo sitis ardore adhuc flagret, neq; quidẽ guttã ad refrigerandã linguam hactenus à quoq̃ potuit impetrare. Luc. 17.

De iniqua quorundam clericorum admini-
stratione. Cap. III.

Quid uero de illis dicemus, qui iniciati minoribus ordinibus, nulloque adhuc uoto astricti quin minus nuptias inire possint, si uelint, inexplebili tamen cupiditate correpti, ne ob copulam nuptiarum amittant censum, & redditus præbēdarū, matrimonio simulque pudore reiecto, ꝑ uxoribus impudicarū abutūtur cōtuberniis fœminarū? Eloquar, an sileā? piget, pudetque dicere, neque tamen in eo mihi ualeo temperare, quo minus satyrico quidem more, sed pio tamen, ac christiano animo inuehar, insultemque contra plerosque impudicos nostri ordinis: qui hac nostra tempestate ita abrenunciant sæculo, ut nihil amplius immutasse de anterioribus uitiis uideantur, quam ordinem, & indumentum, & nec hoc quidem satis: quum plerique neque habitum, neque tonsuram clericalem ferre dignentur. Ea nanque cupiditate tales ambiunt, uel potius armantur ad sacerdotia, ut nō tā uideantur animarum custodiam, & tutelam pauperum suscepisse, q̃ direptionem, & prędam, omnia pecudum more ad solam uoluptatem referentes. Desitum est iam plerisque impudentibus præ nimio usu, atque impudentia, uideri esse peccatum, scortari, & fornicari, ac cætera pudenda facere: tanta est eis lasciuiarum omnium licentia, atque religionis cōtemptus. Danda proinde est mihi uenia, si cum quodam sapiente, non uerear hoc tempore, atque his moribus exclamare contra eiusmodi impudētiam: bonos enim semper excipimus. O, secula, o mores huius ætatis: fuit fuit olim sacerdotibus, & clericis atque hominibus christianis continentia, castitas, sanctimonia, religio: sed dum innocentia in honore fuit, & paupertas, non contemptibilis. Nunc in tātis diuitiis, in tanta copia rerum, proh pudor, quæ sentina non mundior est, q̃ quorundam clericorum sacerdotumque uita? Hactenus

ille, Non sunt profecto (mihi crede) hæ tantæ opes ad superbiam, & in luxum diuitum, collatæ, ut ditiores fiant, nec ad largitionem, splendoremq; domesticum cuiusquam potentis: sed locis piis ideo derelictæ, ut essent ad communes usus egentiũ, & pupillorum, & ad subsidium eorum, qui sibiipsis opem ferre non possunt, exilio, morbo, carcere, senectute ve oppressi. Rem cõmunem tractas, non propriam: tuque es eorum omnium dispensator tantum, non dominus. O q̃ turpe est nõ agnoscere Christianum procerem in ecclesia Dei, quod agnouit Ælius Adrianus ethnicus in imperio uniuersi orbis, qui in contione, & in senatu sæpe dixit ita se Rempub. gerere, ut qui sciat populi rem esse, nõ propriam. Quanam fronte quæ sibi uendicat ducis, aut principis titulũ, qui nihil nisi priuatum commodum spectat? aut qui gregem tantummodo deglubat, nec illius ullam curam gerit quomodo erit pastor & non potius prędo dicendus? Etenim in hac ipsa copia rerum, qua suppetunt tibi affatim, & largissime omnia, talis parsimoniæ modus adhibendus est, ut tibi sanè parcissime uiuas, egenis uero quã abundantissime. Tibi nanque (si forte nescias) tam acceptorum, quã expensorum paulopost ratio tuo domino reddenda est. Prætefers (ut uideo) non agnoscere cuius sint ista quibus tute tantum iactas, ac luxurias lasciuus, & prodigus: nam si agnosceres in meliores, atque honestiores profecto usus dispergeres: ut ille, penes quẽ distribuendi facultas est, non abutendi. Tuus quidem est administratiõis acule᷑: sed ꝓprietas ipsa rei tua nõ ẽ, sed ecclesiæ: fructus, & tuus pariter & pauperum, omnia uero Dei: quæ quicunque aut male dispertit, aut auare seruat, sacrilegus certe, ac dilapidator potius habendus est, q̃ procurator: idemque euastator uerius, q̃ ad ministrator. Nam ut D. Ambrosius ait aduersus Symachum, nihil ecclesia sibi, nisi fidem possidet: redditus, fructus, possessio sumptus est egenorum. At modo numerẽtur no

tri,(ut de nris christianis dicamus,quod ille ibidē de gē tilibus dixerat)q dicāt quos redimerint captiuos,q̄ cōtu lerint alimēta pauperibus, qbus pfugis uiuendi subsidia administrarūt.Indignū est sane facere de sacro pphanū, et existimare eā diuitiarū copiā, eāq; opū uim, quā nunc parit plerisq; religio,ad lasciuiā,et ostentationē,ac lactan tiā tm mō referendā esse,et nō potius in pios usus,et ad eā liberalitatē,qua cōperimus usos fuisse olim maiores nros,quorū uita et inter uoluptates incorrupta, et in diui tiis ab omni cupiditate aliēa prsus fuit. Nihil.n.qcq̄ sibi tūc uiri illi ex his opibus retinebāt,præter uictū, et uesti tū,et hūc ipsum decentē,et frugi:reliquū uero ut Christi pimoniū,et Christo debitū Christi pauperibus eroga bāt,memores semp uerbi illius saluatoris nostri dicētis.
Math.25. Quamdiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quāobrē et misericordes ob largitatē in pauperes,et ca sti ob frugalitātē,semp habiti sunt,et re uera fuere. Au di.D.Ambrosium cōtra Auxentiū Arrianū de se ita præ dicantem.Habeo(inquit)ærarios,sed ærarii mei paupe res Christi sunt.Hunc noui cōgregare thesaurū: Vtinam mihi hoc semper crimē ascribāt,q à me aurum pro ec clesiæ pauperibus erogatur. Hactenus illa. Ita est profe cto faciendum ut docet Ambrosius si inter electos esse uelimus:quibus in nouissimo die dicturus est dominus. Venite benedicti patris mei possidete regnum paratum uobis à constitione mundi. Esuriui,et dedistis mihi man ducaret,et cætera misericordiæ officia, quæ sequuntur.

De lascidua iuuenum consuetudinem.
Cap. IIII.

Math.25. Illa tunc sane fiebant, at modo nostris temporibus quanto secius contingit: quum iam (ut uidemus) à principio ætatis trāslatum sit omne certamen ad turpia, uersaq; omnis cogitatio,et industria ad uoluptates. Tot

pent ubiq; ingenia desidiosæ iuuentutis, somnus, lãguor inertia inuasit animos. Cantandi modo, et pulsandi, saltandiq; , ac ludendi præcipua sunt nostrorum iuuenum studia. Hæc sectantur, his gaudent, his sese oblectant in his deniq; assidue et intemperanter uersantur. Quotus enim quisq; nostrorum iuuenum nunc per hæc infelicia tempora inuenias benes moratum, recteq; institutum, et in studiis litterarum, et ingenuis artibus, ac diuinis lectionibus, et meditationibus uersatum, ut decet candidatos, et ratio postulat religionis, atq; pietatis in Deum? Quã ob rem nihil mirum si eiusmodi studiis uacantes, eneruentur iuueniles animi, et ad incontinentiã prolabantur.

Eneruant animos (ait ille) cantus citharæq; lyræq;.
Et uox, et numeris brachia mota suis.

Extat prouerbiũ, Bonus cantor, bonus cupediarius, quasi eiusdẽ pene sit hominis, et aures cantu, et palatũ oblectare cupediis. Propterea Aristoteles (ut recte interpretatur Gellius) quare eiusmodi uitæ deditos incõtinentiæ reos faceret his argumentis ꝓbabat. Cur (inqt) id genus hominũ, quod dionysiacos technitas, idest artifices bacchanales appellamus, improbos esse moribus magna ex parte cõsueuerunt: nõ ne qa minime sapiẽtiæ studio? et ex eo ꝙ in artibus nõ necessariis magnã partẽ ætatis cõsumunt suæ? et uitã ut plurimũ traducunt incõtinẽter? partim etiã cũ inopia? quod qdẽ utrũq; et uitia gignit, et auget. Hæc illæ. Tales sunt ẽt qbus nec in postremis est studiis, capillos ungere, incedere indigitos, numerare passus, ad blãditias muliebres uocẽ formare, atq; mollicie ipsa corporis certare cũ fœminis, earũq; corruptelis, et libidinibus delectari, ac deniq; ita cõptos et ex ornatos eẽ undiq;, ut ꝓcos potius, q̃ ꝓbos, et cõpositos magis q̃ ꝑpositos dicas. His sunt, ꝑ studio sobrietatis luxus, ꝑ carnis maceratione libido et uoluptates, pro horariis præcibus alea: pro studio scripturarũ uagatio, citharæ, et cantus, ꝑ sacris ꝯcionibus, comædiæ, et ĩpudica, spectacula.

Contra malam consuetudinem quarundam à quibus bona ecclesiæ, & sacerdotia malè distrahuntur. Cap. V.

Libet hic exclamare, proh dolor, quam uersa, & immutata in peius sunt omnia, quā infimo loco res christiana in præsenti æuo ultio quorūdam impudentium afflicta, atque prostrata iacet, institores sanè potius q̃ antistites nacta. Ipsa quidem sacerdotia iam ut fieri uidemus, non ullis uitæ meritis, aut uirtutibus ut olim tribuuntur: sed quasi uenales merces, & prophanæ res præclis comparantur, & cōuentionibus, commutationibus, aliis ve fœdioribus etiam causis quotidie distrahuntur, atque iam in plerisque familiis, peruerso licet more, per successionem, non ut religiosa, & sacra, sed ut hæreditaria & a uita paternaq; bona sine discrimine possidentur. Egregie quidem arbitrantur se plærique facturos, ac præclare se beneficos uideri, si gentiles suos quāuis indignos sacerdotiis magnis, & pluribus locupletent: nec intelligunt ex nimio affectu cognationis, & sangninis q̃ sese maleficos præstent in Deum, quum sic malè translata sacerdotia, non rite, pieq; ut ecclesiæ bona, & consecrati redditus pauperibus dispensentur: sed indirecte, & impie magis, tanq̃ manubiæ, atque hostilia rapiantur, quando hæc eis non uti custodibus ad tutelam pauperum, sed ut raptoribus ad prædam proposita esse uidentur, ac tanquam salmatia (ut aiunt) spolia, sine sudore, ac labore parta. Hic mihi uidetur aduersus hos illud catouis dictum per opportune competere: qui quum in prędones. R. P. accerrime inueheretur. Fures, inquit, priuatorum furtorum in neruo in compedibus ætatem agunt, fures uero publici in auro atque in purpura. Id planè latius explicarem nisi res esset in ea conditione tēporis, qua quum in euangelio dominus dixerit apostolis suis, Vobis datum est nosse mysterium, cæteris in parabolis,

rabolis,ut uidentes non uideant, & intelligentes non intelligant. Sed ut ad propositum redeã,non ita fecit Moses amicus Dei.Is utiq; in regendo populo Dei non habuit successores filios:nec etiam contubernalem quempiam,sed extraneum. Nam recessurus de mũdo Deum præcatur,ut prouideat populo suo, ei ducem parans & non ꝑponit filios,uel cognatos,ut ex eis constituat quẽpiam in locum suum. Discant hoc facto ecclesiarum pręfecti,& rectores populi non recte aptũ sacerdotiaq; mereri, nec eos sibi successores destinare, quos amor sanguinis,aut humanus quouismodo commẽdat affectus: sed quos dominus ipse delegit,ut cõstituat in sortem diuini mysterii,& ad curam,& regimẽ animarum suarum, quas redemit nõ solutione argenti, & auri,sed effusione sanguinis sui præciosissimi. Non enim licet hæreditariũ ecclesiæ tradere successorem, sed quem Deus ipse constituit, ad cuius iudicium totum hoc negocium est referendum:sicut de Iosue factum fuisse legimus:quem elegit Deus uirum sapientem castum,dignumq; multis nominibus,ut post Mosem populo Dei pręficeretur. Propinquis ergo,& consanguineis,agrorum, & prædiorum relinquatur hæreditas:at populi & animarum custodiã, ei,quem dominus eliget, quem mores commendãt, cui à Deo est talẽtum datum:qui spiritu sancto repletus est: qui sanctitate uitæ prudentia scientia, & castitate in populo uelut lucerna in mediis tenebris luceat. Atqui modo longe diuersa ratio in his ipsis rebus haberi cæpta est: quũ ex affectu carnis absq; ulla discretione imperiti ꝓhibiti,ac & flagitiosi,& omnino inutiles ecclesiis male pręficiantur,& sacerdotiis:& officiis reliquis nequiter augeantur,pauperibus quantumuis dignis idoneisq; reiectis. Male sanè factum:ut contemnantur uasa uacua, & plena super impleantur:quod non fecit Heliseus, qui uasa uacua adduci iussit,& oleum mutiplicauit egenis,O q̃ multi nunc apostolicum sibi gradum uendicant, & primas

Deut.31.

3.Reg.17

uoluptuosa & interierunt in uiis, qui nutriebantur in croceis amplexatu sunt stercora? Nihilo mitius comminatur eisdem Ezechiel, uel potius per eum Deus. Viuo ego dicit dominus, pro eo q facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarū agri: eo q non esset pastor, neq; enim quæsierunt pastores me, gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & gregem meum non pascebant. Propterea pastores audite uerbum domini: hæc dicit dominus Deus. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum, De manu eorum &c. O stulti & (ut utar uerbis domini) & tardi corde ad credendum his, quæ dicta sunt à prophetis, Ecquis est tam perditi animi, tantæq; uecordiæ, qui ex tantis interminationibus non trepidet non horreat, non concutiatur tremore? Quæ nam esse potest in corde hominis tanta duricies? qui animus in corpore humano tam stupidus, ut tantis, tamq; manifestis prophetarum oraculis non moueatur? non excitetur? non à peccato recedat? Memores estote miseræ, & infœlices animæ, subditorum uestrorum sanguinem, quos nunc tam parum facitis, exquisitum iri, (sicut scriptum est) de uestris manibus prælatorum. Væh pastoribus Israel, (ait dominus per prophetam) qui pascebant semetipsos nonne greges à pastoribus pascuntur, lac comedebatis, lanis operiebamini, & quod crassum fuerat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod infirmum fuit, non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, &c. Quid enim dici poterat apertius, planius uede his ipsis temporibus, quam quæ tot ante sæculis, prophetæ præcinerunt? Non sunt isti sane pastores illi quos pollicitus est nobis dominus per prophetam Ieremiam dicentem. Dabo uobis Pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia, & doctrina. Tales enim pastores requirit, Christus Iesus sibi: qui quum commissurus esset uniuersum gregem suum Petro apostolo, ita

Tren.4. Ezech.34 Ezec.16 Iere.3.

ter prius interrogat. Petre amas me? atque sic demum intulit dicens. Pasce oues meas. Quasi diceret in his pascendis ostende amorem erga me tuum: quoniam quũ boni pastoris officio functus fueris, tunc te multum me dilexisse cognoscam. Hæc semel Petro dominus olim dixerat, ac identidem nobis quotidie dici existimemus: quibus oues dominicæ sunt commissæ. Est enim non modo eius, qui hominibus: sed etiam eius, qui mutis pecudibus præsit, eorum quibus præest cõmodis & utilitati seruire. Quanti autem sit ponderis præesse curæ animarum, si quis recte noscet, nequaquam id ambiret, sicut nunc mos est plærisque peruersus, & improbus: ut præficiatur unus diuersis sacerdotiis, nullam interim curam habens nisi fructuum rapiendorum: quod nequaq̃ facere uoluit doctissimus, & prudentissimus uir Franciscus Petrarcha: qui inuitatus ab Vrbano. Pont. max. ut aliquid peteret, & quæ uellet sacerdotia: cuiusque generis, indicaret sic in sua quadam epistola respondet. Dicã quod apud Ciceronem Cotta. Omnibus ferè inquit rebus qd non sit citius, quàm quid sit dixerim. Prælaturam itaque nullam uolo, nec uolui quidem unq̃: similiter nec beneficium curatum, quodcunque: & quãuis opulentissimum: satis est mihi unius animæ meæ cura, atque utinam illi uni sufficiam: de reliquo faciat dominus noster, ut sibi placuerit. Hæc ille optime secundum christianam pietatem. Cęterum sicut improbandos putamus, qui sese temere ingerunt, & ambitione ducuntur ad subeundam animarũ custodiam, ita econuerso non concesserim carere repræhensione, qui uocatus (quum habeatur idoneus) pusillanimitate deterritus detractet onus prælati, & regimen, & custodia gregis Christi: quę quàm male ab improbis occupatur, tam male à bonis reiicitur. Indigne uero & inique præpositos. D. Gregorius sub nomine pastorum ita leniter, & per humane castigat, dicens. Quid nos inquit pastores manet, qui mercedem consequimur, & operarii

nequaquã sumus? Fructus quippe sanctæ Ecclesiæ stipendio quotidiano accipiamus, sed pro ecclesia æterna minime laboramus. Cogitemus fratres cuius damnationis sit, sine labore percipere mercedē laboris. Illa in nostrũ stipendium sumimus, quæ pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt: non tamen cōtra eadem peccata orationis studio, ut dignum est, insudamus: aut pro subiectę plebis commodis excubamus. At qui peccata, quæ de aliorũ dorso debemus auferre, humeris nostris imponimus dũq; alios redimere nō curamus: efficimus nosmet ipsos captiuos. Hęc Grægorius pie sane & amice. At cōtra asperrime beatus Hierony. in eos ipsos inclamat dicens. Heu quot hodie, inquit, non pastores, sed mercenarii, ad quos nihil pertinet de ouibus Iesu Christi: quinimmo (ut uere dicam, & ipsimet sciunt) sunt lupi rapaces: & oues rapiunt, & dispergunt. Certe nihil peius, nihil abhominabilius, quàm quum ille qui custodire debet, dissipat. Heu quid hodie ab aliquibus ecclesiæ non pastoribus, sed destructoribus factum est? substantias, & labores hominum tanquam infernus insaturabiliter diglutiunt: & non solum eos à peccatis non emendant: sed uel ex sua negligentia: uel ex suis pessimis ministris, uel suis nefandis operibus pertrahunt potius ad illicita. Itaq; dicam, hos tales si impunes Deus relinqueret, Deus amplius nō esset. Hæc. D. Hierony. quasi iratus in sui, & nostri tēperis pessimos p̄latos: nihilo sane magis indignitate rei accensus, quam animarum iactura commotus, quæ eiusmodi præfectorum culpa quotidie periclitantur. Nam, iuxta illud, quum canes luporum fungãtur officio. cui nam præsidio pecuaria ipsa credentur? Quid modo si sanctus is doctor præsentes mores uidisset? quãto acrius exarsisset, quæ conuitia: quos clamores, quas satyras ædidisset? Id per se quisq; cogitet. His etiam addendum censui, quæ Prosper antiquissimus doctor de hac ipsa re eleganter disseruit. Possessiones (inquit) obla

tas ecclesiæ suscipiunt sacerdotes, & clerici, non ut inter res mundi deputari debeant, sed Dei: quoniam si uestes, & uasa, & cætera, quæ in sacris nobis usui sunt, sancta uocantur, nec in usus proprios reuocari possunt: quomodo non ea, quæ donata fuerant, sacra putanda sunt? nec ad usus prophanos luxuriose, sed pie ad necessaria ministrorum, & in usus pauperum partienda? Hæc ille uerissime omnia, quanuis pauci admodum animaduertant, ac uelint intelligere, ut bene agant. Hinc digne meritoq; laudatur factum sapientiss. Antonini Pii Imperatoris qui quum alioqui benignissimus ac liberalissimus haberetur, tamen hoc Rei p. damnum patienter ferre non potuit: cuncta namq; stipendia illa subtraxit, quę ociosos uidebat accipere, dicens: Nihil esse sordidius, immo crudelius, quam si Remp. ii roderent qui nihil in eam suo labore conferrent.

Contra eos qui non diuina uocatione, sed malis artibus, & quæstus gratia iniciantur. Cap. VII.

Eiusmodi autem omnium malorum causa, & quod ecclesiastica officia tam male exerceantur, inde potissimum emanasse uidetur, si coniectare uerum licet, quòd plæriq; multi ex nostro ordine sine ulla prorsus religione sunt, & absq; ullo consilio temere sese sacris ingerunt non diuinitus (ut par est) sed improbe acciti, atq; asserti ambitiose ad sacerdotium. Quod quam peruerse fiat, non tam imbuti uera pietate homines, quam etiam idolatræ, & falsorum deorum cultores norunt: ideo Plato philosophorum omnium facile princeps, quum in suis legibus multa de ratione creandorum magistratuum acute, scrupuloseq; disseruisset, postremo de sacerdotibus ita religiose præcepit. Quæ ad sacerdotum (inquit) creationem attinent, Deo committenda sunt: ut quemadmodum illi placet, ita diuina fortuna cui tributum id

sit sortes ferant. Sanciuerat ergo Plato, ut cęteri magistra tus suffragiis, sacerdotes uero sortibus crearentur, ut ab ipso deo electi potius, q̃ ab hominibus uideantur. Quę res conuenit cum facto apostolorum, quum & ipsi dominũ rogassent ut casu sortiũ ostẽderet ex duobus ꝓpositis, uter esset in apostolatũ ꝓditori Iudæ ex Dei mente surrogãdus: & cecidit sors super Matthiã, & renũciatus fuit apostolus, ut in ipsis apostoloꝝ actis legitur. At qui modo in creãdis sacerdotibus longe diuersa ratio habi tura multus, q̃ sibi satisfacere, & non Deo placere desiderãt. Sed ne hic ego quenq̃ falso accusem, aut immerito tanq̃ minus rite promotũ dãnem: intertoget semetipsum quęso unusq̃sq; nostrũ, et admota pectori manu (ut aiũt) anctorẽ suæ uocationis ingrat: uidebũt sane multi, si uoluerint diligẽter cõplicatas penitus animi sui notiones euoluere, se nõ religiõis, aut pietatis magis amore ad Dei cultũ cõuersos esse, q̃ nefaria potius ambitiõe, aut impia cupiditate ꝑuersos: atq; praua et iniq̃ rõne i hoc uitę genus improbe, temereq; cõiectos. Huic ꝑfecto inter crepũdia ludẽti, & mucosissimo adhuc infanti anxia, ac prę cox parentũ cura magnũ quodpiã sacerdotiũ ꝓcurauit. Aliũ diues aliq̃s prælatus domi tanq̃ melitæũ catulũ (ut dici solet) blande ac molliter educauit, calidis fouẽs balneis, alensq; ambrosia et nectare, ut sibi qui de familia succedat, uel ad inferos, usq; nõ desit, quũ possideatur post se sacrũ Christi patrimoniũ à suis iniq; p successionẽ tanq̃ hæreditas auita, & ꝓfana. Huic aũt quo mollior educatio fuerat: eo animus corruptior, eo caro fragilior, ac ꝓinde is ipse ad sacerdotiũ minus minusq; idoneus. Nã q̃ tenellis nobis à nutritoribus uelut cũ saliua ẽ infusa mollities, factis grãdiorib' insedit altius, ac tenaci' hæret, q̃ ut euelli postea aliq̃ disciplina ualeat, quocirca tales haud temere unq̃ bõꝝ frugis euadũt. Nã etsi talis puer bõę indolis, et eximię spei fortasse fuerit, ita ut expectat' suo tẽpore uideri possit ad quẽcũq; gradũ ãplissimę ẽt dignitatis.

aptisſimos,tamen flexibilis ætas adoleſcentiæ,delitiæq́;
quibus iam pridem conſueuerat, reddũt ſpem illam ,p ueđiori poſtmodum ætate fallacem : quippe quæ mox ob incuriam nutritoris ſine fructu,tanquam præmaturus floſculus ſæpe decidit. Alius uero præpoſitura , aut amplisſimo quouis ſacerdotio dignus exiſtimatur, uel quia diues,uel aulicus,aut comatulus ipſe, alio ve modo quã auſim dicere,cõmendatus . Hic exaltatur quia uafer eſt, ac ſimulandi,& disſimulandi peritus:ſcurra, aut uernula herois cuiuſpiam magni . Alius quòd ſtrenui militis filius,uel ipſe miles, uel in ſui principis militia interẽpti pupillus.Ille pecuniis:quidam obſequiis: alius alio modo, & manibus,& pedibus(ut aiunt)& quibus ualet artibus, annitens apræhenſat aucupatur,nundinatur,& ambit, ut ſacerdotiis multiplicibus cumuletur.Q uid de his etiam dicemus qui uel iudicio conuicti aliquo,aut etiam damnati:uel alicuius ſceleris conſcientia,& ſupplicii metu:aut expoſtulationibus,aut ære alieno uexati : aut aliter male diffamati,decoctores,mendiculi,profugi,fracti, afflictiq́; aliqua calamitate,ad fugiendam interim inopiam,ad diuertendumq́; forum,ingenio malo, prauoq́; confugiũt, ſiue potius uiolenter irrumpunt in clerum: improbe,foedeq́; ſeſe ditantes exuuiis & manubiis crucifixi? Nec deſunt qui ad remos,& raſtra nati,gulę, & ab dominis gratia per ſimulationem religionis in ſacerdotium, uelut ad diuerticula deſidiæ auide ſeſe proripiant:ut uel ſic mercennario præmio,uelut ſordidi,& putidi operarii, quorum laboris operæ,non ingenii artes emuntur:uictum ſibi ueſtitumq́; pariant : frigusq́; à ſeſe famẽq; depellant. Ito nunc & eiuſmodi homines, eos eſſe ſeruos credito fideles,ac prudentes,quos requirit dominus ut conſtituat ſuper familiam ſuam:quum uideas magis dignos eſſe,ut gregibus,& armentis curatores adhibeantur,quàm familiæ Chriſtianæ rectores. Compertisſima ſane ſunt hæc,quæ diximus,ut neq; inficiari,neq; disſimulare,etiã

si uoluerit, quisquam possit. At si quem læserit. Adsit reuerentia uero, sibiq; non mihi quæso succenseat. Neminem equidem prodo, neq; quicquã fingo à me ipso, sed ex hominum moribus, tanquam ex refertissimo aceruo hæc cuncta deprompsimus: non tã ut mordaciter quępiam allatremus, quàm ut omnes benigne, & amicabiliter moneamus. Cuinam ergo (ut ad rem redeam) uideri mirum debet, si tam male ac perperam uocati, atq; tã indigni sacris iniciati mysteriis, male etiam sacerdotii legibus, & religionis uoto respondeant? & sicut ab initio animus, sic ad extremum fides desit? Quos enim præsciuit Deus (ut Apostolus docet) & prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid nam dicemus ad hæc? si enim uocauit te Deus, & non te ipse potius temere iniecisti, (ut dicebam modo) nempe uocauit te (ut idem Apostolus ait) non in ignominiam, sed in sanctificationem. Et ne cui forte sit obscurum, quid is per ipsam sanctificationem uelit potissimum intelligi, continns infert. Hęc est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione. Sanctificatio igitur pudicitia est, & carnis mundicia: ad quam uocati sumus in desiderio, & spe uitæ æternæ. Fons ergo, & caput tanti mali est absq; dubio, quòd nunc ad sacra sint ullo discrimine: digni pariterq; & indigni promiscue promouentur: & quę sacerdotia immeritis committuntur: à quibus postea ad custodiam animarum indocti, ac sordidi homines, quorum copia exuberat, pro exigua mercedula (ut proxime duxi) ueluti messorum, fossorumq; uilissimæ operæ cõducuntur. Quanto consultius facerent præsules, si iuxta apostoli præceptum nemini facile, & cito manus imponerent: sed eis tantum, qui sint ad sacerdotale officiũ idonei, doctrina, moribus, & uitæ integritate præstantes. Quod si fieret, & non potius omnes promiscue, ac temere admouerentur sacerdotio, nec esset tantus sacerdotũ,

Rom. 8.
1. Tes. 4.
ibidem
Timot. 5.

numerus: nec esset cur nunc tanto tumultu de uxoribus dandis sacerdotibus ageretur? Atqui modo in tanto numero sacerdotum impossibile est non inueniri per multos impudicos: qui fidem, & auctoritatem derogent castis. Negabat Pythagoras ex quouis ligno debere Mercurium exculpi: quod dictum, ceu prouerbium, iactatur: non esse à quoq̃ passim, ac temere omnia exigenda, sed ea duntaxat, quæ ab eo rite, atq; laudabiliter exhiberi, ac perfici possit. Satis quidem liquet, magis expedire negocio fidei, ecclesiam habere paucissimos sacerdotes idoneos, q̃ innumeram turbam ineptorum, qui perdere cicius animas subditorum possit q̃ saluare. Iam satis manifestum esse potest, q̃ male conueniat quemuis hominum indiscrete sacerdotem constitui: quanq̃; iniquum sit iniciari temere, ac improbe sacris: reliquum est ut dicamus etiam aliquid de his, qui quum primo reprobi putarentur, mutata mente, ac reformatis in melius moribus plærunq; inter electos postea numerantur.

Solere plerosq;, qui uidebantur bene cœpisse, in deterius labi: & contra, qui male, in melius cõmutari.

Cap. VIII.

NOn eo quidem inficias, uocari à Deo etiam plærosq;, qui indigni postmodũ tali uocatione redduntur, affectiq; libidinibus, & mutatis in deterius moribus reprobantur. Nempe ad prandium illud euangelicum, paterfamilias ille omnes uocari præcepit, attamen ex conuiuantibus quendam ibi acriter obiurgatum, q; ueste nuptiali careret, ligatis manibus, & pedibus in abyssi tenebras iubet deiici. Est & illud iampridem factum trito sermone prouerbium. Multi sunt uocati, & pauci electi: & est id uerbum summæ ueritatis, cui contradiceret non licet. Vocantur similiter & fatuæ illæ uirgines, & tamen q̃a earũ lucernæ oleo carerent, hoc est quia superbę essent & mente, & corpore castæ non essent, nuptias, ad quas erant inuitatæ, prohibentur intrare. Et enim quòd quis uocetur, munus tantum est Dei, quòd autem elige

Matt. 22.
Ibidem.
Math. 25.

tur,& uocatione dignus efficiatur, esse utriusq; uidetur, Dei scilicet, qui per gratiam uocat, hominis uero q ex suo libero arbitrio uocatus non aspernatur accedere. Verum si ex uocatis multi quoq; reprobantur: quid de illis modo sperandum est, qui quo minime uocati sunt, sese arroganter ingesserũt? Audite quæso quid super hac sorde hominum indignans dominus ore prophetico inclamitet. Ipsi inquit, regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego non uocaui eos. Audiant ergo qui præsumptione sui spiritus non uocati intrudunt sese in clerũ, & in ecclesiasticam functionem, munusq; sacerdotii, qua si uiolenter inuadunt: & resipiscentes, cedant male usurpatos honores his, quos non ambitio humana, aut fauor corruptus puexerit: sed diuina dignatio acciuerit, atq; uel inuitos i ecclesia ad grad' sublimiores extulerit. Nõ est q qsquãdespe. et posse effici idoneus, si uitã morẽsq; i melius emẽdauerit? Euenire.n. plærũq; solet ut quẽadmodũ multi ex uocatis sępe sua, culpa decidãt à gratia uocationis, ut sceleratus ille proditor iudas: sic ẽt nõnulli, q & si primo intrusi uideri possint, potius, q̃ uocati, mutata tñ mẽte adiuti diuina gratia in melius cõuertãtur, & in electorũ numerũ reponãtur: sicut de Magdalena, & Publicano legitur, quorũ altera à pedibus dñi pp fidẽ, alter pp humilitatẽ de tẽplo Dei iustificatus exiuit. Neutiq; plane ultio dãdum est, si q mutatis moribus conuersus aliqñ, ad meliorẽ (ut aiũt) frugẽ sese recipiat: atq; post factũ, q̃q̃ seriuscule, errorẽ tñ animaduertat suũ, quẽ antea aut parũ aut fortæ nũq̃ cogitauerat. Vetus est adagiũ, gladiatorẽ in arena capere cõsiliũ. Quáobrẽ nõ negamus posse fieri, ut multi bene, et religiose, quoquomõ cœperint, finiãt, ac deniq; saluẽtur, quũ in his rebus nõ principia, sed exitus attẽdãtur: & ex eo qsq;, aut pmiũ recipiat, aut suppliciũ. Porro q̃ plurimos legimus, & nouimus etiã multos, qui longe clariores fuerunt cõuersione à libidinibus, q̃ alii tenore perpetuæ castitatis: atq; multo potiorẽ reparatam q̃ alii retentam innocentiam habuere.

Oseæ. 8.

In quosdam qui præ nimia arrogantia dedignãtur habe-
ri, aut dici præsbyteri. Cap. IX.

SEd heu quam infelici sæculo nati sumus, & in quam peruersis moribus uersamur. Est enim facile reperire multos hac nostra tempestate qui eo animo accedãt ad religionem, ut post susceptos honores sub adumbrata religionis imagine non religiose, sed deliciose uiuere, & impune delinquere ualeant, atq; accipiant, immo rapiãt sacerdotia, non ut sacerdotale munus exerceant, sed sacerdotiorum opibus repleantur. Et propterea isti ipsi homines sic affecti, præ nimia insolentia, ac fastu diuitiarũ ita mores clericales, ac nomina etiam stomachantur, ut si forte quempiam ex his præsbyterum, aut sacerdotem nomines, & non potius ambitiosa quapiam nomenclatura, quæ profanis magis conueniat principibus quàm clericis agat protinus contra te iniuriarũ: & in maledicti loco habeat obiectam uulgarem appellationem: quasi his præsbyteri nomen non officii, aut dignitatis: sed nescio quid plæbeiæ sordis oleat. Heu quo nunc redacti sunt mores, & ad quid pietas christiana deuenit: & o quã malefactum, ut præsbyteri nomen alioqui uenerabile, & sanctum, ipsis etiam præsbyteris probro sit, atq; etiã maledicto. Cathedras hi quidem, ac primos accubitus, fastusq;, & opes, atq; prælationes, & similia ornamẽta ambitiose sibi uendicant: quæ uero annexa his sunt pudicitiam, scientiam, pietatem, modestiam, liberalitatem, existimationem, speculationem, curam, custodiam, labores, & eiusmodi ita flocipendunt, ut ea iam non pluris uiciosa (quod dicitur) nuce faciant. Heu quantum in eo miseri homines falluntur, et aberrant à semita ueritatis: quum nesciant, qua se credunt ornari dignitate, non esse dignitatem, sed dedecus: quum proprium ueræ dignitatis sit, non honore digna obtinere, sed honore digna mereri: atq; non preæsse populis sed prodesse. Non enim intel

ligunt hi non eos habendos esse magnos uiros, qui magna nomina sortiuntur, sed qui res magna quoque uirtute perficiunt: sicut neque qui longiorem dorso uestem induit, longior habendus est sed fuerit mēbris procerus: quoniam nec corporis habitum ueste, sed statura metimur nec hominis dignitas ex honore, sed ex meritis pficientis extollitur. Falso igitur gloriantes breui gaudebunt, similes histronibus, qui sæpe quum sint inopes personam diuitis agunt, et quum fortasse serui sint personas referūt dominorum, uerum peracta fabula, nihil aliud sunt, quā quod prius fuerant, et inopes et serui. Sic sane sunt dignitates, et honores, quibus afficiuntur indigni: nam peracta uitæ fabula, apparebunt falsa, ac ficta omnia: atque eiusmodi homines personas scænicas induxisse, non ueras.

Grauissime peccare qui præsunt, si committant ut alii suo exemplo peccent.

Cap. X.

ET enim cuicunque fasces honoris, et potestatis insignia tribuuntur: atque ex officio tutela, et salus animarum mandatur, is scire debet non propriæ gloriæ studendum esse, sed pro communi potius commodo, et præsertim subditorum sibi semper excubandum. Nam ut pupillaris tutela, sic et ecclesiastica procuratio ad eorum maxime utilitatem spectare debet, quorum est tutela cōmissa, non autem ad commodum illorum, quibus committitur. Hic autem si quid aduersi contigerit, primo in duces ipsos, atque procuratores seuerissime animaduertenda iniuria est, deinde in cęteros. Neque id sanos ab re: tanto enim perniciosius peccatur, quanto rei malæ auctor fuerit ipse præstantior. Homo nāque quum facile suapte natura ad deteriora labatur, quid erit si ad perniciem dux accesserit, qui datus fuerat ad saultem? Quid enim uel fieri, uel dici turpius potest, quam illum ipsum qui personam doctoris, et consultoris acceperit, ea face-

re, ad quæ dissuadenda sit ipsæ præsertim doctor ele-
ctus: atq; in his ipsis uetitis ita delabi, ut sit ipsæ acerri-
me castigandus? In consiliis sane ducis posita est uirtus,
salusq; militantium. Bonus dux (ut aiunt) bonum red
dit comitem: & sicut populus, sic et sacerdos. Pereunt
siquidem cum malis pastoribus greges: contra uero pe-
rituri alioqui boni pastoris studio conseruant.
Scilicet in uulgus manant exempla regentum.
Non enim quisquam imitatur libentius, quam quod à ui
ris principibus, et religiosis conspexerit factitari, ita ꝙ isti
ipsi ruere non possint quin et cæteri unà secum eodem
labefactati contagio, atq; eodem impulsi motu conci-
dant. Nam his, uti sapientioribus, ac iustioribus, tanta fi-
des habetur, ut nulla uideatur esse in eis fraudis, iniuriæq;
suspicio. Quare eis et salutem suam, et fortunas, et libe-
ros rectissime, et tuto committi quisq; posse arbitratur.
Fidem nanq; maiorem solemus habere iis quos plus sa
pere credimus, atq; existimamus maiori iustitia, pruden-
tiaq; pollere, quam cæteris. Propterea. M. Tulius in li-
bro quem de legibus ædidit. Non inquit tam malum
est, quod principes peccent, (quanq; est magnum hoc
per seipsum malum, quantum illud, ꝙ multi etiam imi-
tatores principum existant. Nam uidere licet, si uelis re-
plicare memoriam temporum, qualiscunq; summi ciui-
tatis uiri fuerint, talem, et ciuitatem fuisse, et quæcunq;
mutatio morum in principibus extiterit, eandem quoq;
populos insecutam: atq; cuiusmodi fuerit dux, tales, ut
plurimum, fieri subditos. Quocirca perniciose de. R. p.
merentur uitiosi principes: ꝙ non solum uitia concipiunt
ipsi: sed ꝙ ea quoq; in fundunt in ciuitatem, neq; solum
peccant, ꝙ illi ipsi corrumpuntur, sed etiam ꝙ corrum-
pant cæteros, plus fere exemplo, q̃ peccato nocētes. Vi-
de quam recte: quàq; præclare hic auctor, licet ethnicus,
de ea re sentiat, q̃ q; studiose, atq; eleganter, et princípũ,
et prælatorum uitia ipsa redarguat. Verissimum id sane

est,et annotatu dignisſimũ,quod hic Cicero diſſeruit:nã ſemp ut in corpore,ſic et in populo,grauisſimus eſt morbus,q̃ à capite diffunditur:nã ſi quoduis mẽbrum: in reliquo corpore læſum,corruptũ ve fuerit,nõ tantũdẽ mali affert:aut dãni:(q̃q̃ et hoc quoq; malũ ſit)q̃tũ quũ idẽ ipſum caput ĩ aliq̃ ſui parte grauiter elãgueſcit. An neſcitis ꝙ oẽs unũ corpus ſumus in Chriſto, et huius corporis caput eſt ipſe Chriſtus,et huius capitis, hi, qui in eccleſia præſunt oculi eſſe dicũtur?Ad hoc.n.ptinet circũſpicere, et circũluſtrare omnia,cuncta ſummouere ſcandala, p̃cauere cũcta diſcrimina:et tanq̃ duces,et paſtores nõ ſinere ouiculas dñi ire præcipites,et pẽdere ex præruptis ultiorũ:ne forte pereant cũ paſtoribus greges,et mẽbra male affecta ſimul lãgueãt cũ corpore,et impingãt oculoꝝ uitio in petrã ſcãdali,et in foueã decidãt peccatoꝝ. Nemo nãq; iſtoꝝ prælatoꝝ,ſeu prepoſitoꝝ cadit unq̃:qn multos ſibi ſubditoꝝ ſecũ trahat: quãdoq; dẽ in frequẽti populo,ſi qs forte ceciderit,exitio,et ruinæ eſſe ſoleãt ſemp ſequẽtibus primi,aliis ſup alios temere ruẽtibus. Sicut enim grues in tergum præuolãtium capita reponunt, ut tuto,rectaq; ducãtur,quo tẽdunt: ſic populi ſalus in præcedẽtium principum ductu reponitur: quoniã quocũq; ductores ipſi pergunt,ſubditi ultro facileq; ſequuntur.
Quãobrẽ queãdmodũ boni prælati diſtributas à Deo bifariã mercedes accipiẽt: et ꝙ ipſi uirtutẽ amplectãtur, et ꝙ alios in uiã uirtutis inducãt:ita improbi contra, duplici pœna plectentur,ꝙ et ipſi peccauerunt, et ꝙ alios ſuo exẽplo induxerũt ad peccandũ. Et.n.qcũq; altior cæteris quaſi in ſpecula lõge lateq; cõſpicuus factus ẽ, is in ſe cõſpiciẽtibus tã boni q̃ mali faciendi occaſionẽ cũctis præſtat. Nõ ſic ignobilis,uel priuatus:is.n.ſi ceciderit,nõ aliis cadit,ſed ſibi:neq; cõmuni ſaluti, ſed propriæ tantũ infert cladẽ. Nihil profecto æque offendit,ac officit religioni, quam eam protectionis anſam præbere infirmis, ut ſeſe prelatorum ſuoꝝ exemplis excuſent. Nã quũ ui-

dent aliquos ex his minus recte facere, protinus idē quasi rectum et ipsi sibi licere putant: et quod deprædendūt ab uno istorum fieri, itidem de cunctis male suspicantur, Hinc data occasione statim linguam exacuunt in omnes eiusdem ordinis, homines, et absque delectu, et bonos, et malos: dilacerant: et ex unius, uel plurium delictis totam religiosorum manum diiudicant. Quamobrem uæh sacerdotibus, prælatisq; omnibus improbis: et uæh cuicūque homini per quem scandalum uenit: et qui sese corā
Matt. 18. coeco ponit offendiculum. Sed heu quòd hæc pauci considerant, et hoc uæh pauci uerentur: et tamen Deus est qui minatur: qui nec fallit unquā, nec fallitur. At qui nunc tantum potest, et in tantum prǫualuit cupiditatis uesania, ut plerique nihil pendant Christi uerbum: et irruāt in sortem domini, existimantes adeptos se esse imperia, et principatum, et non laborem potius curāque et custodiam Christianæ plæbis tuendæ: pro cuius salute uoluit Christus crucis suppliciū perferre et miserabiliter mori.

Quàm peruerse faciant, uel qui abutuntur officio suo, uel qui non pietate, sed prætio aut ambitione adducuntur ad euangelizandum. Cap. XI.

NEminem equidem mereri de humano genere peius arbitror quàm qui infulas, et prælaturas, et principatum in ecclesia Dei ambiunt, et ministerium spirituale ueluti sordidum quodpiam opificum, ac sæculare mercimonium inique ad nundinationem, sub ficta specie religionis exercent, nihil minus interim quā pietatem, et salutem animarum curantes. Nam uitam uiuere foedam, et ad religionē adduci prætio, et mercede, proximum sanè est latrocinio: et tantum abest, ut hæc sit pietas, aut religiosi officium, ut nihil pietati, ac religioni magis possit esse contrarium. Sordidissima quidem, et inquinatissima

quinatisſima uiuendi ratio eſt.uel quum quis officii ſpiri tualis mercedem percipiat, & opus ipſum derelinquat, uel quum officium eiuſmodi præſtandum cupiditate, & ambitione potius quam pietate ducatur: non curans bonis operibus (ut requirit Apoſtolus) ſed ambitioſis tantūmodo honoribus in eccleſia Dei præſtare:uel quū æquitatis patrocinium,& pauperum neceſſitates,& pias defunctorum uoluntates deſerat, & ſolum ipſi ſibi,ſuiſq; commodis,& uoluptatibus anhelat. Male ſiquidem res ſe habet in utranq; partem:& quum id,quod pietate effici debet,efficiatur pecunia:& quum id,quod uirtute parandum eſt,ambitu,& largitione paretur.Improbe planè atq; peruerſe factum,ut officium docēdi in eccleſia Dei à pietate nequiter abductam,ad mercedem,& quæſtum pertranſierit.Hoc autem ideo euenit, ꝙ hi qui prædicare debuerant iuſticiam aliis,ipſi iniquę uitę,ſeſe exemplar præbent: & officium ipſum docendi, quod populis debent reſpuentes præmia,& nomen ſolummodo doctoris uſurpant:atq; tanq̄ muti canes (quod aiunt)ad caulā, nil niſi impenſam parent: gregi ſane ipſi magis, q̄ furibus,aut lupis infeſti. Hoc quidem nihilo ſecius execratur redemptor noſter Chriſtus, quam ficum illam quondam ſterilem,quæ foliis tantum luxurians, quum frugifera appareret,nullum fructum retinebat. Siquidem annunciare euangelium, atq; erudire populū, hi debent in primis,quibus ex officio id potisſimum incumbit: ſin minus, cedere muneri: ne uti ſcænici hiſtriones in comediis perſonam agant,quam nō habent.Pontificium ſane munus eſt gratis,atq; ex pio affectu pietatem, charitatem fidem, caſtitatemq; populos edoceret & parere apoſtolicis præceptis,quæ dicunt. Argue,obſecra, increpa, in omni patientia,& doctrina.Verum enim uero negligentia prælatorum multorum,qui ſuis tantum rebus,& ſenſibus ſtudent,iam diu tam neceſſarium officium docendi obſoleuit prorſus ab uſu:atq; opus tam pium,& tam

1 Tim. 5.

sanctum, & quod præcipuum quondam fuit in Christiana religione, totum est & quæstu, & ambitione uitiatum. Caueamus quæso ne in illorum numerum computemur, quos Apostolus Thadæus appellat nubes sine aqua, quæ à uentis circunferuntur: ac arbores autumnales infructuosas, bis mortuas, & eradicatas: ac fluctus feri maris despumantes suas confusiones: & sidera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in eternum. Nostra sane est si nos antistites sumus, si populorum iudices, si duces atque doctores: nostra est, inquam, omnis ista ueræ, & synceræ pietatis docendæ prouintia: quanquam in eam quasi caducam, & uacuam alieni homines iamdiu: nobis male tacentibus inuolarunt. Verumtamen quam præposterum sit modo doctorem in ecclesia Dei præcio, & cupiditate, & non officio, aut charitate adduci ad euangelizandum: atque gloriam propriam in docendo potius, quam Dei laudem, & populi salutem quærere: iam ex peruersis populorum moribus dignosci facile potest: male enim edocti, male etiam emendantur. Et enim quicunque sic docent, non apostolico more, & affectu charitatis, ut discipulos Christi decet: sed uti rhetores, & oratores seruiles operas locant: non tam quod aliis, quam quod sibi ipsis prodesse possit, in medium adducentes: neque tam quomodo prosint, quam quomodo placeant laborantes: atque ea præsertim dicentes quæ ualeāt oblectare aures populi potius quam mores emendare: quum tamen non modulis, siue aucupiis uerborum, & sonoro boatu, sed christiana simplicitate; ac piis admonitionibus & exemplo morū disciplina tradenda sit. Vnde Apostolus. Non enim inquit, in sermone est regnū Dei, sed in uirtute. Nāque eiusmodi doctores (ut ait Cassianus) disputandi tantū peritiā, & elocutionis ornatum habere possunt: cæterum scripturarū uenas, & archana spiritualiū sensuū intrare nō possunt, quādoquidē uera scientia nō nisi à ueri Dei cultoribus habeatur.

Iudæ. 5.

1. Cor. 4.

Quanto sane melius esset multis tacere, quam ea di- cere, uel docere, quæ ad rem non faciant, & quæ tan- tum ualeant aures auditorum, uelut æs sonans & cym- balum tinniens, sine aliquo fructu uel moleste obtun- dere, uel inaniter demulcere: aut (quod peius est) deducere audientes, dum nouitatibus student, frequen tius in errorem. Superuacanei profecto est operis hæc uenatio, seu aucupium: quod in inuidiam potius uo- cat occultæ cuiuspiam fraudis: aut reddit elationis, & inanis gloriæ suspectos. Nam qui eiusmodi homines audiunt, non Christi discipulos loqui, sed fidicines ca- nere, aut rhetorem declamare, aut histrionem agere fabulam putant. Quocirca delectantur populi magis istiusmodi spectaculis, atque concentibus, quam eru- diuntur. Is non est modus docendi, quem Aposto- lus dicebat se accepisse à Christo nostro. Ait enim Mi- sit me Christus euangelizare non in spapientia uerbi, ne euacuetur crux Christi. Et alibi. Loquimur inquit non in doctis sapientiæ uerbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Sancti itaque Apo- stoli atque eorum imitatores, quod euidentissime con- stare uidemus, non inter philosophos disputantem, & bysso, & purpura indutum, & eburneo solio strato auro sedenrem Christum prædicabant: sed inter Iudæos, nu- dum despectum, crucifixum: & id tamen maxima cum admiratione, & populorum conuersione attentissime audiebatur. At uero non negamus eiusmodi sermones oportere esse quam plurimis rebus instructos, ac etiam gra- tos, & iucundos auditu: ut in eorum qui audiant suauius fa ciliusque sensus influant: sed tales esse uolumus, ut perspi- cui magis sint, purique & casti, quam concinni, & ceruss- sa, & fuco, & uerborum lenocinio adulterati: quatenus nihil existimetur dici melius, quam quod uerius. Illud nanque genus orationis (ut ait Quintilianus) quod ostentationi compositum est, solam petit audientium uoluptatem: ut

1.Cor.1.

1.Cor.2.

pote,quod ad ſolam finem laudis,& gloriæ tendit.Hinc quicquid dicitur,totum erit ſententiis populare,uerbis nitidum,figuris iucundum,compoſite elaboratum,& modulate pronunciatum. Quamobrem is,quiſquis erit,qui delectare concionem eiuſmodi ornamentis plus iuſto nitatur,uelut aduocatus quidam in foro, non ut concionator in templo haberi debet: quum eloquentiæ admirationem magnam habeat,& audientiam maximam, ſed reſipiſentiam, & emendationem exiguam:fructum uere ſalutis nullum.

In docenda pietate plus perſuadere uitam concionatoris quam uerba. Cap. XII.

NOn eo tamen pertinet quod dicimus, ut honeſtum concionis ornatum damnem,ſed potius,ꝙ quicquid dicatur, eo tendat, ut pietati,& animarum ſaluti ſit multo accommodatius, quam theatro, & auræ populari:quatenus ſuauitas illa orationis perfundat animos audientium ſpirituali guſtu,non autem perfringat copia, & admiratione eloquentiæ: & ut denique euentus omnis ad eum potiſsimum finem referatur, ut audientes in melius emendentur:quod nequaq̃ ſolo orationis ornatu conſequi poſſumus, niſi adſit etiam honeſta exiſtimatio de nobis, quæ eſt ad perſuadendum efficaciſsima.Hinc eſt ꝙ quaq̃ apud Grecos Demoſthenes in omni genere dicendi emineret ſupra omnes oratores, ei tamen à multis prælatus fuit Phocion philoſophus;ut qui non oratione,ſed auctoritate, atq; exiſtimatione,qua apud omnes maxime polleret,eum in perſuadendo longe ſuperaret. Siquidem tantæ eſt uirtutis exiſtimatio in utranq; partem,ut cuicunq; defuerit certa opinio illius uirtutis,quam commendat, etiam ſi eloquentior fuerit Cicerone,nunquam perſuadeat:contra uero fit, ut cui fuerit ſanctitatis opinio, quo quomodo loquatur,

excitet animos, ac sermone illo suo uel incompto præhenset, ac uelut unco trahit auditores ad cœlum: atque ex eo, uel solo, afficiat persuadeatque, quod dicit. Carneades ideo (ut legitur apud Ciceronem) caput oratoris esse existimabat, ut is illis ipsis, apud quos ageret, qualem se haberi optaret, talis etiam uideretur: atque id fieri, non nisi uitæ: morumque probitate dicebat. Ideo legitur, in uita Catonis, aliquando aduersus hominem perditum uerba in senatu facientem de honestate & continentia assurrexisse quendam stomachatum illius oratione, & dixisse. Quis te ferat cœnantem ait Crassus, ædificantem ut Lucullus, & modo loquentem nobis ut Cato? Valet ergo multum ad persuasionem, probati mores, instituta, actaque & uitam denique omnem eorum, qui dicant, ab his qui audiant: quando ex rebus gestis, & existimatione uitæ, soleant uel in primis existimari, quæ dicantur. Nemo nanque emendaturus est in se uitium ex tuis uerbis, quod in te esse cognoscit. Natura omnes sequaces sumus, & facillime in quancunque partem sequimur uestigia prælatorum. Quocirca non tam doctrinæ ui, atque uerborum ornatu opus est ad emendanda populi uitia, quam exemplis bene institutæ uitæ: quæ regula sit aliis emendandæ, & corrigendæ facilius prauitatis. Suadet enim loquentis uita magis, quam oratio: & uehementius mouent facta quàm uerba: usque adeo ut omnes ferè alienis & seruamur, & perimus exemplis. Quàm uero sit absurdum, & præposterum exprobrare cuippiam uitium, quod in te recidat atque inæqualem ac imparem uerbis uitam agere nemò sanæ mentis ignorat: nanque de his merito dici potest quod uulgo solet. Qui sibi semitam non sapit, alteri monstrat uiam. Et noster Paulus dicit. Quid ergo doces alios, & teipsum non doces? Si quidem tu furtum damnas uitanda est protinus tibi omnis suspitio auaritiæ: corruptorem seu adulterum reprehendas, prouidendum tibi est in primis ne quod in uita Rom. 2

admirari licet,q̃ medicos,quorum tituli remedia ꝑmittant, pyxides uero habeāt uenena: quibus dominus dicit. Me dice cura te ipsum. Neq; est prætereundum ullo pacto hoc loco percelebre illud Comici uerbum. Sapientem scilicet in primis sibi sapere oportere: quoniam qui sibi ipsi sapiens prodesse nequit: nequicq̃ sapit. Profecto ita est,quē nā recte instruet, qui nō sese instruit ipse prius? aut qua ratione reget alium: qui errās nescit ipse quo uadat? Et enim in uia morum non magis prodesse poterit talis præceptor,q̃ gubernator in tempestate nauseabundus,& stupēs. Ideo Saluator dicit. Qui fecerit,& docuerit,hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Et merito de eo ipso legitur Cœpit Iesus facere, & postea docere. Qui enim tantū modo docent,nec faciūt,ipsi præceptis suis detrahūt pondus. Expedit ergo recta,& honesta præcipere: sed nisi tu id primū facias,in cassum præcipis: bonū nanq; qđ doces, una tecū tua ipsius culpa despicitur. Vnde Apostolus ad Timotheū. Nemo ait adolescentiā tuā cōtemnat. Et statim subdit,quid sit,quod faciat ne contēni merito possit,dicēs. Forma esto fideliū in sermone,in cōuersatione,in dilectione,in fide, in castitate. Hoc de doctoribus, & cōcionatoribus dictū sit. Quomodo uero & populus æquiorē in ea re præstare sese debeat,ita quoq; dominus edocet. Sup cathedrā inqt,Moysi sederūt scribæ,& pharisei: quæ dicūt,facite, quæ autē faciūt, nolite facere: dicunt enim & nō faciūt. Quare boni,& fideles auditores, nō hominis personam attendere tantū debent,sed Iesu Christi doctrinam: & eam ubiq; à quocūq; dicatur,agnoscere. Sed,ut ad propositum reuertar meū,quū à prælatis utrunq; præstandū sit: facere scilicet, & docere: qd tūc in iudicio erit de illis,q neutrū fecerint? Æstuat hic mēs,cōfiteor,'& animus excandescit desyderio erūpendi stomachi, ac dicēdi quæ sentio, atq; ex eo paulo ꝓgressa nostra uidetur oratio, & ab instituto opere & à proposito castitatis aliquanto longius euagata.

Luc.4.

Mat.5.

Act.1.

1. Tim.4.

Mat.23.

Quàm male audiant impudici qui altiores cæteris sunt: quàmq; grauius peccent sacerdotes in eodem genere peccati, quàm alii. Cap. XIII.

SEd quid est, quòd hic tantopere uerum dicere formidemus? quæ causa terroris? Fortassis sat erit propriis duntaxat nominibus parcere, ut reliqua tuto dicantur: quæ & publica sunt et notissima. Dicere enim de his, ut minus uerear facit, quòd multi existuut hac nostra tempestate, ex his præsertim, qui repræhensione sunt maxime digni, adeo perfrictæ frontis: & inuerecundioris, ut iam impudenter, & passim pro sua quisq; libidine agat, uelitq; omnia: tanquam neq; turpis, neq; honesti ullum discrimen norint: persuadentes sibi licere, quod lubet, rectum, quod delectat: nihil interim curantes, uel quid à me dicatur, uel quid de se aut homines existiment aut uulgo loquantur. Non enim ius fas ve, aut malum bonum ve quid sit attendunt: neq; (ut aiunt) melius peius, prosit, obsit, uident: quum male uiuendi consuetudo eis altera iam natura sit facta. Vsq; adeo ut quicquid hic impune agunt (agunt autem impune omnia) sibi licere putent: & quanto despicatui sint, quanq; contemptibiliter subsannēt sibi oēs homines, soli ipsi miseri nesciunt: atq; si sciāt, susq;, deq; ferūt (ut aiūt) qcqd dicatur. His pfecto de uia cuncti semita cedunt: caput ad aperiūt genu flectunt: salutant: supparasitantes ducunt: deducūt: & omni cultu ob os & honestant, & reuerentur, & blandis sermonibus demulcent: atque denominationibus regiis, & adorationibus penè diuinis adulantur: secreto autem oderunt, malum illis imprecantur detrahunt: & execrantur. Hos in conuiuiis heluones, insessionibus ociosi, in tonstrinis officinisq; uulgus, in agris rustici, & demum cuiuscunque gradus homines undiq; conuitiis, & maledictis incessunt, uellicant, carpunt, rodunt, secant. Nam

quibus omnes inuident nemo ignoscit, nemo excusat nemo defendit. Tanta uero hi homines apud reliquos mortales onerantur inuidia ob insolentiam rerum supra modum secundarum: atque ob luxuriam, fastum & auaritiam: ut nemo bonus, nemo honestus, nemo denique sit (modo se meminerit esse Christianum) qui eos non oculis fugiat: & animo aspernetur. Hi bonis inferunt infamiam, castis probrum, integris labem: & de se fari: & maledicere cunctos cogunt. Sunt enim præ nimia insolentia in inferiores iniurii, & contumeliosi: in pares inuidi, in superiores contumaces: in omnes fastidiosi, & ingrati: exhibentes offensionem, & scandalum quaqua incedunt: ex quo facti sunt odiosi Deo, angelis, & hominibus: atque eo magis damnabiles quo sunt cæteris altiores: quoniam non tam ex suis malefactis, quàm ex honore, & dignitate, qua ipsi præeminent improbantur. In eos enim ita oculi omnium coniecti sunt, ut nullum eorum uel dictum, uel factum omnino esse posit abditũ, aut obscurum. Quamobrẽ si quis horum fuerit superbus, iracundus, auarus, libidinosus, alio ve quopiam affectus uitio, statim prodire de tenebris ex ipsius dignitatis splendore compellitur: qui alioqui, ut inglorius sine honore, ita obscurus sine dedecore latuisset. Priuatorum nanque uitia, atque errores infra cubiculum, & intra domesticos parietes in operto delitescere solẽt: at uero peccata prælatorum, & antistitum, uelut in æditissima specula, & frequentissimo theatro omnium oculis sunt exposita, ut latere nullatenus possint: quin ex eorum abditis, uel tenuissimæ etiam suspitiones in uulgus ubique proferantur. Vnde peruulgatum carmen illud.

Omne animi uitium tanto conspectius in se.
Crimen hebet, quanto maior, qui peccat, habetur.

Quod & Salustius ingenita sua breuitate scite & admodum eleganter complexus est. Qui in obsecro (inquit) demissi uitam agunt, si quid deliquerint, pauci sciunt: fa-

ma enim & fortuna eorum pares sunt: at qui imperio præditi in excelso ętatem agunt, facta eorum cuncti mortales norunt. Itaq; in maxima fortuna minima licentia est: et quæ apud alios iracundia dicitur, hæc in imperio superba crudelitas appellatur. Hæc ille per q̃ breuiter, eleganter, et uere. Nam cęteri quidem homines, si quid aliquando parum recte fecerint: lapsi sanè aut imprudentia aut humana fragilitate, aut iusta quapiam ratione putantur: at sacerdotis & clerici, aut monachi peccatum, si quod est animaduersum, summę impietatis crimen, inexpiabileq;, & citra omnem excusationem, ueniamq; censetur. Nec immerito fortassis: quoniam horum uitia ex ipsa dignitate, & religione non solum conspiciuntur, atq; elucescunt magis: sed etiam magis magisq; grauantur: atq; efficiuntur ex eo maiori probro, maiorią; suppli cio digna. Sicut enim si quis grammaticum se professus barbare loquatur: aut si absurde canat is qui se haberi uelit musicus, hoc turpius peccet, quòd in eo ipso, cuius profitetur scientiam, delinquit. Ita pari ratione de religioso censendum, qui eo grauius Deum offendit, si quid delinquit, quo uitam sanctiorem ex sua professione promiserit exhibere. Augetur nanq; delictum iuxta gradum mensuramq; delinquentis: quatenus unum, deniq;, idem peccatum in maioribus grauius, in minoribus leuius habeatur, & idem sæpe queadmodū ille Terētianus senex disceptat, impune facere huic liceat, illi nō liceat: nō q̄ dissimilis res sit, uerū is qui facit. Sic profecto res se habet, iuxta illud euāgelicū dictū, ut cui multū da-
Luc. 12. tū est, multū quęratur ab eo: & cui cōmendauerit multū, plus petat ab eo. Et propterea tantam differentiam facit Mosaica lex inter sacerdotis, et priuati hominis pec-
Leuit. 4. catum, ut in expiationem tantū pro unius sacerdotis peccato offerri iubeat, quantum pro uniuersi populi delicto: nam quanto amplior est summa honoris, & dignitatis, tanto maior exigitur et usura pœnarum. Ex

quo manifestum esse deprehenditur, tantæ grauitatis esse unius sacerdotis crimen, quantæ simul omnis multitudinis reliquæ. Neq; enim indigeret maiori piaculo sacerdos, quam reliqui, nisi grauius delinqueret quam ceteri: non disparitate quidem peccati, sed disparitate personæ. Honoris siquidem magnitudo durius facit eos puniri, quam reliquos: quoniam peccatum in sacerdotibus non tam malum est, quòd ipsi peccant, quam q; faciunt (ut nuper dicebam) ut alii quoq; eorum corrumpantur exemplo. Hæc est profecto propria superiorum, atq; prælatorum conditio, ut quicquid ipsi faciant, uel boni, uel mali, iidem aliis præcipere uideantur. Nec est quòd hinc sibi horum quisquam arroget, quasi præcæteris familiarior Deo sit: ac aris eius propius assideat, et sacra ipsius sæpe contrectet, quando uel ex hoc ipso magis plectendus sit. Eo nanq; ingenio omnes sumus, ut domesticis, si quid in nos committant impurius, succenseamus grauius, quam extraneis, ac delicta, quæ aliis facile condonamus, in nostris consueuimus seuerissime uindicare. Quamobrem legitur in Ezechiele propheta, quòd quum dominus statuisset punire uniuersum populum, mandauit ut à suis inciperetur punitio. A sanctuario, inquit, meo incipite. Neq; iniuria. nam peccatum quod in alio genere hominum tolerabile est, atq; ueniale, in his qui ex officio diuinis rebus præsunt, est maxime damnabile, atq; mortale. Ezech. 9.

Quàm execrabile sit mysteria sacrosancta corde immundo, et incestis manibus contrectare. Cap. XIIII.

VErum quid de his modo dicemus, quorum potestas ferè ad immortalis Dei proxime accedit? uicarios Christi dico, qbus cōmissa est dominici corporis, et sanguinis dispensatio: qq; (ut ait Apostolus) duplici honore digni sunt? Et enim dum horum dignitatem, et mysteria contemplor tantus me repente stupor Tim. 5.

aggreditur,ita me ſacerdotalis nominis reuerentia ab-
ſterret,ut quo me uertam, unde ve exordiar prorſus ne-
ſciam. Præ ueneratione mutire non auſim,præ charita-
te tacere non poſſum.Perterrefacit me etiam magis ſpe
cimẽ ſanctitatis Hieronymus,q talis tantusq; uir de his
tamen quicquã ſiniſtri loqui. ſine præfatione ſibi fas eſſe
non putauit:quum hi ſint(ut eius utar uerbis)qui apoſto
lico gradui ſuccedentes Chriſti corpus ſacro ore confi-
ciant:& per quos omnes Chriſtiani ſumus. Veruntа-
men dum id mecum recte perpẽdo nihil reperio, quod
in hac re mihi inuidioſum fore putẽ ſi ſacerdos ſacerdo
tes arguam:uel etiam dum conducere ſpero, ſi liberius
accuſem. Date præcor mihi hanc ueniam fratres, niſi
malitis potius habere gratiam: quando uos per hæc,
quæ dicimus,non morſos,ſed monitos:nec tam increpi
tos,quam potius emendatos optæmus. Neque enim
arroganter facere mihi uiſus ſum,ſi monuero, ut atten-
damus quod nobis officium iniunctum ſit, & quam ad-
mirabile:& quam ſanctum,ad nos ut ſtudioſus curemus
quicquid impuri eſt:qcqd nefarii abdicare ꝓrſus à cor-
de:quandoquidem (ut ſcimus) nullum niſi purgatiſſi-
mum ab omni labe ad tantum myſterium accedere o-
Eſa.52. porteat.Pura enim non niſi à puris, & ſancta non niſi à
ſanctis tractanda ſunt: iuxta illud propheticum præce-
ptum,Mundi eſtote,qui fertis uaſa domini. Tales qui-
dem eſſe decet ſacrorum miniſtros,qualia ſacra,quæ mi
niſtrantur, ne fœditas miniſtrorum inexpiabili ſcelere
polluat,quod infectis manibus contrectatur:& fiant eiuſ-
modi miniſtri ex numero eorum, de quibus dominus
per prophetam conqueritur dicens.Sacerdotes eius pol
Sopho.3. luerunt ſanctum iniuſte egerunt contra legem. Et rurſus
alibi O uos ſacerdotes(inquit)q fallitis nomen meum,
Malach.1 offerentes ad altare meum panes pollutos:non eſt mihi
uoluntas in uobis: ſacrificium non accipiam de mani-
bus ueſtris,quia polluti eſtis, Itemq; alio loco idem ꝓ-

pheta sic minabundus inclamat. Audite uerbum domi-
ni principes Sodomorum: auribus percipite legem Dei Esa.1.
uestri populus Gomorræ, quorsum mihi multitudo ui-
ctimarum uestrarum? Plenus sum. Holocausta arietum,
& adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agno-
rum, & hircorum nolui. Quum ueniretis ante conspe-
ctum meum, quis quæsiuit hæc de manibus uestris? Ne
offeratis sacrificium frustra, incensum abominatio est mi
hi. Hactenus contra sacerdotes pollutos. Porro Sodo-
morum principes, & populus Gomorræ, ii sunt, qui in
faciendis sacris principem locum tenent: et ad Christi a-
ram uictimam illam sacrosanctam, quod est Christi cor
pus, offerre incestis manibus non uerentur: ausi, frequen-
tare indigne, quod sibi mox cedat in iudicium, et con-
demnationem: inuertētes præpostere, quæ pro redimen
dis peccatis fuerant introducta, in certam perniciem ani-
marum. Sicut enim optima quæque medicamenta, nisi
sumantur apte, non morbum leuant, sed augent: ita et
Christi sacramenta digne accipientibus summe si saluta-
ria existunt: at indigne sumentibus maxime lætalia. Tale
fuit manna illud cœleste, quo præfiguratum est sacrifi-
cium corporis et sanguinis Christi: quod erat in cibum
fidelium: consecrandum: nam si colligebatur, ut præce-
ptum fuerat, suauissimus cibus erat: sin uero contra præ-
ceptum domini seruabatur: scaturientibus undique uer-
mibus putrescebat: quatenus una eadēq; species mannæ
aliis quidem putredinem: et uermes, aliis uero sapidum,
et delectabile alimentū præstaret. Pro accipientium itaq;
meritis fit uariū et diuersum, quod ex sua natura est sim-
plex, et unum. Iudas proditor sit exemplo: qui cum cæ-
teris apostolis, et ipse pariter de uno corpore participa-
uerat, et de uno calice biberat: attamen saluis reliquis, so
lus, quia in peccato erat, arreptus à diabolo miser periit:
quoniam (sicut attestatur Apostolus) Qui manducat,
et bibit indigne, iudicium sibi manducat, et bibit. Quan- 1.Cor.11.

to sane melius esset obstinere se à tanto mysterio, quam ore polluto, indigne, & perperam sumere tale sacramentum, et cum Iuda, ac reliquis hypocritis mox apud inferos pendere suspēdio sempiterno? Libet hic cōtra quosdam nefarios homines exclamare. O cœcam hominū temeritatem. O miram Dei lenitatem, placabilemq; super omnem malitiam. Nunquid tantum peccauerunt, uel quos ignis absumpsit? uel quos tellus absorbuit? uel quos diluuii aqua demersit? Quid tetrius? quidve scelestius potest excogitari? q̄ eiusmodi tam admirandum, atq; ineffabile sacramentum incœstis, et cōtaminatis manibus contrectare? & pollutis, et fœtidis labiis exosculari? et ore immundo, ac lingua infecta suscipere? Illis inq̄ manibus, quibus (proh pudor) pauloante putidas fortasse meretricis carnes attractauerat: ac illis labiis quibus sese nuper tam nefandis impudicitiis profanauerat. Vaeh, nefariis hominibus, qui tam fœda mente, et conscientia tam impura, huic mysterio sacrosancto corporis, et sanguinis domini tantum opprobrium, tantamq; iniuriam non timent inferre. De tam nefario scelere multo ante hęc tempora grauis doctor ecclesiæ Ambrosius ita grauiter conquestus est. Ex inordinata (inquit) atq; indisciplinata multitudine sacerdotum, hodie contemptui plerisq; datur nostri redemptoris uenerabile sacramentum. Nā qui debuerāt esse uicarii apostolorum, et filii Petri, facti sunt socii Iudæ, et prēambuli Antichristi. Hęc ille de suis tēporibus. At q̄ modo quāto certe uerius hęc eadē de nostris dicere possumus, quando multo magis refrigerit charitas bonorum, et accreuerit et numerus et iniqtas improborum. Quadrat me mirifice Iudæ exēplum: nā et hi ceu Iudas palā, et corā turbis Christū deosculātes adorāt, corde autē introrsus, et cōsilio occulto ꝑdūt. Verum enim uero ut hi cum iuda iniq; simulāt, ita propediē æq; cū Iuda suppliciis deputabūtur æternis. Quid aliud quęso est frequētarę eiusmodi sacrosancta mysteria indigne,

q̃ Lydorum in sacris ritum imitari? Hi quidem, ut memi nit in suis institutionibus Lactātius, apud Lydū, quod est Rhodiorū oppidū, sacra Herculis, nō laudibus, aut ullis piis præcationibus, uerū maledictis tātum et execratio nibus celebrare solebāt, ut ea ꝓ uiolatis haberēt: si quan do inter solēnes cærimonias, alicui uel imprudenter exci disset bonum uerbum. Haud multo fere secius (si con ferri exempla licet) sese habent ad Deum optimū max. eiusmodi improborum hominum præces, quæ non lau des sane magis q̃ blasphemiæ sunt censendæ. Vnde do minus per Esaiam dicit contra facinorosum ꝙ si immo lat bouem, est quasi qui interficiat uirum, et qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem, et qui offert oblatio nem, quasi qui suillum sanguinem offerat, et cætera. Pro ponat ergo suo quisq; animo, ac reuoluat sępissime secū, quā ꝑsonā teneat, qdq; opis sit aggressus, et quā nouerit deponat suā tantā uecordiā, et nihil fœde, nihil turpiter esse sibi faciendum putet, ac desinat agere peruerse. Esa.66.

Ecclesiasticos homines debere candore uitæ cæteris præstare. Cap. XV.

PORro cōsiderare, atq; attētius animaduertere de bēt rē diuinā facturi, et q sunt animarū curæ præ positi, se quasi duabus indutos esse ꝑsonis, quarū alterā imposuit eis natura cū cæteris hominibus cōmu nē, ex quo participes sunt rationis, alterā uero præstātia dignitatis attribuit, ad quā ꝑtinet ante oīa seruire spūi, cō tēplationi, orōni, lectiōi, et meditatiōi uacare, spretis oib' uoluptatib' corpis. Hæc et.n. munia his sūt sane poti' cū āgelis, q̃ cū hoīb' ipsis cōmunia. Talis qdē ꝓpria ē āgelo rū, fueratq; ab initio ēt hominis ī illa prima inocētia pusil lū tēporis āte peccatū. Hi ergo et si cū aliquo genere ho minū, ex quo homines sunt, carnis ęq̃bilitate iūgūtur, of ficio tñ et q̄ ꝑditi sunt admirabili potestate, ēt āgelis cō parātur. Et id facit eos nō natura, sed diuersa quadā ra tione uiuēdi à uulgo et à cæterorū hominū uita differre,

et ex eo supra cæteros, et supra semetipsos eminent, magno, atque excellendi sacerdotii fastigio elari. Quod indicant manifeste uocabula, et appellationes, quibus ecclesia consueuit ministros suos uarie, et multipliciter appellare. Quid nam quæso indicat confessus istorum supra cæteros: et præclaræ illæ denominationes dignitatum, prçmiorum officiorum ve tanta uarietate distinctç? Nam (ut de cæteris ordinibus taceam) quidam dicuntur Diacones, uel præsbyteri, alii episcopi, seu archiepiscopi, uel patriarchæ, aut cardinales, et postremo papa: alioue præfecturæ cuiuspiam insigni nomine. Nunquid eiusmodi denominatiões ita cassas, et nudas credimus, ut nihil aliud præ se ferant, quam uanum, et inanem crepitum uerborum? an potius ut quemadmodum istæ appellationes, nos à uulgo nominis diuersitate distinguunt, ita et morum probitate, et uitæ sanctitate discernant. Et enim appellari clericum, quod interpretatur in sortem domini electum, et in Belzebub sortem dari, aut diaconum, quod exponitur, Dei ministrum, et Diabolo ministrare: aut præsbyterum, quod sonat seniorem: et puerũ esse sensibus: uel episcopũ, quod exponimus latine speculatorem: et sibi tantum intendere, et sic de cæteris ordinibus, qui re ipsa ab etymologia nominis longe recedunt: quid quæso est aliud iniquam suppositio: atque nominis, et personæ et officii impia, et detestanda præuaricatio? Quid sibi uult etiam quòd ubique in diuinis scripturis legimus, hunc ordinem appellari gentem sanctã, populum acquisitionis, regale sacerdotium, luminaria mundi, Sal terræ, interdũque angelos deos, et Christos, et mille eiusmodi admirabilibus appellationibus? certe nil aliud, nisi, iuxta etymologiam uocabuli ut cæteros regant, erudiant, seruent, nihilque agant, quod non sit consentaneum istiusmodi nominibus, uel quod discrepet à cultu, seu professione religionis. Reges sane uocantur, ꝙ spirituale in animas imperium teneant, ligandi atque

dissoluendi

dissoluendi potestate præditi. At qui etiam plusquã reges esse uidentur, quippe qui censuram agere soleant etiam in reges. Luminaria mundi ideo nominantur: quòd sicut sol, & luna, & stellæ toti mundo splendori, atq; ornamento sunt. ita sacerdotes casti, & probi, decori & laudi sunt uniuersæ ecclesiæ Christianæ. Sali uero iccirco comparantur, quoniam sicut sal condire epulas solet, & foetores auertere, & uermes non sineret exoriri: sic sacerdos exiccare debet & in se, & in aliis omnem putredinem carnalis concupiscentiæ, & condire corda fidelium sapientia scripturarum, amoto inde procul tetro malę consuetudinis odore: & excussis edacissimis uermibus, qui sunt stimuli peccatorum, Quocirca nihil plæbeium, aut commune cum uulgari uita, seu cum moribus inconditæ multitudinis requiritur in ministris altaris: sed potius admirabilis quædam continentia cœlibatus: præmatura grauitas, integri, atq; incorrupti mores: uita immaculata, sapientia singularis. Addas etiam horum quòd quisq; sit fama integerrimus, castitate nitidus, conscientia purus, sanctitate conspicuus: quatenus quotidie offerre sacrificium Deo digne possit, & sacris altaribus pure, ac sancte ministrare. Quo nam pacto quæso erit uel Deo charus, uel populo uenerabilis, sicut decet, qui nihil habet seiunctum à populo reliquo? cui nihil sit dispar à uulgo? nihil diuersum à reliqua multitudine? Supereminere profecto debent sacerdotes, ac reliqui clerici, qui altari seruiunt, & præmiis sacris aluntur, excellenti quadam opinione sanctitatis, ac præcipua christianæ religionis obseruantia: qua merito digni omni honore præmio & laude esse uideãtur: Quod esse nullo pacto poterit, si darentur sacerdotibus uxores: & essent sicut alii coniuges, uxoribus, liberis, & curis, & uoluptatibus pariter mãcipati. Quid nam sibi uolunt demissæ, & candidæ uestes? concisa coma? cultusq; diuersus ac dispar ab aliis? nonne ut spretis quibuscunq; superfluis, & omni cura,

& voluptate corporis,castis, & incontaminatis moribus viuamus;vt nihil discrepet ab exteriori cultu corporis intentio mentis interna: quæ abscissis vanitatibus, candore vitę, & honestate morum debet vbiq;,coram Deo,atq; oculis hominū clarescere. At qui modo ista pauci considerant:quippe qui nihil attendunt nisi expleri voluptatibus,quæ sibi haud multo post allaturæ sunt grauissimas, atq; perpetuas pœnas quū illud omniū testimonio certissimum sit:q; neq; malum vllum neq; bonū cōueniēti premio, aut pœna carebit.

Enumeratio multorum in quos exercuit grauem vindictam Deus. Cap. XVI.

ASpiciunt oculis superi mortalia iustis: nō est ergo q; qsq̄ impunitatem speret. Angeli namq; peccauerunt,& irremissibili vltione æternis ignibus de
Gen.3. putati sunt. Adam peccauit,& statim è paradiso eiectus est & qui poterat non mori,necessario ad mortem cum
Gen.4. omni posteritate damnatus. Cayn occæcatus inuidia fratrem insidiatus occidit,& cōtinuo punitur. Lamech scortat, & septuagies septies afficitur grauius q̄ Cayn parrici
Gen.8. da. Orbis vniuersus fornicatur,& vniuersus etiam diluuii aquis submergitur. Sodomitarum gens quia nefandissi
Gen. 19. mis libidinibus tota contaminata fuerat,flammis, & sul
Num. 22 phure tota consumitur. Ex sexcentis tribus millibus quingentis quinquaginta hominū bellatorū,a viginti annis & supra qui ab Ægypto egredientes intrauerunt desertum, quoniam ob ingluuiē murmurauerant contra Moysem
Iosu. 7. vniuersi periere: ita vt ex tanta multitudine nullus perue
Exo.32 nerit in terram promissam,Caleph & Iosue exceptis,qui non peccauerunt. Vna etiam die ex hoc ipso numero propter adorationem vituli ceciderunt viginti millia ho
Exo.14 minum. Pharao rex Ægipti iniuste persequens Dei populum abeuntem,mari Rubro cum toto exercitu submer

ſus eſt. Achan q contra præceptum dñi prædam ſibi de Hierico abſconderat vna cum familia ſua iuſſu Dei ab exercitu lapidibus obruit & quę illius fuerāt cuncta igne coburuntur. Sichen filius Emor quum ſtupraſſet Dinam Ioſu. 7.
filiam Iacob, non tulit impune, ſed in vltionem violatæ pudicitiæ, vna cum tota gente ſua interfectus eſt. Vxor Gen. 34.
Loth poſt angelorum etiam obſequia contra præceptū Gen. 19.
domini ad incenſam patriam reſpiciens, in figmentum ſalis repente mutatur. Nadab & Abihu Aaronis ſummi Leuit. 10.
ſacerdotis filios, quū impie obtuliſſent ignem alienum, de cœlo ſacer ignis exuſſit. Filii item Heli ſummi ſimiliter ſacerdotis, quum fornicarentur cum mulieribus, & ſacra fœde ſibi myſteria vindicarent, ambo uno ꝓlio cæſi 1. Reg. 4.
ſunt paterq; ipſe ob nimiam indulgentiam in filios reus factus audita victoria hoſtium, & cede filiorum, qua forte ſella ſedebat cadens præ dolore animi, fractis ceruicibus expirauit. Achab uero quum uel ſolus ſacrilegium admiſit, cū eo tñ totus eſt paſſus exercitus. Zambri cū ſcorto Madianitide cōcubuit, & cū vniuerſo Iſrael pęnas dedit. Oza temerario cōtactus, dū incōſulte cupit fœderis arcæ ſuccurrere, cadit illico exanimis. Ozias rex Iuda 3. Reg. 22.
ingreſſus tēplū dñi, quū ꝓfanus tanq̃ ſacerdos adolere Num. 25
incēſum vellet, ſtatim exorta in fronte lepra, eiectus de tēplo, inter leproſos, & immundos extra ciuitatem vſq; ad 2 Para. 26
mortē fuit. Blaſfemus ille ſpurius, ex dñi ꝑcepto tractus Leuiti. 24
extra caſtra, lapidatus eſt. Dauid populū ſuū arroganter enumerās, atq; ob id in ſupbiā elatus, peſte grauiſſima af 1. Para. 21
fligit: vt ea lue caderēt ſeptuaginta millia hominū. In Bethel ꝓpheta vir Dei ad Ieroboā ꝓphetādi grā deſtinatus mirabilia primū operatus eſt: aſt in inobediētiæ poſtea 3. Reg 13.
errorē ꝓlapſus ſtatim diuina ultione ꝑcuſſit: nam domū rediēs immiſſi a Deo leonis diro morſu cōcidit. Quinquaginta regis Achab milites ad cōprehendēdū Heliā 4. Reg. 1
miſſos demiſſa cęlitus flamma cōbuſſit: & idē ſecūdo aliis quoq; quinquaginta euenit: eueniſſet itidē & tertio aliis,

nisi humiliter impetrata prius uenia: mandata regis placididius nunciasse Pueros irridentes. Helisæum ursi lacerarunt: Gibezi eiusdem Helisæi minister, quum ementitus argentum, & uestem à Naaman Heilsæi nomine pe tiisset, eadem, quæ à Naaman nuper recesserat, lepra corripitur. Chore, Dathan simulque Abiron, quod Mosi procaciter insultarant, contra ius, fasque sibi sacrificandi licentiam uendicantes, una cum comitibus suis repentino telluris hiatu absorpti sunt. Maria prophetissa quum aduersus eundem Mosem fratrem suum propter æthyopissam uxorem uerba obtrectationis scurriliter effudisset, dira lepra quasi uiue perfunditur. Aman superbissimus, quum inuidia commotus, necem Iudæis parasset, diuina ultione factum est, ut eodem patibulo suspenderetur, quod ipse pridem extruxerat Mardochæo. Sed & Nabuchodonosor propter peccatum mutatus in bouem, septennium deserta inter armenta errans peragrasse dicitur. Balthasar uero & ipse secutus patris exemplum & regno priuatus est, & crudeliter necatus, Quid: & in nouo testamento: Diues ille ob suas delitias sepelitur cruciandus in inferno, Iudas Scariothes propter peccatum proditionis, suis mox manibus suspensus crepuit medius. Ananias & Saphira ob simulatam abdicationem opum suarum, uterque subita morte mulctatur. Elymas magus quum euangelicæ resisteret ueritati: subita cœcitate percutitur. Quam male autem cedat repugnare euangelio Simon & ipse magus est testis: qui dum emere pecuniis spiritus sancti gratiam cõcupiscit, cum pecunia sua datus est perditioni. Herodes sedens pro tribunali, propter suam impietatem, eo quod non dedisset honorem Deo, percussus est ab angelo, statimque consumptus à uermibus, expirauit. Iudæi propter necem saluatoris, sicut eis prædixerat Iesus, obsessi ab hostibus, & uallo circũdati, fame, & gladio fere innumeri periere: qui uero superfuerant, in captiuitatem ducti, uenundati, exules ad hunc usque diẽ

Marginal notes: 4.Reg.2 — 4.Reg.5 — Num.16 — Num.12 — Hester.7 — Dani.5 — Ibidem. — Luc.16. — Act.1. — Act.5 — Act.13 — Act.8 — Act.12

toto orbe dispersi uagantur: & in testimonium sui scelesti facinoris despecti ubiq; terrarum infoelicissime conspiciuntur, Arrius ille hæresiarches famosissimus, in poenam publici criminis, quum ad publicum humanæ necessitatis locum sedisset, uiscera, atq; intestina omnia in cloacas egessit: atq; ibi in loco illo foetido, digna nece poenas blasfemiæ, & foetidæ mentis, exoluit. Iulianus cæsar postquam baptizatus, & professus Christianam pietatē, recessit à Christo, unde Apostata postmodum sibi cognomentum fuit, in exercitu inter suos milites ab incerto auctore, certo tamen ictu sagittæ percussus est: dicensq;. Nazarene uicisti: repente concidit. Quid & alii penè innumerabiles simili exitu perfuncti? Sed nihil attinet plura eiusmodi ultionum exempla referre? innumera quidem sunt quæ leguntur, & frequentissima quæ quotidie uidentur: ut iam nemini profecto, nisi prorsus desipiat, sperandum sit posse peccare impune. Quis modo spiritus præsumptionis? quæ confidentia impunitatis? quæ licentia delinquendi? quod clementiæ aconitum in tantum quorundam mentes subuerterit, ut quum legant ultros alioqui iustos de leuibus etiam culpis punitos, ac uideant quotidie flagitiosos dare poenas suorum scelerū, neq; quenq̃ nocentem diuturna impunitate gaudere: tamen securi perseuerēt in peccatis? nihilq; Deum uereantur, quum sub eadem censura positi sint, & grauiora cōmittant? Heu q̃ non attendunt miseri quasi res alias agentes, quid supplicii sibi impendat: & quæ ultio maneat: quando non impunitati ex hac dilatione iudicii, sed teterrimo carceri, & sempiterno incendio reseruantur. Si quidem uellent hi prouide attendere (ut par est) quid aliis improbis antèa acciderit, facile ex aliorum exemplis possent, quid & ipsi aliquando euenturum sit, præuidere. Nihil enim cuiq̃ accidit, quod pariter, & nobis non possit accidere. Tanta ne ergo (ut cum Comico exclamem) affectum quemq̃ hominem audacia? Dehiscite terrę, abs

sorbere tam impios homines, indignos sane vt a terra sustineantur amplius. Quid fulmina cessant? quid in cassum turres, aut arbores percutiunt fulgura? Hi sunt profecto dignissimi i quos iaculetur suas sagittas certis ictibus Deus: vt in Titanes aliquando fecisse ethnicorum fabulæ, perhibent, & vt in plærosq; etiam nunc occulto sapientiæ suæ iudicio aliquando facere videmus.

Debere nos corrigi exempli eorum qui peccatorum pœnas luerunt, Cap. XVII.

O Cæcos igitur leuesq;, et amẽtissimos homines, qui ex tot ultionum exemplis, non vident Deũ omnium malorum esse vltorem: quiq; aliorum pœnis moniti interim sibi cauere non discunt. Etenim quid hoc est, si dementia summa, & extrema cæcitas, mẽtis non est? Astutus inquit Salomon videns malum puniri vehementer erudietur. Hoc scitum est, inquit Terentius, periculum ex aliis facere sibi, quod ex usu fiet. Præbẽtur profecto vniuersis idonea documenta emendationis quum vel paucis seuera irrogantur punitionis supplicia. Vnde dominus in euangelio. An putas inquit, ꝙ Gali-

Luc. 13. læi præ omnibus Galilæis fuerint peccatores, qui talia passi sunt? Amen dico vobis nisi pœnitentiam egeritis, similiter peribitis, sicut illi super quos cecidit turris i Syloa, et occidit eos. Hi ergo iuxta verbum seruatoris, non tam ex eo, puniti fuerunt, ꝙ soli fuerint peccatores, (& si propter ea merebantur puniri) quam in exemplum potius cæterorum: vt paucorum interitus, salus, & incolumitas fieret plurimorum. Sed & ipsos quoq; Romanos legimus idem factitasse, quum esset a pluribus flagitium quodpiam rei militaris admissum: nam ne dissolueretur impunitate militiæ disciplina si nemo puniretur: & si omnes punitione digni plectentur ne nimium minueretur exercitus, sortione animaduertebant in alis

quot: vt scilicet metus ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Haud multo secius Deum facere videmus: qui quum ad unum perdere improbos vniuersos nolit, partim propter suam iustitiam statim punit, partim fert dissimulanter: expectans propter suam misericordiam vt punitorum pœnis deterriti cæteri resipiscant. Multi si quidem in his temporibus eadem peccata cōmittunt, quæ olim induxere diluuium, nec tamen diluuii aquis demerguntur. Multi perpetrant qualia Sodomæ ciues: nondum tamen combusti sunt. Multi Pharaonis duriciam imitantur: nec ullis tamen fluctibus absorbentur. Quid ergo? num credendum est euadere eos posse impunes? Minime quidem: sed quæ hic euasisse uidentur supplicia, haud multo post in abyssum præcipitati, illa ipsa multo grauiora sine fine sustinebunt. Nam pœna quæ hic pro peccato infertur, nō tam ultio est, quam expiatio potius peccatorum. Quocirca qui temporalia in hoc mūdo non soluit supplicia, apud inferos expendet æterna. Pœnas ergo maleficiorum, quantumcunqꝫ sero contingant, nunquam tamen irritas fore tam certum debemus credere, quam ꝙ bina & bina faciunt quatuor. Differtur quidem sæpe vltio peccati, sed nunquam donatur. Neqꝫ enim uidetur expedire hominum saluti, neqꝫ diuinæ clementiæ conuenire, ut statim, ubi quis peccauerit, puniatur: ne cuiquam desit aliquando resipiscendi facultas, si uelit emendari: neve si nolit, ulla sibi remaneat nimis approperatæ ultionis excusatio: quum tam diu expectatus fuerit, & vsqꝫ ad mortem procrastinata punitio. Caue tamen nequid ea mente facias, vt speres interim usqꝫ ad mortem euadere impunitus, ꝙ scias multos idem quod tu factitasse eo usqꝫ impune. Non est cuiusqꝫ hominis (vt aiunt) tuto adire Corinthū. At qui sane magis tibi timendum est, ne forte in te constituat exēplū iustæ animaduersionis: quo deinceps ꝑ te cęteri terreant, & caueāt tuo exēplo territi similia ꝑpe

trare. Irrogantur quotidie diuinitus plagę: & quotidie inferuntur pro peccatis modo uni, modo alteri, uerbera, & flagella: & si non agnoscas, nec paueas, nec tibi interim quicquam ominaris aduersi. Verum & si forte contingat ut tu de tuis tantis flagitiis hic nihil supplicii patiaris, compertum insit tibi ex longanimitate illa diuina aggrauari super te pœnarum cumulum: ut maiori certe malo tuo differantur, quam infligantur supplicia. Iudicium quidem trahitur: sed non dissoluitur: ne adhuc pusillum, & scies. Manet te iugis fletus, horridus dentium stridor, tenebrarum carcer teterrimus, ardens gehænna, uermis æternus. Ante illud Valerii Maximi præclarissimum dictum fugit? lento gradu ad uindictam iram diuinam procedere, tarditatemq; supplicii grauitate pensare. Consuesse immortales Deos, Cæsar in suis commentariis dixit, quos pro sceleribns ulcisci uelint, interdum eis res secundiores, & diuturniorem impunitatem concedere, quo grauius postea ex commutatione rerum doleant. Nec id sane iniuria Cæsar est opinatus: quum uideamus etiã in rebus humanis cum fœnore sæpe exigi solere quicquid institores ad longũ tempus mutuauerint referendũ. Nulli profecto magis probatur infensus Deus, quam ei quem peccantem non flagellat, uel cui multa prospera male merito donat. Iccirco Apostolus ad Romanos

Rom. 2. scribens ait. An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duriciam tuam, & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die irę, & reuelationis iusti iudicii Dei: qui reddet unicuiq; secundum opera sua. Intellige ergo miser peccator lenitatem illam diuinam non polliceri tibi ullo modo impunitatem tuorum peccatorum: sed sub blandiri, & prouocare ad pœnitentiam: quam si pergas contemnere, tanto grauiori postmodum supplicio plectendus es, quanto maiori indulgentia fueras antea expectatus. An non percipis animo, ex ista tua peruicacia, & obstinatione peccandi

præter futurum, supplicium, quod te manet, quãtum etiã infamiæ, atq; dedecoris accumulatur tibi & uniuersis bonis? quando ex eiusmodi nefariis moribus; iam uulgo peius audiat ecclesia Christianorum, quam sinagoga Iudæorum: & credis hoc tibi abire impunitum? Aberras tu quidem, & uehementer falleris. Sed hæc intelligere uolenti, satis.

Contra incontinentes, qui abutuntur bonis ecclesiæ. Cap. XVIII.

SVnt etiam pleriq; (adeo se male habet inter impudentes professio castitatis) qui licere sibi putent habere concubinas: q; habere sibi nõ liceat uxores: scelus profecto nefarium, ac ualde detestabile. Nulla est enim capitalior nequitia quam eorum, qui quum maxime peccent, haberi tamen uolunt probi: & in re uetita intrase opinionem quandam honestatis concipiunt: quales sunt, quos modo dicebamus qui malint excusare improbe uitium, quam honeste discutere. O bone Deus quanta est cæcitas, quanta est improbitas istorum. Generalis, & unica clericorum omnium sponsa esse debet ecclesia sancta catholica, uel etiam ecclesia specialis, cui quisque præest: quæ cum illa uniuersali tamen una est, nec scissa ullo pacto, nec diuisa, sed maxime connexa, & indissolubili compacta & coaugmentata compage uelut iu uno corpore cohærentium sibi inuicem membrorum. Nam ut scribit D. Augustinus, uniuersa terra ex multis terris, uniuersa ecclesia ex multis constat ecclesiis. Hæc ergo, quum legitima sponsa sit clericorũ, ægerrime fert obscœnam sibi pellicem præferri. O tempora, o mores æui nostri infœlicis: hac tempestate superinductę à clericis pellices (de malis intelligo) stratæ auro, & purpura, ac gemmis undique pellucentes magnifice incedunt, domini dextræ accumbunt, appellitantur & ipsæ à

cunctis dominæ: Sponsa vero ecclesia, cuius dote ipsi superbiunt, & luxuriant, pauper, lacera seminuda, & miserabili macie confecta, in sordibus iacet. Iacere in quam despecta, & misera: atque alienorum curæ male commissa, & credita, vel potius impie derelicta: ut iam præ turpitudine sponsi & contemni ab omnibus cœpta sit, & haberi vulgo infamis. Quid cedo tanta cum aviditate, tantaque cum ambitione dotem surripis, si dedignaris sponsam? & tam despicatam habeas illius puritatem? & tantopere pudicitiam stomacharis? Scio quid sis dicturus, si ingenue uerum fateri uelis. Accepi, dices, non ut amem non vt ornem, non ut pascam, non vt custodiam: quin nec ut inuisam aliquando: sed lucrum consectatus sum dotis, ut hoc fruar interim & illam vel expilando, vel etiam venditādo prostituam. O insaniam detestabilem: q̄diu desipies miser? quousque tandem abuti posse confidis Dei patiētia? Heu cadit in quenquā tantum scelus? O infelix homo q̄ falsus sis, q̄ aberras à uero si speras istuc tibi sic abire, teque sic delinquere impune. An qui fecit oculos non uidet? & qui fecit aurem non audit? & qui fecit mentem non considerat? An non credis fœditas impudicitiæ tuæ fœtorem suū ad celum usque exhalasse? Vbi timor iustorum iudiciorum Dei? ubi iminentis iam iam mortis memoria? ubi infernalis gehēnæ metus? & extremi denique illius iudicii horrifica, atque terribilis expectatio? Sponsa hæc quidem tua sacratissima prostituta est lenonibus, & malo tuo ita contemnitur, opprimitur, laceratur, vt iam ex suis tantis opibus non habeat, quo operiat nuda ac lacera membra corporis infelicis. Tu tantos ecclesiæ prouentus tibi reputas gratis datos? tu tibi p̄suades citra semētē, ac citra culturā cantando (quod aiunt) aut (quod ēt peius) luxuriādo mereri tantas opes? quum tu helluo uorax nihil interim de tuo conferas nisi uentrem? Iam dixi te errare uehementer: sed non credis? uerum post pusillum temporis

cum tua maxima pernicie tunc certo cognosces quod nunc euenturum non præuides: sicut multi eiusmo di iam damnati cognoscunt, & dolent. Quere (ut ait poeta.)

Quàm uellent æthere in alto.
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores,
Fata obstant, tristiq; palus innabilis unda.

Quanto sane melius foret multis, putare, & fodere quàm sese his sanctis ordinibus nequiter immiscere: & tantis simul deliciis oblectare: quos tam tristis exitus, tan taq; pernicies subinde maneat, & quę tãtis paulopost ex pendantur suppliciis. Bona quidem ecclesiarum (si for te nescias) ad usus uitæ necessarios æquo iure & cleri corum, & pauperum sunt: non autẽ exoletorum, & me retricum; ac spuriorũ canum, equorum, accipitrũ, ut plæ runq; fieri a multis uidemus. Ex quo fit ut his iam nul læ opes sufficiant: & ardentissima pecuniarum cupidi tate semper flagrent, Iudę est profecto sacerdotium tali um non Petri, aut Pauli, aut cæterorum apostolorum, atq; discipulorum Christi. Iudæ siquidem fuit loculos habere, & parum, aut nihil de egenis curare. Sic & ho rum est quum ex nimia largitione & luxu desit pecunia negare patrem, filium prodere, uendere spiritũ sanctũ. Iniq; sane partiris, qui de his tantis diuitiis maximam partem effundis ad luxum: uel si serues eo seruas ut Mã monę potius, quàm domino largiaris. An ignoras Ana niam ex eo ꝙ non totum, quod promiserat, reddidit cum Sapphira uxore sua sacrilegii, et fraudis fuisse dam natum? et tamen quod promiserat suum fuerat, uel a seipso partũ, uel a parentibus derelictum. Quod autem de te iudicium censes futurum? qui non tuum, sed alie num, tam auare, impieq; dispertis? neq; (ut par est) das egenis, quibus debeẽ quicqd habes: sed tibi, tuisq;, in tuã, tuorumq; maximã pnicient totũ diffundis? Quã graue sit hoc flagitium apparet manifestissimo exẽplo

in Leuitici libro, ubi legitur. Anima si præuaricans cære-
Leuit.5. monias per errorem, & in his, quæ sunt sanctificata, pec-
cauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum
de gregibus, qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus
sanctuarii, ipsumq; quod intulit damnũ restituet, & quin-
tam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui orabit pro
eo. Verbi causa (ut sapienter interpretatur Origenes) si
furatus sit quinque nummos, ipsos quinque restituere
tenetur, & alios quinque uno superaddito. Quæ etsi al-
legorice, ut omnia alia interpretari possunt, tamen etiam
secundum literam ædificare debent legentes. Valde e-
nim utilis, et admodum necessaria est eiusmodi obserua
tio iis præsertim, qui ecclesiasticis rebus præsunt: ut di-
scant ab his, quæ in usum sanctorum, et pauperum ob-
lata sunt, cautius, ac diligẽtius abstinere: ne quid sibi frau
dulenter assumant, et in usus profanos, et malos conuer
tant: quum tam grauis sit eis postmodum facienda resti-
tutio: ut et reddere teneantur, quod inique acceperint, et
duplum, et quintum plus duplo. Verum si id statuitur
de iis, qui per errorem præuaricati fuerint in rebus san-
ctificatis: quid statuendum de illis censemus, qui insidio-
se, et fraudulenter agunt omnia: et maximo sacrilegio si
bi retinent sacros redditus: qui mox secum male sint pe
rituri, nec ad posteros, ut miseri sperant, ullo pacto transi
Act.5 turi? Dicetur sanè tibi, quisquis es, qui hæc moliris, quod
et Ananiæ olim dictum fuit. Non mentitus es homini-
bus, sed Deo. Heu miserum seculum: quanto quidem la
tius, atque in dies profusius clericalis ordo diffunditur:
opesq; affluentius suppeditantur: tanto religionis robur
magis magisq; minuitur, ecclesia segnius regitur, accura
tius spoliatur: tantumque uidetur detractum esse de me
ritis, quantum diuitiis accreuit, et numeros: ut possimus
cum satyrico uate ita de nostris temporibus merito con
queri.

Nunc patimur longæ pacis mala, sæuior armis

Luxuria incubuit,totumque ulciſcitur orbem.

Prodiit ſanè iuxta propheticum illud,quaſi ex adipe ini- Pſal.72
quitas eorum.Proinde alibi dicitur incraſſatus, impin- Deut.32
guatus dilectus meus,et recalcitrauit.

De ploratio imminentis deſolationis,et magni contem ptus religionis. Cap. XIX.

Quid enim iam expectandum? Non ne adhuc in modico,et breui, (ut Iſaias prædixit) Libanus conuertetur in Chermel, et Chermel in ſaltum Eſa.29.
reputabitur? Candor ſcilicet eccleſiæ qui interpretatur Libanus immutatus eſt in mollicíem fœdam, quod eſt interpretatum Chermel. Quid modo ſequatur uide. Chermel in ſaltum reputabitur. An eſt cuiquam occultum quanto nunc probro ſit uulgo et ſacerdotis,et clerici,et monachi nomen?quantaque cum nauſea per ora quotidie laicorum lactemur. Non ſecus profectò nunc appellatio clericalis accipitur,quàm ſi prædonis, aut ſicarii ſonaret nomen:aut atrocis cuiuſpiam magni flagitii uocabulum,quaſi ea appellatione inceſtum,aut auaritiam,aut ſi quod peius eſt,obiectent,ac exprobrent toto ordini religioſorum,nullo habito bonorum diſcrimiue. Inique ſanè ac impie factum:ex improbitate malorum (quotquot hi fuerint)inuehi tam acerrime in omnes bonos:et quod deterius eſt,ac multo ſceleſtius, de ipſo ſacroſancto ordine tam impudenter detrahere,eiq́; maledicere impune.Quidnam attinet profesſionem, aut ſtudium quodpiam uituperare propter quorundam uitia in quibus uerſantur,qui eadem profesſione, ſtudioque cenſentur?Iniquum ſanè et perperam, ex improborum moribus,ſanctitatem totius ordinis,ac ſacratisſimæ profesſionis uotum eſſe contemptui.Neque enim ſi Iudas proditor fuit,profesſio eſt ex eo apoſtolica ullo iure improbanda,ſed illius duntaxat iniquitas, atque impietas,

qui peccauit tradendo Christum Iudæis. Quid si quis medicus interdum præuaricatus pro remediis uenena propinet: nũquid protinus medicina damnabitur? Nequaquam profecto; sed ille magis qui peruerse artis officio sit abusus. Sic pari quoq; ratione, si uiderit quis sacerdotem, seu monachum cõmittere aliquid calumnia, & probro dignum siue supplicio etiam graui plectendum, non est q statim calumniet propterea sacerdotium, aut monachale institutum, quod est sanctum: sed eum tantũmodo, qui deliquit quia iniquus est. Qua propter cui recte, pieq; uiuendi cura est nequaquam se his laqueis capi permittat: ut ex eo q male uiuatur a plerisq; nostri ordinis uelit impie cum nefaria hęreticorum factione aduersus uniuersam Christi ecclesiam coniurare. Quin potius rectum & sanctum ecclesiæ catholicæ & apostolicæ dogma secutus, malis tantum operibus inclamet, & doctrinæ sacræ, et ortodoxę ecclesiæ placitis firmus fixusq; adhæreat, iuxta doctrinam redemptoris nostri dicentis. Super catedram Moysi sederunt scribæ, &
Mat. 23. pharisæi, omnia quæ uobis dicunt, audite et facite: iuxta autem illorum opera nolite facere: dicunt quidem, et nõ faciunt. Non est ergo q rumpamur, et murmuremus, propter culpabilem uitam ministrorum Dei, nisi uideamus in his doctrinæ falsitatem, et dogma ab ecclesia alienũ. In operibus quidem nullus nobis necessario' pro
Psal. 115. ponitur imitandus, nisi solus Iesus. De cæteris scriptum est, Omnis homo mendax. Illud est enim exemplar certum, et solidum cunctis propositum, quod tuto, et sine ulla prorsus erroris suspitione sequamur. Vnde domi-
Ioan. 13. nus ipse. Quemadmodum ego feci, ita et uos faciatis. Quid enim attinet queri, q quis male uiuat modo bene doceat; quum doctrinam magistrorum dominus dicat considerandam potius esse quàm uitam. Veruntamen o quàm doleo, q non sint hoc loco tam excusandi turpes, ac perditi mores clericorum nostri æui, q̃

damnandi: quodq; tanta sit syncære probitatis inopia ut abunde pius censeri possit, qui nihil agat impie: et iustus satis qui nihil agat iniq; quũ non sit amplius qui consequatur sublimiora illa prænomina sanctitatis, quæ antiquis patribus iure meritoq; suæ sibi peperere uirtutes. Quis nam unquam peius audiuit: quàm noster nũc clericalis status, qui modo uiget? quiq; una omnium uoce uituperatur, neq; a quoquam defenditur quiq; ab omnibus damnatur, et accusatur, et a nullo indicatur? quive inuisus, aut potius odiosus fere omnibus et àcunctis expetitur? Flagrant quidem nunc ubiq; delicta, nec est qui extinguat: passim noxia peccatorum pestis diffunditur, nec est, qui medeatur. Porro quis illic rerum pudor? quæ ve aut corporis, aut mentis integritas esse potest, ubi abundant, qui delinquant, desunt, qui corrigãt, nec reperiantur, qui condemnent? Cessere iura, legesq; peccatis: cœpitq; iam improbis uideri licitum, quod impune, publice, palamq; peccatur. Scortandi iam nulla dissimulatio, quasi ille, qui hoc facere nolit, desipiat. O summum et immortalem Deum quale decus, quantus honor, quantaq; auctoritas ob reproborum culpam à bonis et à catholica iam recessit ecclesia, atq; in dies recedit. Heu qui contemptus iam cæpit, quæ calamitas instat, quæ strages, quod exitium. Nutat profecto nutat ecclesiæ sanctæ columen et corrosis propemodum fundamentis pronum ad casum, instar parietis inclinati et maceriæ depulsæ labat. Parum iam parum syncæri usquam est, atq; si dicere licet, nihil firmi. Dispersi sunt (ut ait eremita ꝓpheta) lapides sanctuarii in capite omnium platearũ. Adest sane tẽpus qđ nobis euãgelii sermo denũciat: dicẽs. Ecce iam securis posita ẽ ad radicẽ arboris: et merito qm̃ (ut in eodẽ legitur euãgelio) Omnis arbor quę nõ facit bonũ fructũ excidet, et in ignẽ mittet. Et.n. adducta ẽ R.p. christiana in maximũ pristinę existimationis ꝑdendo discrimẽ ꝑ impietatẽ multorũ. Thren. 4. Luc. 3.

Quis nam adeo cæcus est, ut non uideat quomodo pro ueteri pietate, ac sanctimonia orthodoxæ religionis christianæ, omne iam impietatis genus successerit? Retrorsum sanè cesśit probitas, atque in incertum cancri in morem uerso retro capite obambulat. Obscuratum est aurum, et in scoriam conuersum est argentum. Quæ uero pro his tantis malis sit ultio secutura: equidem uereor ominari: proinde faciam Timanthis egregii illius pictoris exemplo, qui quod satis exprimere penniculo nō ualebat, aliquo tunc colorum uelamine contegebat: ita ego quæ nec commode, nec decenter explicare oratione possum silentii uelamento cooperiam: ut qui legant, et ipsi ariolentur quid hic esset dicendum. Non est sanè dubium, hæc sic diutius persistere non posse. Faxit Deus ut falso uaticiner: et hæc omina meliores habeāt exitus, quàm speramus. Sed (ut arbitror) tanta est grauitas peccatorum, ut iuxta Ieremiæ uaticinium nō posśit hoc
Iere.44 dominus ultra portare.

In nefandam licentiam quorundam clericorum non agnoscentium peccatum suum. Cap. XX.

Hoc sanè in loco inuita & dolens nostra uersatur oratio, ut inde tamen expedire sese nescit, arctisśimis charitatis nexibus alligata. Vereri equidem incipio, ne is sermo duriusculus cuipiam esse uideatur, quàm uel modestia uel mediocritas nostra patiatur. Haud enim ignoro quantopere admonitio ueritatis ostendere soleat aures multorum iam desuetas assentatorum uitio audire uerum, et salutares uoces bene admonentium consultorum. Nam si quando antea, in hac præsertim ætate apparet uerisśimum esse illud celebre comici poetæ dictum. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Amara profectò est ueritas, et quisquis sibi conscius

est,

est in se ipsum dictum putat, quodcunq; de similibus dicitur. Moderandum itaq; nobis est, ac linguæ, calamoq; si sapimus parcendum. Sunt.n. quidam adeo suis uitiis indulgentes, ut etiam putent sibi licitum esse peccare & propterea indigne ferāt a quoquam, uel leuiter tangi uel prope conspici etiam si maxima indigeant curatione. Quin etiam tantum absunt quidam à pudore flagitiorum, ut flagitiis etiam glorient suis: tanta est uis, & deprauatio malę consuetudinis. Hi nanq; quum tueri aliter honestius sese non possint, uana quædam patrocinia suis sceleribus machinantur, et quum turpissime uiuant, uiuere honeste contendunt, peruerseq; uirtutum nomina suis uitiis inscribunt eisq; pro uirtutibus fauēt. Quam rē quis neget manifestissimam esse hominis phrenesim? Sicut enim phanatici aut qui phrenesim patiuntur, & si multa agant, ac dicant turpiter, nolunt tamen à quoquam reprehendi: quoniam nec pudoris, nec timoris quicquā sentiunt: immo sibi & honestiores, & prudentiores sanis uidentur: ita profecto & his solet euenire ex longa consuetudine peccandi: qui quum multa nefaria committant tamen apud semetipsos honestissimi sunt, & propterea reiicientes omnem castigationem, nullo metu iudiciorum, nullo pudore infamiæ desinunt agere impudēter. Ah quanto melius esset his, si quicquam saperent, ut colligerent sese aliquando & ut à uita clericorum, ita pariter & a sacerdotiis abstinerent: atq; si fœminarum consortio delectantur, oblectarent sese interim uxore, dum licet: nam quandiu quis in minoribus ordinibus est constitutus, mutare propositum licet ac relicto præbendarū censu, licet uti coniugio si uelit. Quam ob rem non est q quisquam istorum abutatur fœminis interdictis, quū fas sit eis si continere nolint, ducere uxorem, & matrimonio licite copulari. Quid queso clericis, qui redditibus sacris aluntur, cum scortis, cum fidibus? cum cytharis? Quid scenicæ artes? quid choreæ? quid spectacula?

quid lacinatæ, vel intercisæ caligæ? quid prolissa barba et compta? quid immodicus totius corporis cultus? vt plærisq; solicitudo maior sit de corporis ornatu, quàm de sua, aut de commissi sibi pupilli salute: malentibus se comptos uideri, quam honestos: atq; pexatos pulchre, quàm egregie probos. Sunt & qui initiari sacris contemnunt, ac dedignantur ferre tonsurã in uertice, quasi apud eos tantummodo decorum sit sacerdotiis, & sacris prouentibus abundare, initiari uero, aut rem diuinam facere sordidum: ut merito prouerbiale illud carmen huic nostræ ætati conueniat. Plures thirsigeros paucos est cernere bacchos. Si quidem qui ueram religionem, et christianam pietatem pure, ac syncære teneant pauci sunt: qui autem umbram, & imaginem, utiq; plurimi. Sed quid scelestius esse potest quàm sacrum illud stipendium in ministeria sancta dicatum, iniq; sine ullo officii opere sufurari, atq; in profanos usus conuertere? Habere enim quæstui religonem, & aucupari sub titulo pietatis diuitias, non modo turpe est, ac sceleratum, sed sacrilegum, et impium.

Contra eos qui facultatibus ecclesiasticis abutũtur, cum adhortatione ad resipiscendum, & de tremendo iudicii die. Cap. XXI.

PRoh dolor discrutior animi, & rursum uel inuitus præ dolore in uerba plena reprehensionis prorũpere cogor: æqui boni quæso facite quicquid dixero: nec offendat uos ueritas dictorum, si quid, q̃d uobis minus fortasse placeat, audieritis. Te hic alloquor impudẽs, quisquis es, (nam bonos ubiq; & semper excipimus) te inquam alloquor, & appello: qui sacris sacerdotiorum spoliis ditatus, & auctus nihil minus facis, aut curas quàm sacra, quàm pietatem, quàm pauperes, quibus ex officio tuo, licet negligas, es tamen datus, tutor patro.

nus,& defensor. Tu si quidem uentre tumes & ex pridia nis cruditatibus quotidie hesternum ructas: tu mollibus stragulis opertus ad multam lucem stertis: tu cutem curas, unguenta oles, genio, & libidini indulges: te spaciosa atria accipiunt, tibi uestes innumeræ à carie, & a tineis uitiantur: pauperes uero, quorum necessitati hæc omnia, quibus frueris, legata fuerunt, immo Christus in pauperibus, non habent quo sub tectum sese receptêt humo nuda iacent pene nudi, macie, frigore, fame sordeq; confecti. Tu arca posita ludis, & mille nummos damnosa perdit unius noctis alea: quum interim multæ uirgines, quæ poterant ea summa ac minori etiam honeste nubere, cogente inopia nefarie uirginitatem suam misellæ prostituant. Attende miser & infelix homo quod iudicium, & quis exitus immineat tibi: quum tamen securus ludas, teq; in malum tuum cunctis uoluptatibus oblectes. Venit profecto uenit, atque tibi cito aderit ille tremendus, & ineuitabilis iudicii dies: quando frustra sine ullo mœroris fructu absque ulla spe misericordiæ præ summa doloris angustia miserabiliter eiulabis, illud propheticum uerbum, dicens: montibus cadite super nos, & collibus operite nos. Væh tibi, uæh etiam atque etiam tibi. An ignoras oportere manifestari te ante tribunal Christi: ubi te miserum urgebit dura populorum accusatio, iusta ac grauis subditorũ querela prælatis suis ascribentium quicquid delinquerint, & quicquid commiserint, mali. Quid ni ascribant: quum quos itineris, atq; certaminis duces acceperant erroris eos, ac defectionis habuerint persuasores: fuerint quę eis pro pastoribus impostores & tanquam lupi in caula, ut dici solet. Accusabit nempe iniquos prælatos etiam ipsa mater ecclesia: & proferet templa dissipata, aras destitutas, sacra omnia profanata, gregem suum dispersum, & perditum. Astabunt ibi sane & ipsi fundatores fanorũ atq; templorum, ut de prædiis, atq; redditibus iniq; possessis, & ma Luc. 23.

se dispersis exposcant tunc expensum sibi referri, atq; ra
tionem reddi in quos usus, abierint census fructusq; tot
tantorumq; prædiorum. Arguent præterea sua unum
quenq; peccata:& omnia crimina quãtumuis abdita ue
luti male curata ulcera in superficiem cutis foras erum
pent & erit unicuiq; pro ueste conscientia: quatenus suo
quisq; iudicio reum sese fuisse censebit, et æterno sup
plicio dignum. Nusquam latere poterit infœlix pecca
tor, nulla ei spes, nullum profugium. Tunc palam faci
et iram suam, pariterq; iustitiam contra peccatores De
us. Et si iustus (ut apostolorum princeps ait) uix salua
1 Pet. 4 bitur, impius & peccator ubi apparebit? Quid faciet
uirgula deserti, ubi in tanta trepidatione, & terrore con
Hebr. 10 cutietur cedrus paradisi? Quid faciet agnus, ubi aries,
trepidabit? Horrendum est (ait Apostolus) incidere in
manus Dei uiuentis. Non ibi amicus, intercedens, nõ
precium redimens, non aduocatus defendens tibi ipsi
pro te in tanta corona erit dicenda sententia: Quis nam
poterit apud illud tremendum tribunal cuipiam præsta
re patrocinium? aut pro se ne dum pro alio hiscere quip
piam in tanta, & tam aperta luce ueritatis? Quæ uenia,
aut probabilis excusatio erit ibi coram eo iudice, qui nec
uerbis flecti, nec falli ullo dolo, nec corrumpi ullis pre
cibus, aut præmiis potest? Nunquid te fortassis defendet
bona opera, quæ non fecisti? aut sancti, quorum disci
plinam spreuisti? aut angeli quorum contubernia repuli
sti? aut eleemosinæ quas non dedisti, aut auare dedisti?
Heu q nõ erit illic usquam aut defensioni, aut excusatio
ni, aut deprecationi locus. Seductores tuos forsan cau
saberis, & in alienam malitiam culpam tuam transferes
sed id tibi nihil magis proderit, quàm profuit Adæ iudi
ce Deo in mulierem occasionem peccati transferre nec
rursum Euæ, in serpentem. Omnia nuda, & aperta sunt
oculis Dei: ipse quidem est testis, qui & iudex: cognitor
idem, qui et inspector nec tantum factorum, uerum etiã

cogitatuum. At qui uero nulli exactius actorũ ratio præstanda est, quàm præpositis: ac prælatis: quippe qui Christi uites in terris gesserint. Si enim in sacris literis maledictus dicitur, qui opus Dei facit negligenter, quid quæso erit ei, qui egit illud idem etiam fraudulenter? Nihil profecto tunc proderit diuitiis, aut honoribus affluxisse: sed pie, caste, atq; innocenter uixisse. Opera illic singulorũ in mediũ deducentur: ut boni malive, quod quisq; gesserit, uel premium capiat uel supplicium. Sed si uix repe rietur, qui ibi ualeat pro seipso satisfacere: quid hic faciet quæso qui præfuit? cui non de subditorum minus, quàm de propriis peccatis ratio subtilissime reddenda est? Durissimũ iudiciũ inquit Salomon, his qui presunt, fiet. Vnde propheta ea de re ualde solicitus, aliorum errata sibi postulat ignosci, dicens. Domine ab alienis parce seruo tuo. Ibi ergo sicut nullus erit, qui sua possit prætexere malefacta in tam manifesta ueritate iudicii: ita neque erũt ullæ præces, quæ placare iudicem possint in tanta seueritate iustitiæ: nec ullæ occasiones, aut causæ quæ differre, aut declinare sententiam iudicantis ualeant in tam nouissimo tempore, fine, & clausula omnium sæculorum: ultra quod non erit amplius, uicissitudo dierum aut noctium, nec annorum computatio, sed perennitas absque tempore sempiterna. Non fratrem frater redimet, non amicus amicũ: quin neq; ãgeli, neq; sancti quoquo nomine, aut merito censeantur, tunc pro peccatoribus orabũt. Exemplo sit diues ille delitiosus: qui q; Lazari mendici misertus non fuerat, quum igneo æstu acerrime apud inferos torreretur, & aquæ tantum guttulam Abraham petiisset, nõ potuit inpetrare. Quanto ergo melius est tempestiue prouidere saluti nostræ, & cauere nobis: nec tanti facere has momentaneas uoluptates, ut subeamus tam graue iudicium: & illam denique sempiternæ damnationis sententiam audiamus, quàm exasperatus indignatione iusta dominus, ore fulguranti aduersus impios de

Iere.48
Sapi.6.
Psal.23.

tonabit, dicens ITE MALEDICTI IN
Mat. 25 IGNEM ÆTERNVM. qui paratus est diabolo, & angelis eius. Quis tam ferrei quæso pectoris, quem sententia hæc & iudicium istud non terreat? Quis tam alienus à Christiana pietate, qui hæc non credat, atque expectet futura? Quid in causa ergo quod ista non cogitas? non attendis? non paues? Certe aut saxeus es, & nihil sentis aut exlex, & nihil credis. Nam quicunque non timet hæc, profecto non credit futurum esse iudicium, quod si crederet, aliis sane operibus sese ad id pararet, quàm istis, quæ uidemus nunc a multis ex nostratibus fieri. Verum haud procul abest, quum uel inuitus, non iam uerbis amplius, & scriptis, sed rebus ipsis id esse uerum credas: edoctus passione ipsa pœnarum, quibus iusto Dei iudicio subiiciendi sunt omnes iniqui. Ah miser quanto tu eo iudicio conuinceris fuisse Esau stultior, qui pro uilissima esca ciceris cessit fratri sua primogenitii iura: quum, & tu pro tantillo uoluptatis bolo, perdideris regnum cœlorum. O flendam, & lamentandam eorum stultitiam, o uesana capita, o pectora cœca, o mentes cemeriis (ut aiunt) tenebris inuolutas: qui hæc non uiderint, non attendunt, non considerant. Audi quid de his ipsis rebus
Apoc. 18 Ioannes Apostolus in Apocalypsi testetur, Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Aut illud Esaiæ. Detracta est ad in-
Esa. 14. feros superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erũt uermes. Quãto tunc illis plane melius fuisset, latuisse obscuris, & sub modio, quàm super candelabrum constitutis, pro luce & splendore populis fumum tantummodo, & tenebras induxisse.

Haud multum interesse in peccatis libidinis an monachus, an clericus peccet. Cap. XXII.

AT qui modo ne forte quæ diximus uideantur de sæcularibus tantum clericis dicta, et non de his etiam qui damnatis publice sæculi moribus relictisq; parentibus ac domo & cognatis, abdidere sese claustris, ut in congregatione, et conuentu monachorum communi uictu extra tumultum pacifice & quiete ætatem agerent: adducamus hos ipsos quoque huc in iudicium: quando plærinq; eorum et si profiteri uideantur sanctiorem uitam, efficiantur tamen interdum omnibus tam clericis, quàm laicis turpiores. Qua enim defensione, quibusve argutiis tueri sese possunt hi ut improbissimi omnium non habeantur sint, si quando post tantam abdicationem reuersi rursum ad uolutabrum luti, depræhendantur in omni fœditate impudentius quàm ceteri uolutari? In officio continendi multum laboris ac difficultatis sæcularibus clericis affertum mulierum frequentia, tum hominum, sæcularium assidua, atque necessaria conuersatio: quod potissimum in excusationem fragilitatis solent ipsi adducere, quamquam nihil horum illos propterea à turpitudine fornicationis excuset. At his nulla ferme datur extrinsecus occasio peccati: nulla uel rara opportuuitas fornicandi, nisi quam solicite, et longo studio, ac labore uenentur: attamen dicere de his amplius quam dictum est de clericis, & sacerdotibus in communi mihi non uidetur expedire. Non enim diuersa ullo iure censenda sunt præmia seruatæ castitatis aut suplicia uiolatæ pudicitiæ, regulariũ, & sęculariũ clericorum, qñquidẽ utrosq; nõ tantũ impolluto corpore, sed & mẽte incorrupta esse oporteat, atq; ab ipsa uenere tã ope, q̃ desiderio cõtinere: q̃ qdẽ interdũ tanto apeti solet ardẽtius q̃to eius usus est arctius interdictus. Nã sæpe quo magis facultas peccãdi intercipitur, eo magis animus malis desyderiis irritat quatenus plærunq; contingat, ut cui peccare licet, peccet minus, elanguescatque libidinis impetus licentia. Hã

bet siquidem hanc naturam humanum ingenium, ut fere ad ea quisque ardentius feratur, quæ fuerint interdicta: contra uero moueatur ad data, & cōcessa tepidius. Quā obrem, horum continentiam & incontinentiam æquo iure uel laudandam, uel damnandā censemus nobiscum etiam si tutiori loco degant: q̄ seculares, nec tanta habeant occasionem neque opportunitatem peccandi Mens nanque humana, ubicunque corpore existat carnalibus insultibus carere non potest: qđ et Apostolus affirmat dicens. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem
Gala. 5. aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur sibi, ut non quæcunque uultis, illa faciatis. In hoc ergo conflictu constituta est humanæ mentis captiuitas, pariter & triumphus. Quare nihilo plus est in cōspectu, ac frequētia fœminarū, q̄ in solitudine, aut in consortio uirorum incorrupta mente cōsistere atque pari laude censendum est integritatem castimoniæ animo, sicut & corpore custodire. Cōtinētia. n. de qua hic loqmur, nō tm̄ ē nō coire uoluptuose, sed nec ēt carnis motib' assentiri libidinose: in quo sane facilis est unicuique ex æquo lapsus: siue is in frequētia, siue in solitudine maneat. Non enim pudicitiæ ratio ei constare ullo modo potest, qui sit animo impudicus: quoniam (ut dixi) castitas non tam corporis, quàm mētis integritate pensatur: nec ferè opere ipso magis, quā consensu, & deliberatione uiolatur. Extat memorabile beati Basilii cæsariensis episcopi dictum. Mulierem ignoro, et uirgo non sum. Existimauit homo castissimus uirginitatem non tam abstinentia libidinis, quàm mentis integritate compensanda esse quando nec corpus ipsum, ut Lucia uirgo dicebat, corrumpi potest, nisi de consensu mentis. Et quis potest dicere mundum est cor meum, ut in diuinis literis legitur. Oportet ergo si uolumus integritatis fastigium attingere, eleuare nos supra corpus, & mentē nostram omni prorsus sorde purgare: et quanto facilius, & pronius est in eo delinquere, tanto maiorem

custodiam, diligentiamque adhibere, ne quid in imo cor/
dis lateat foeditatis, et ne forte habeamur de numero Prou.20.
pharisęorum, quos dominus in euangelio increpauit di
cens: Væh uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mun/
datis quod foris est calicis, & paropsidis, intus autem ple
ni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce mũda pri
us quod intus est calicis, & paropsidis, ut fiat quod foris
est mundum. Tres differentias peccati ponit. D. Augusti
nus tanq̃ tres mortes, in corde, in facto, in consuetudine, Mat.23.
& ideo tria genera mortuorum in euangelio a domino
suscitata memorari. Primum in domo suscitatur is, qui as
sentitur peccato in corde, sed opere non deliquit: suscita/
tur extra portam is, qui ad effectum produxit assensum:
postremo in sepulchro foetidus is qui post peccatum, ul/
tio etiam malæ cõsuetudinis, quasi sepulchri molę com
pressus, & uelut alligatus diutius iacet. Addas modo si
placet, & diuitem illum purpuratum quartũ defunctum,
qui nequaquam legitur suscitatus, sed apud inferos per/
petuo incendio damnatus per quem significatur ille, qui
post peccatum nunquam resipiscit: sed in suo sibi delicto
complacens peccata peccatis accumulat: is nunquam ui/
uificatur, nec ullo munere amplius adiuuari aut resurge/
re põt destitutus à gratia et obstinatus in peccato. Virtus
ergo integræ, illibatæq; castitatis illis duntaxat tribuenda
est, qui & corpore, & mẽte casti perdurant: in quo & mo
nachis, & clericis negociũ par est. Quam ob rem non
est cur hos, uel illos, inuicem separemus quasi illi in lu/
brico, & hi in prærupto uersentur. Mihi namque par ho
nos, & æqualis uirtus esse uidetur, & eorum, qui fortiter
tuentur mœnia repugnando: & eorum, qui obsidionem
constanter substinẽt tolerando. Vnde legimus prædam.
quam de Malechitarum manibus Dauid redemerat, sic
diuidendam mandasse, ut æqua pars esset, & descenden
tibus in prælium, & remanentibus ad sarcinas.

Monachos & clericos pari reprehensione dignos si turpiter uiuant. Cap. XXIII.

Qvum res ergo sic se habeat: quid refert hos, uel illos separatim ponere: & communẽ professionem secare in partes: quasi monachi alterius sint religionis, quàm clerici, & non potius idem in Christo: ut nihil dicatur in clericos, quod referri non possit ad monachos, qui, ut uulgo nominantur, fratres sic & re ipsa fratres habendi sunt clericorum. Minime ergo conuenit, quæ ita cohærentia sunt natura, oratione, seu opinione distinguere, ac separare: quandoquidem Christianorum ordines in unum quasi corpus coalescant, ut dissolui sine magno flagitio non possint: quamquam inter se cognomine, cingulo, calceo, colore, aut alio quouis modo uideantur uulgo differre. Euenire mihi quidẽ in hac re uidetur idem, quod in humano corpore, in quo quanquam aliud sit pes, aliud manus, oculus, venter, lingua, & cætera id genus membra, ita tamen singula corpus effidunt, ut uni capiti cuncta subdantur: & cohæreant cum reliquo corpore. Nullus itaq; esse debet dissidii locus, ubi unus animus omnibus esse debet, idemq; uitæ modus. Nam quantum ad Christianæ religionis sacramenta pertineat, eadem professio est omnibus, similis caracter, eadem potestas ligandi, atq; soluendi, idem Deus, et dominus Iesus Christus, haud dispar gratia, equale præmium una fides, unum baptisma: item omnibus pariter dictum est. Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus uester. Dicat fortasse quispiam monachos ob sanctioris sequestrationis propositum, si fornicentur, grauius peccare quàm clericos, qui in sæculo sunt: quoniam sicut magnæ laudi datur bonum extitisse inter malos: sic contra magno dedecori esse malum, & improbum effici inter bonos: atq; quãto longius relicto sæculo a fœdis uoluptatibus recesserunt, tanto fœdius eas ipsas uerso retro pede reposcere. At ego utcunq; sit, hos ab illis seorsum.

aliter castigare nõ ausim,ne sub orta inde suspitione uel calumniæ uel detractionis (quod absit à me) ad contu mellam omnia accipiant, & exacerbentur ex eo magis, quàm corrigantur. Eos tamen nequaq̃ ferendos esse cẽ seo, qui recedentes à collegio ac uotis monasticis, ad sæ culum internos prætensã quauis ratione, trãsfugint, quũ pro comperto habeatur ferè eiusmodi homines impro bos esse, atq; uel ex eo in primis male audire: et ab om nibus uulgo fœdissimæ cuiuspiã turpitudinis & occultę fraudis suspitione traduci. Verum si quis forte bonus in ueniatur ex his mihi nihil imputetur: sed potius laudetur Deus & ei maiorẽ in modũ de tã rara aui, quæ (ut aiũt) nigro ẽ simillima cygno laudũ uota soluamus. Sed nec il li similiter sustinẽdi sunt, qui cõtractis supcilijs, & frõte cõ ficta, & obtorto collo singultãtes p uiam psalmos diglu tiãt, ut inuidiã cæteris faciãt, & sibi captẽt ex aliorũ con tẽptu auctoritatẽ: qua postmodũ securi reliquos sacerdo tes seu monachos impie & inhumane detrahendo dila cerẽt, quasi ipsi soli sint amici Dei, alijuero et neq̃ et repro bi et inutiles serui: quũ tñ plærisq; ex his (ut in omni ordi ne hominum est uidere) tanq̃ tragicã psona uultu, habi tu, et uerbis tantũmodo uirũ bonũ agãt, in reliqs uero im probissimi sint: non in ueritate ãbulãtes, sed in fictione et mẽdatio, tanq̃ hypocritæ tristes, ut laudẽtur ab hoibus. Hic uero de his loqmur, qui quũ iniqi in se ipsi sint de alie na pbitate sese iactãt, quasi ex eo iusti esse possint hone sto in collegio cũ iustis uersantur: nec miseri intelligũt q dũ supbe introrsus in seipsis incedũt, pituri sunt in humili tate sua tã arrogãter inflata: q̃ qdẽ nõ disciplina Christi, sed spiritu Antichristi puehitur. At q̃to rectius illi, q nihil sibi arrogant, neminẽ incessunt, nulli contumeliã dicunt: sed qua gratia quisque præcellit, eam in medium confe runt, et ad communẽ Christianæ religionis gloriã trans mittunt, non suam, sed ubique Christi laudem procuran tes. Nam illius duntaxat monachi uita laudatur: (ut ait

D.Hieronymus) qui uenerationi habet sacerdotes Chri
sti,nec detrahit gradui, per quem factus est Christianus.
Sed monachorum claustra relinquentes,ad nostros in se
culum reuertamur.

Minime tutam esse conscientiam, ubi suspe-
cta mulieris cohabitatio arguit impu-
dicitiam, Cap. XXIIII.

SVnt aũt q̃dam ex nostro ordine adeo parũ curãtes bene,maleve de se dicatur,ut nullis legibus,et nullo uel famæ,uel honestatis amore, ab interdictarum mulierum consortio subducere sese uelint. Quin imo patrocinia turpitudinis sub honestis nominibus aut charitatis,aut necessitatis,aut cognatiõis improbe sibi effingũt atq; uideri uolunt honeste, & caste uiuere, quũ tũ ab omnibus uulgo habeantur impudici. Quanta uero,& quã turpia ex eiusmodi suspecta cohabitatione quotidie pullulent opprobria,et quàm mala in populis cõcipiat opinio propterea contra clericos, nemo est qui nesciat, nisi qui ex assuetudine mali obduruerit ad obtrectantium uoces,& didicerit probra, & contumelias nihilo plus facere,quàm aut manes crepitus,aut uoces balbutientis infantiæ, At qui uero si recte sapimus, tam æquum est nos recta facere,quàm facile carpere nos uulgo solet,atq; huic morbo pro se quisque nostrum mederi maxime debet,et ea præstare,quæ non tantum culpa quacunque insigni uacet,sed etiam uel tenuissima suspitione turpitudi-
1 Pet.2 nis:ut (iuxta illud) Benefacientes obmutescere faciamus imprudentium hominum ignorantiã. Sed nec princeps quoque apostolorum Petrus omnem conscientiã probat:sed eam tantum quæ cum modestia,& timore bona esse cognoscitur. Ait enim conscientiam habentes bonã,
1 Pet.3. ut ex eo quod detrahunt de uobis confundantur. Nam nihil iniquius murmure,& iudicio populari: quod pro li

bito in quemq; grassatur, & rumorem quantumlibet uanum effuse pro comperto publice, palamq; disseminat. Quo circa nullum est aduersus calumniantium morsus magis præsentaneum remedium, quàm minima quaq; non solum culpa, sed ẽt suspitione culpę uacare. Propterea procurandum nobis est, non tantum ut pudice uiuamus, (et si id imprimis omnibus præstandũ est) uerum etiam ut bonum habeamus testimonium ab eis qui foris sunt: ut quicquid a nobis agitur, tum optimi cuiusque iuditio, tum etiam multitudinis testimonio comprobetur. Populo enim scenæq; (ut dicetur) seruiendum est. Conscientia quidem satis est nobis: sed pro aliis etiam fama boni nominis necessaria est. Vtrunque ergo habendum, pro nobis quidem conscientia, pro aliis uero honesta, & sincæra fama: quam, quicunq; tantum sibi, consciẽtiæq; suæ confidit, ut negligat, crudelis certe est, atq; inhumanus: et is pręsertim, qui apostolicum locum tenet: cui q; dictum est: Luceat lumen uestrũ coram hominibus: ut uideant opa uestra bona et glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Spectaculum nanque facti sumus mundo, angelis, et hominibus: ut ait Apostolus. In formoso quidem corpore, non ulcus, aut struma solum, sed & næuus, & exigua quæuis macula solet esse dedecori. Parũ profecto prodest nos castos esse nobis, si interim nostra culpa impudici habeamur uulgo ab omnibus. Nempe oportet (ut scribit Apostolus) prouidere bona non solũ coram Deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Et rursum alibi. Bonus inquit, odor simus Deo in omni loco Quantopere uero enitendum nobis sit, ne quid scandali nostra causa fratribus nostris occurrat, idẽ nos optime suo exemplo docet his uerbis. Si esca (inquit) fratrẽ meum scandalizat, non comedam carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Non enim tam refert quid, aut qua mente quicquam faciamus: quàm quo modo hoc factum alii, & præsertim uulgus accipiant.

Math. 5.
1 Cor. 4.
2 Cor. 8
2. Cor. 2

Siquidem parum momenti affert ad ædificationem po-
1 Cor. 8 puli, si probus, ac castus tibi sis, nisi talis etiam habearis. Nam longe sane præstat, quo ad negocium fidei, eos, à quibus exempla recte uiuendi sumenda sunt, esse opinionis honestæ, et à cunctis laudari: quàm rem ipsam habere bonam, atque uulgo damnari. Quam ob rem tum demum scias conscientiam tuam tutam esse, quum occasionem male de te sentiendi nullã præstes alicui: quũ ita uiuas, ut ne scintilla quidẽ ex moribus desiliat tuis quæ sinistri cuiuspiam rumoris tibi conflare possit incendium: alioqui iniqui irasceris obtrectatoribus, quum eis ipsis obtrectandi tu ipse fomitem sumministres. Expedit ergo si quid mali dicitur de nobis, omnes occasiones mali illius quodcunque illud fuerit, præcidere: statim: contra uero si quid boni dicitur, occasiones omnes omni nostro studio ac solicitudine augere ad dei gloriam. Nam esto, quod conscientia tua nullum peccati uulnus habeat: habet tamen sparsus rumor ignominiæ cicatricem, quam ostentat pro uulnere: quoniam difficile est homini uel iusto eos, qui fœminarum consortio delectatur, non iudicare impudicos. Consule ergo famæ, et salua sit tibi undeque et continentiæ, et integritatis opinio, ut ea cunctis tam foris, quàm domi luceat. Lucebit autem ut uolumus, si bene nota, ac probata æquis simul atque iniquis fuerit tuæ uitæ ratio: ac si cunctis ita publice, palamque constiterit, ut ne fingere quidem quisquam audeat de te crimen, quod nulli putet posse esse probabile.

Quam uiolentam pariat suspitionem uiri mulierisq; consortium Cap. XXV.

HIc fremat, & murmuret quiuis licet, dicam tamẽ quod sentio, et quod negari ulla ratione non potest. Quonam modo queso poterunt illi ipsi aut excusare culpam, aut dissimulare flagitium, qui

unà cum ſuſpectis mulieribus unas ædes cohabitant? uni menſe accumbunt? ad unam lucernam uigilāt et uno denique igne caleſcunt? Quis nam precor te rurſum in tanta familiaritate, et tam obuio mulieris aſpectu oculos quandoque ad concupiſcendum non flectat? mentem non traducat ad turpia? Et tamen ex ſaluatoris noſtri ſententia non tantum facere in his quicquam turpiter, ſed etiam concupiſcere eſt criminoſum, ſed iuxta illud uel qui uiderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Conſtat enim ad perfectionem caſtimoniæ, non ſufficere continentiam corporalem, niſi iungatur etiam mentis integritas: quoniam corrupta et contaminata mente corpus ipſum ſyncærum eſſe nullatenus poteſt. Sed quæ tam ſolida mens in tam lubrico, ac præcipiti lapſu humanæ fragilitatis ſtare poterit, ut aliquando non ſubuertatur et corruat? Flamma (ut aiunt) fumo proxima eſt. Nunquid ait Salomon: poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo ut ueſtimenta illius non ardeant? Dauid ſanctus Vriæ uxorem ſe lauantem à longe conſpicatus, exarſit in concupiſcentiam, et patrauit adulterium. Num tu illo ſanctior: ut fœminas et intueri propius, et cum eiſdem conſidere, colloqui, ridere, et commorari tuto ſine fornicationis periculo. Non eſt, id (mihi crede) uelle ſeruare caſtitatem, ſed proſtituere: non ſpiritui ſeruire, ſed carni, non denique aliis exemplum recte uiuendi præbere, ſed ſcandalum. Quidnam mirum ſi tantopere uiri, et mulieris conſuetudini male fiditur: quum ſoleat uel ex lapidum ac tritu ignis elici? Quid eſt iſta mulier tibi? mater ne? ſoror? amita? aut neptis? uxor certe eſſe non poteſt. Quid quæſo opus eſt aſſidue obiicere te periculis ſine cauſa? atque de induſtria ultro hoſtem tibi intra cubiculi limen inducere? Maximæ profecto dementiæ eſt, atque ignorantiæ, id appe

Math. 5

Prou. 6.

tere, quod semper nocuerit: nec cauere uelle, ne tu inde pereas unde tot alios perisse cognoscis. Quid necesse tibi ita frequenter pugnare, ut te quotidie oporteat certo cum danno, & dedecore aut cadere, aut dubie cum solicitudine, & labore superare? Lubrica sane spes eius est, et peruersa cõfidentia certis sese periculis exponere quum possit securius abesse, et saluari absque ullo discrimine. Ecquis negligens, & incautus euadet, ut à tot, tantisque laqueis non capiatur? quãdo (ut ait Comicus) qui cauet ne decipiatur, uix cauet: et iam quum cauisse ratus est, sæpe is ipse cautor captus est. Nempe sani hominis nõ est cõstituere sese in lubrico, ubi insistere, aut ingredi, sine casu aut prolapsione uix possit: quũ liceat, si uelit, esse et uiuere in tuto. Nolite inquit Apostolus, locum dare diabolo
Ephe.4 quod est, non committere sese temere tentationibus, ac tradere seipsum dæmoni superandum. Nam si hostis foris obsidens nos oppugnet, uix muris, & munimentis arcetur quãto is præualebit acrius, si intra muros cœperit incursare? atque si multi qui in ea re melius cauent, et contra eiusmodi hostes portas claudunt, quandoque superentur: quid illis quæso erit, qui ultro patefecerint ingressum? Multo tutius, atque melius est (mihi credite) procul esse a periculo, et perire nõ posse, quàm temere dormientem in ripa, uel circa puteum saltantem (ut aiunt) stare casurum. Nemo tutus esse diurius potest qui periculo est proximus. Non erubescit beatus Hieronymus toties in eo certamine probatus, fateri formidinem suam. Fateor inquit imbecillitatem meam: nolo spe pugnare uictoriæ ne perdam aliquando uictoriam: si fugero, gladium deuitaui: si stetero, aut uincendum mihi est, aut cadendum. Quo circa ait. D. Augustinus. Qui cum mulieribus habitantes putant se castitatis obtinere triumphum, ignorant se apud Deum dupliciter reos esse, & quod seipsos in periculum mittant, & aliis exemplum peruersæ familiaritatis ostendant.

Nihil referre quo quis animo domi habeat mulierem, quum habeatur propterea à cūctis impudicus. Cap. XXVI.

NOn est ergo ut excuses factum, & conscientia te absoluas tua: quasi bene tibi cōscius sis: quum nihil referat quo animo facias, quod factū turpe est, & plenum scandalis ut perire possit infirmus frater in tua conscientia pro quo Christus est mortuus, ne periret. Si quidem facta cernuntur, animus autem uideri non potest. Et propterea legitur, ꝙ quum Lysander Lacedæmonius quendam militem grauiter increpasset, qui de uia flexerat, eiq; excusanti ꝙ ad nullius rei rapinam ab agmine recessisset, ita respondit. Ne speciem quidem rapturi præbeas cuiquam uelim. Hinc etiam Aristippum philosophum legimus à sapientibus uiris fuisse acriter redargutum: ꝙ quum Laidem formosissimum scortum impensius coleret, suum uitium hoc argumento, uel cauillatione potius defendebat: ut diceret, multū interesse inter se, & cæteros Laidis amatores, ꝙ ipse haberet scilicet Laidem, alii uero à Laide potius haberentur. Attamen nihilo propterea minus infamis est à cunctis habitus, quàm cæteri qui insano amore capti tunc ad Laidem confluebant. Quid nam refert (ut ad te redeam) quo animo mulierem domi teneas, quum te uulgo omnes habeant pro lenone? Vulgus nanque quum ignorat uerum, opinionem, rumoremq; uulgi spectat: eiq; fauet pro uero. Proinde uniuersæ suspitiones etiam falsæ, æque cauendæ sunt, ac ueræ, quū ex eis non falsa sed uera pariatur infamia. Quis enim de ea qua cum tam familiariter uersaris bene sentire poterit: quū ipsam ætas, forma, sexusq; ualde suspectam reddat ac eiusmodi excusationi tuæ reclamitet ipsa natura? Audi quid ad euitandam tantam suspitionem, ipse quoque Apostolus sentiat. Volo inquit, iuniores nubere, filios procreare, ma-

tres familias esse, nullam occasionẽ dare aduersario ma/ledicti gratia. Antiqui uero quum sæpe de muliere ab/sente, atq; de aliqua uix conspecta cogitare ex nostra fra/gilitate compellimur: quid de ea, quæ semper in oculis fit in sinu, & manu, & qua quum libuerit, uti possis? Vix singulariter degentes clerici ualent carnales concupiscen/tias sustinere, quid facient, qui associatis sibi fœminis, ex utroq; latere concupiscentiarum stimulis uel potius gla/diis dextra leuaq; petantur? Aspectus quidem fœmine/us uel transiens uenenatas sagittas in præcordia spectan/tis affigit: quid si sermo, si risus, si assidua consuetudo huic accesserit? Nimirum etiam si in peragendis sacris, ubi nul/la libidinis species est, nihilq; nisi sanctum, piumq; uerbis factisq; molimur, inest tamen eo ipso congressu naturalis quædam quasi titulatio: quatenus uix possit effugi, ut ui/gor ille, ac propositum continentiæ non oppugnetur, ac sexus diuersitatem non sentiat. In cassum sane dissimulat quicũq; salua fide continentiæ, in tali cõmercio, inter tot incitamenta libidinis uersari tuto se posse contendit, ne/que in tam paratas plagas ueretur impingere neve in tã dubiam aleam sine causa seipsum, famamq; suam dare ullo pacto formidat. Tam contra naturam est profecto, in mediis aquis siti periclitatem potu sese abstinere: q̃ pru/rientem coitu in tam parata copia exaturandæ libidinis sese a uenere continere. Quo circa censeo quoad no/bis fieri licet, nullum commercium, nullam prorsus con/suetudinem, nullam denique amicitiam iungendam esse cum fœminis, quibus curæ est caste, & continenter uiue/re ne diabolo insidianti & sequire cupienti detur aliqua oc/casio ad perdendum nos. Hæc dico non q; natura, & se/xus sit odio habẽdus: quum in adiutorium uiri sit datus: sed ut periculum uitemus, & absque suspitione uiuamus nam graues & multas ruinas hinc per eiusmodi illicitas, & periculosas cõiunctiones quotidie fieri uidemus. De hoc ultimo libro copiosius dicemus. Sed quidnam est,

1. Tim. 5.

ꝙ quũ in primis maxima tibi cura boni nominis esse debeat, tam obstinate in eo proposito perseueras, ut neque te Incontinentiæ periculo exoluas, neq; procul à te, quũ reus sis omnibus, depellere suspitionem cures: uel saltem ut olim Leontius quidam illustris presbyter, qui quũ mulierem quandam, cum qua habitabat, repellere a se omnino recusaret, & suspitionem tamen libidinis effugere uehemẽter uellet, genitalia sibi miser abscidit. Depulit hic quidẽ sic exectis uirilibus à se omnem suspitionẽ patrandæ libidinis: at non fuit deinceps sine magna suspitione dementię, atq; amoris insaniæ: quippe qui sic immaniter, maluit abscidi, quàm ablegare à se, & extra tectum ponere insidiantem sibi in ea fœmina diabolum. Quam ob rem postmodum, & dementiæ merito damnatus est et dignitate depositus, licet postea Constantii Cæsaris studiis Antiochiæ fuerit præsul ordinatus. In hac re autem non iuuenes tantum, sed etiam senes sibi cauere oportet: nec nimium ætati fidere, sed potius humanæ imbecillitati consulere: ne uel ipsi pereant, uel inducant alios in perditionem, qui sibi ab eis utpote à maioribus uiuendo documenta constituunt. Postremo autem (ut tandem finiã) si te forte in tanto periculo persistere castum posse, cõtra omnium sententiam confidas quid est, ꝙ tu de illa saltẽ non suspiceris, ne quando ex imbecillitate muliebri furialibus stimulis cõcita debacchetur in alium quempiam te contẽpto, et inscio: & suggeras uel imprudens, ei immunditiæ lenocinium, ut quũ te fornicatorem interim facere non possit, faciat te lenonem: Nunquid & pro ea spõdes ut tali ætate & eo sexu possit carnis stimulos cohibere: sensus uincere: demonem superare: Nimis certe audes, nimium certe confidis, si quum de teipso in ea re nihil firmi ualeas polliceri, etiam pro fœmina præsumas te uadem, & fideiussorem idoneum constituere: et quum de te, stabilitateque tua nihil certi habeas, in tam certo discrimine uelis de tam instabili naturą fœminæ quic-

quam solidi, aut certi promittere. Quare ut dicam, quod sentio, et si falli possim, uel ex tuo illo suspicionis infamiaeq; contemptu, uiolenta mihi iniscitur suspicio, subesse in ea consuetudine aliquam libidinis fraudem. Nam si pro custodia domus: aut pro re familiari tutanda iuuenem mulierem domi habens: multo fidelius prudens famulus dispensat, obsequentius paret, solicitius prouidet, studiosius custodit, tenacius denique rebus parcit. Si forte aegritudinis metum, aut alia officia summae necessitatis obtendas. Aegrotanti sane tibi maiori fide, ac attentiori cura assidere possunt ea necessitate sorores, neptes, amici, cognati, & si tibi sint alii aliquo officio maiore deuincti: atque etiam anus potius quaepiam honesta, quàm iuuenis suspecta, aut petulans ancilla: quae eo praesertim tempore, quo intendere tibi maxime debebit, rebus tantum asportandis intendet animum: atque exclusis tuis inde cognatis in te expilando aduersariorum tuorum, si quos habueris fauoribus abutetur: & cum his coniurabit hostiliter quatenus intempestiue te, antequã moriaris, efferant ad sepulchrum. Quo circa nihil uerendum hic incõmodum aliquod perferre in uita, ut saltem nobismetipsis in morte uacare possimus. Ceterum si forte rei domesticae angustia sumptum serui perferre commode nequeat: & aegre feras uiuere in solitudine: habeas tibi amitam, seu materteram, aliamve ut diximus honestam aniculam: uel si minus haberi id potest, bonae potius indolis, quàm formae, quaeras tibi adolescentem quempiam erudiendum, qui mutua opera tibi seruiat, & à te erudiàtur: uel si tu forte docere nescias, aut nolis, cures ut aliunde erudiatur tua gratia. Verum nec etiam in hoc quicquam temere agendum puto: sed pro ingenio quisque suo, inde diuertat, ubi sentit sibi imminere discrimen. Haec non ab re equidem adiiciendi putaui, quando satis exploratum habeam, plaerosq; mortalium procliues esse ad quodcunque flagitium.

In quorundam senum lasciuiam. Cap. XXVII.

QVid uero senes quosdam nostri etiam ordinis commemorem? qui ipsa sua cum ætate luctantes, ita iuueniliter miseri ineptiunt, atque inhiant lasciuiis, ut libidinem senio frigescentem, ac penè mortuam excitent, atque incendant æstibus potionum: et quum iam canis operti sint, cornicecp (ut aiunt) annosiores, turpiloquio tamen, & amatoriis salibus, perinde atque lasciui iuuenes ludant: neque attendunt hominem, qui iam cõfectum ætate corpus ad libidinem trahit, non secus facere, quam qui putrem, ac ueterẽ nauem in procelosum ad ducit pelagus, primis statim fluctibus obruendam. Lasciuire plærunq; adolescentes minus mirandum est: uerum qui in senili ætate id facit, dignus est planè, ut insanus & amens iure, meritoque ab omnibus habeatur. Censorius Cato (auctore Plinio) dicebat senilem iuuẽtam esse prȩmaturæ mortis signum, at nos sic uertamus: iuuenilem senectutem esse æternæ mortis indicium. O inueterate dierum malorum (ut te diuinæ scripturæ uerbis alloquar) quid tui oblite agis: confinis es fossæ, & in charõtis cymba alterum iam pedem tenes, & lasciuiæ adhuc securus intendis? Non est ut credulus speres à calce remeare rursum ad carceres, iam metæ es proximus, nec datur ullo modo recursus. An nõ uides tuos istos mores non cõpetere ætati? nec ad istiusmodi ludicra quadrare senem? & multo minus religiosum? Abstinere utique uel saltem in ista ætate istis oportet lusibus: atq; de morte potius cogitare, quàm de uoluptatibus. Tempus est sanè te de illa perpetua iam, non de hac exigua uita, quæ restat amplius cogitare. Adeas quæso speculum, si aliter uidere te nescis melius, & ibi contemplare, si quid lusciosi cernũt oculi, mutatos crines, albicantem barbam, sulcatam rugis frõtem, malas pendulas, attenuatam, atque attritam pellem, faciem male affectam, & mortui hominis uerius, quàm

uiuentis imaginem:ut iam non magis uideare ad inferos properare, quàm ab inferis rediisse. Non est ꝙ ætatem ignores tuam, facies tua computat annos, & rugæ & cani tui cõtra te dicũt testimonium. Eia tandem (si quid reliquum mentis est) ad te reuertere, & ascisce uel ad extremum sapientiam, & subduc iugo tritam ceruicem, & a tãta morum peruersitate desiste, quodque olim ratione duce præstare debueras, facito nunc in fine tandem admonente imò cogente senio Par est quidem te in hac ætate, quæ retro reliqueras, obliuisci, & ad ea quæ ante te sunt & quæ te expectant, totis uiribus ãniti: fœdusq́ꝫ quod cum Christo a principio misti, deinceps inuiolatum seruare, & uetustam libidinis notã nouo studio castitatis abstergere. Vendica iam te tibi, & ad te redi, qui fuisti hactenus alienus: ac nullius certe minus proprius, quàm tuus: et quicquid adhuc superest temporis eo nunc tu tibi redditus utere, componens te ad extremum illum diem, qui iam instat, nec abesse procul potest. Nunc tempus agites ut Maro ait. Peccauimus iuuenes, emendemur senes, donec uel pusillum superest uitæ. Quid tibi iam cum fœminis? aut uenereis lusibus? hi sanè ut iampridem minus tibi decori sunt, ita & tu eis iampridem magis ineptus. Nempe tam apta est senectus ueneri, quàm bruma messi, aut asinus (ut aiũt) lyræ. Nũ tu potes repubescere ulla ratione, quum sis senex? Nõ enim ea natura est homini, quæ serpenti, qui cum tunica exuere senectutẽ possit: aut aquilæ quæ, (ut fertur) resecto rostro ad pristinam restituatur ætatem. Non tu intelligis ex multis rumoribus, & nunciis prope adesse tibi in foribus mortem? ac ita iam hærere ceruici, ut afflet occipitis canos? Non ne incõmoda senectutis ferre satis graue est, absq́ꝫ eo ꝙ ætatis malis addas etiam turpitudinem? Ferunt Catonem conspicatum quempiam senem deprauatis moribus uiuentem, ita placide monuisse. Te magnopere, inquit, rogo, ut quum pleraq́ꝫ turpia circunueniant suopte inge

nio senectutem, des operam, ne te auctore malignitatis etiam accessio fiat Haec ille. O stupidum atque dementem senem, si te id aetatis hominem, atque in hoc tanto corporis, animaeque discrimine, libidinis nondũ piget nihilque paras & domui tuae nondũ disponis. Ah quãto satius colligere sarcinulas, atque accinctũ stare, & parare interim ut hic tibi egresso nõ desit, unde ꝓ uectura charõti soluas. Qui furor cano capite, & oculis lippiẽtibus respectare ad uoluptates iuueniles? & in uestibulo mortis sedere ludẽtẽ? Rides? Morbus hic certe est, nõ risus: nec ꝓcul abesse uideris a morte hoc risu: nam letalia signa dicunt medici esse pro certo in egritudine graui ridere? Quid miser gaudes? pyraustae sane (ut dicitur) gaudes gaudium. Sicut.n. libidinosa adolescentia senectuti proxima esse dicitur, sic senectus sepulchro. Ah quanto ergo satius esset depositus iã ineptis, extricare te ex his laqueis, atque emergere ex hac cõsuetudine pessima: et uel in ipso penẽ mortis ore reminiscentẽ quae tua persona digna sint, resipiscere. Dediscere quidẽ stultitiam, uel sero & in ea aetate magnus ad sapientiã gradus est; atque eo maior, quo pauciores sint, qui curent penitus ueneris desyderium, quod in iuuentute cõplexi sunt, in senectute deponere. Id.n. licet aetatis gratia in corpore iam extinctum sit morum tamẽ puersitate adhuc in animo ꝑseuerat. Hinc est ꝙ senes q uixerunt in iuuentute lasciui, dupli poena afficiantur in senectute: ꝙ ardeãt scilicet cupiditate uoluptatũ, & ꝙ omni spe potiundi priuentur. Et propterea legitur in ecclesiastico, duo genera hominum peccatis abundare & tertium inducere iram, & perditionem. Anima inquit calida, quasi ignis ardẽs, nõ extinguetur, donec aliqd glutiat: per quod notatur iracũdus. Homo neq̃ in ore carnis suę non desinet, donec incẽdat ignẽ: ꝑ qđ intelligitur homo bene potus, ciboque intẽperans. Homini fornicario omnis panis dulcis nõ fatigabitur transgrediẽs usque ad finem, & reliqua quae ibi leguntur contra fornicarios. Itaque Eccle. 23.

satis patet ex sua perseuerantia fornicationem esse pessi-
mum uitium: quod nec deponitur impotentia nec transi-
grediens fatigatur usque in finem. Vulpes enim (ut uul-
go audio dici) pilum mutat, uitium non mutat. Ita siqui-
dem affert senium canitiem quibusdam, ut interim tamē
nihil immutent de interioribus uitiis: maneantq́ in eadē
animi mollitie atque cōcupiscentiæ ardore: qui iam pri-
dem illis adolescentibus fuerat. Non sic Annæus seneca
uir modestissimus, qui quum esset ætatis iam fractæ, diis
suis gratias eo nomine agebat, ꝙ nullā sentiret in animo
ætatis iniuriam, sed in corpore tantum uitia, & uitiorum
ministeria senuisse, exultareq́ iccirco animum dicebat su-
um, ꝙ unà cum corporis uiribus magnam quoque par-
tem sui oneris posuisset: eo ꝙ ea ætate quicquid decebat
nolle facere, etiam si uellet ipse facere nō posset: affirmās
eum tandem bonum uirum esse, qui eo iam suum proue
xit affectum, ut non tantum peccare nolit, sed etiam non
possit. Inuertamus hanc modo, si libet, sententiam de se-
ne christiano: ut eum demum bonum uirum, & continē
tem senem dicamus esse, qui non tantum peccare non
possit, sed nec uelit.

Non esse à senibus differendam conuersio-
nem, quum illis omnino sit cito mori-
endum. Cap. XXVIII.

QVid tu ergo piger dormis quando tandem de
somno isto tuo lethargico surges? ex pergiscere
miser, quando hic non de re uili, & pusilla, sed
de tua & uita, & salute agitur: quæ uere iādudum in extre
mum est deducta discrimē: et si id parum animaduertas.
An possunt ardentiores faces admoueri, quæ te excitent
tuo tanto discrimine dormientem quàm quas tibi ad-
mouet mors? Quid tu miser ergo in tam formidoloso
tēpore, quasi in alta quiete securus Epimenidis somnum

dormis? Dormitũ,atq; iam cessatum est satis: Vide quæso quãtum transierit lucis,dum dormis. Numera annos tuos,& (nisi frontem penitus perdidisti) pudebit sane te, eadem nunc uelle senem,quę iam dudum uolueras puer: atq; eadem parare decrepitum,quæ olim paraueras adolescens.Tua hæc etas alios mores,aliam uitam affert. Tibi nanq; hoc tempore,non tam cogitandum est,quomodo uiuendum sit, quàm prouidendum potius, quo pacto sit tibi moriendum.Siquidem in iuuentute curandum nobis est,ut bene,& laudabiliter uiuamus: at in senectute tandem ut pie,sancteque moriamur.Tria sunt (ut Cicero dicit) quæ ab amore animum ex terreant: facietas, pudor,cogitatio: Verum si te nondum facietas ueneris cœpit,nec fastidium:saltem impotentia exterreat, pudorq; & cogitatio. Pudeat te ergo in hac ætate, ita iuuenilitei ineptire, ut omnibus iure esse possis derisui,& uulgi fabula. In super cogita quid sibi tua hæc ætas uelit, & illud satyricum dictum.

Quid sumus:quid nam uicturi gignimur?ordo,
Quis datus?quàm mollis flexus?& unde?
Quid fas optare?

Haud multum restat hic tibi (mihi credas) operis pergendi. Vigilandum itaq;, & enitendum acriter, ne quid post hac abste temere fiat,& occasio operandi quæ transierit in cassum postea requiratur. Iudiciuni sane mortis non cedit appellanti:non differtur uadimonio, non ui aliqua fauoreve cuiusuis hominis corrumpitur,Quum citamur accedendum est: quum iudicamur pereundum. Eia quæso respice ætatem tuam, & rugosa tibi tandem senectus afferat, qđ uel mollis debuerat præstitisse adolescentia. Lasciuia profecto in omni ætate turpis est, at in senibus fœdissima:inomnibus item hominibus fœda sed in religiosis etiam execrabilis. Vtrinq; duplex malum est: & ꝙ ipsi met recipiunt dedecus,& ꝙ suo exemplo faciunt,hi quidem sæcularium,illi uero adolescentiũ:

impudentiorem intemperantiam. Surge ergo grādis tibi restat uia, præcepsq; declinat i occasum dies, & Oceano properant se tingere soles. Ecce tempus adest, & si serius quàm par fuerat homini christiano, attamen idoneum adhuc, atq; ita maturum ut iam nec hora quidem possit sine maximo tuo periculo, damnoq; differri. Satis, immo nimiū tēporis amisisti: utere quod reliquum est et consilia in melius referens, receptui uoluptatibus canas. Nullum quippe graue peccatū est æque atq; in peccatis perseuerare quod diabolicum esse beatus Augustinus affirmat. Instat profecto tēpus tibi, ut quod ultro iam faciundum fuerat, facias iam coactus. Vixisti in pelago da operam ut in portu moriaris, Iam iam flecte ratem, uerso q; relabere uento. Imminet (mihi crede) de proximo naufragium, nisi propere uela contrahas, & opportune ad terram legas. Etenim quemadmodum in putri nauigio, & iam ex multa uetustate rimis laxius fathiscente, quam ut succurri possit amplius, nihil præterea trepidus uector attendit, quàm quo pacto saluus euadat: ita & senex quando instare mortem u det, quàm nullo uitare ingenio potest, nihil curare quicquam debet, nisi qua ratione tutius abscedat atque de hoc mortali corpore expurgatus, & innocens migret ad dominum: quum ia m iam hinc sibi pro certo sciat esse omnino migrādum. Cætera quidem mortis genera incerta sunt & spei plena, at senibus mors præsentanea est: & citra omnem spem formidolosa ac sola expectatione terribilis. Morbus quilibet potest desinere: naufragium quantumuis præsens euitari, incendium extingui, uulnus, & ulcus sanari, gladius tam hostis quàm iudicis ab ipsa etiam ceruice reuocari: at ille nil habet, quod speret, quem senectus uelit nolit, ducit ad mortem. Quæ ergo insania tua est in tam imminēti, discrimine tā dubiis rebus fidere, & negligere tam graue, & tam manifestum periculum: et ad ueritatis, & salutis monita sic obsurdescere, ut nihil omnino percipias eo

rum,quæ tibi & salubriter & amice dicuntur. Verum tamen & si tibi minime fidendum esse confirmem, nihil est propterea ꝙ tuæ saluti diffidas,aut de conuersione desperes ꝙ iam circa uitæ exitū te esse conspicias: potes si uelis,uel sero, & in exitu resipiscere:quoniā omne tēpus, & omnis ætas idonea est ad pœnitentiam: neq; ullum serum consilium habendum quod salubre est neq; quicquam desperandum,quod Deo auctore promittitur. Dicit.n.in quacūq; hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor.Extat & illud Cæsaris dictum.Satis cito,quod satis bene.Et prçclarissimus philosophus Plato.Beatus est inquit,cui uel in senectute contigerit sapientia. Non est sane ullo pacto cur desperes,quum non tantū respicit dominus qualis hic quisq; uixerit, q̄tū qualis hinc quisq; ex hac luce recesserit.Quinimmo usq; adeo neminem respuit pœnitentem Deus,ut soleat etiam quo diuitius expectauerit quempiā ad pœnitentiam,eo blandius ueniētē excipere,& festiuius amplexari. Sed si id solum uereare,ꝙ sero cœperis ad hanc metam currere,facito quæso,qđ facere uiatores solent,quū aut tarde exierunt domo,aut forte intereūdum cunctantes alicubi moram duxerunt:nam contendunt hi subinde,equis uelisq; (quod aiunt)obnixe ut festinatione resartiant tarditatem, ac mature perueniant,quo tendunt: & quocunq; in principio statim itineris destinauerāt ꝑuenire. Quid ꝙ nulla çtas aptior est ad emēdationē:& ad bonā mentē magis idonea q̄ çtas senectutis: Deferbuit tūc sane çstus ille adolescētiæ,& solita carnis ꝓteruitas ætate confecta ita elanguet in sene ut paꝝ omnino supsit uincēdū. Veꝝ si quis forte ita ꝑuerse afficiatur,ut nec ad id quidē ætatis perductus,aut cōmissa flere,aut ægre meminisse uoluptatū suarum possit,id saltem doleat ꝙ quem uelit dolorem suorum peccatorū sentire nequit:affligatur quæ,uel et eo,ꝙ non affligitur animo,sicut exoptat:qđ ex nimia peccādi cōsuetudine solet ꝓuenire:qui morbus est animæ,et cor

poris perniciosissimus. Solet enim in morbis, quibus sæpe afficimur, usu uenire, ut quo se quis pelus habeat, eo minus sentiat grauitatem languoris. Ad curandam autē hanc ægritudinem animæ diuturna cōsuetudine iam stupentis, nulla aptiora medicamenta sunt, quàm quæ à salutaribus ipsius salutaris nostri Iesu uulneribus hauriuntur. Ex ea enim meditatione, anima quantumuis languēs ac stupida, insurgit aliquando, atque ex eo discit flere peccata sua, pro quibus talia, ac tanta passus est pius, atque innocentissimus Iesus. Quod si quis adeo duro sit corde, ut nec eo quoque remedio excitetur, & nullum sensum doloris accipiat, quid ei afferam medicamenti ultra non habeo: Non enim uideo quæ possit esse in tali pectore cōpunctionis spes, aut conuersionis, siue emendationis expectatio, Quare orandus est dominus ut faciat, quod hi aliquando cognito errore suo resipiscant: ac uel foetentes tandem, tanquam quatriduanus ille Lazarus resolutis uinculis rediuiui de sepulchro æternæ mortis resurgant.

Quàm anxia sit uita improborum hominum ex redargutione conscientiæ: & quàm mendaces sint omnes corporeæ uoluptates. Cap. XXIX.

HActenus dictum est de moribus improbis, & nefaria uita quorundam clericorum, deinceps uidetur mihi conducibile fore & huic nostro instituto conueniens ut explicetur latius anxia, & erumnosa uita incontinentium: quod certe quicūque sibi sub oculis ponet, uidebit quoquouersum lumina flexerit, offerri sibi densissimam nebulam exurgentium undique incommodorum, magnoque impetu irruentium ad peruertendam omnem simul & animi, & corporis tranquillitatem: atque inde aperte, uereque unusquisque cognoscet suas omnes libidines, quibus tantopere inhiat, ærumnas, atque miserias

esse meras. Nam sic ꝓfecto sese habet libido ad hominem, ut ebrietas, uel crapula, quæ nisi post factum absurditatis, & turpitudinis suæ magnitudinem non ostendit Ebrius enim & si nimium bibat, nullum tunc sentit a uino incommodum, sed uoluptatem, at qui tunc demum sentit, quum digesta crapula sobrius, et sui cōpos factus fuerit. Idem uidetur facere ueneris uoluptas, actu quidem ipso delectat: sed ubi præteriit mox insurgit ipsamet contra delinquentem, & facta quouis accusatore molestior trahit animum interiori testimonio conuictum ad propriæ conscientiæ iudicium: ubi homo usq; adeo perfecte cognoscit errorem suum ut ipsi sibi nil ex eo amplius nisi pœnitere, sit reliquū. Quis unquam tā contumeliosus hostis in quenquam fuit, aut quæ usquam immanior carnificina, quam in suos amatores illicitæ eiusmodi uoluptates? quibus illi ipsi uoluptarii planè seruiunt magis quā fruantur, & tanto miseriores sæpe sint, quanto fœliciores uulgo creduntur. Putàsne dum eiusmodi libidinibus homines occupantur, ita constanter lætari, ut mortis interea metu, & supplicii expectatione non terreātur, non horrescant futuri iudicii questionem? non gehænne incendia cō tremiscant? Quilibet enim tantum ueretur quantum deliquit, dat pœnas quisquis expectat: expectat autē qui cunq; meretur. Nunquam sane desunt, quæ malos exagitent pœnæ, nec usquam secura est conscientia impura: at qui eos, aut perpetrati flagitii pœnitudo, aut iudiciorum legumvè metus semper exagitat et ob oculos ipsorum, & peccatū, & ultio futura peccati presens semper oberrat, Vnde propheta. Peccatum, inquit, meum contra me est semper. Et enim quoties iniquus de alterius ini Psal. 50 qui supplicio cogitat, toties cum graui horrore impendentiū supliciorum suorū cogitur reminisci. Nocens (ut ait Seneca) habet aliquando lætandi fortunam, sed nunquam fiduciam. Ita profecto natura constitutum est, ut tuta scelera esse non possint, nec unquam transeant impu

nita: qñ uel ipsa neqtia pœna sui sit, & grauis ultio peccati sit, peccasse. Et.n. nihilo fere tristiora sũt tormẽta carnificũ q̃ ipsa assidua formido, & horribilis expectatio imminẽtium tormentorum. Tot nanq; crucibus, quot criminibus distrahuntur iniqui immo quo maior uis est animi, quàm corporis, eo atrociora sunt supplicia, quæ itrorsus debacchantur in mẽte: quàm quæ exterius sentiuntur in corpore. Potest quidem impunitũ ex humanis iudiciis aliquod crimen esse et cuipiam fœliciter cessisse uideri, sed re uera non cessit: quum in ipso scelere suppliciũ sit ipsum per se scelus, nullumq; reperiatur grauius tormentum, q̃ latens, & internum uulnus conscientiæ: nullumq; seuerius iudicium, q̃ ꝓprium: & quo uere sibi quisq; ẽ reus. Neq; est.n. aliud censendũ esse illas ultrices furias, quibus terreri impios poetæ fabulantur, q̃ sua cuiq; scelera, libidines, fraudes, flagitia, & omnes eiusmodi tabificas mentis perturbationes; quæ improboꝝ corda, ceu Ticii iecur auidissimi uultures assidue crudeliterq; dilacerant: et quæ eoꝝ ceruicibus molestiores, grauioresq; Sisiphi saxo, semper impendent.

Nam diri conscia facti.
Mens habet attonitos, & surdo uerbere cædit.

Vt ait iuuenalis Aquinus Verum.n. uero sicut nihil est improbis cõscientia facinoris molestius, sic bonis, nihil bene actæ uitæ, & bene impensi laboris recordatione suauius. Magna ꝓfecto res est ac pene diuina tranquillitas mũdæ, puræq; conscientiæ: quippe quæ tanq̃ optima, & perpetua nostræ uitæ comes, & letum, & iucundum animũ semper habet, Vita.n. (ut ait Plato) eadem & iustissima, et iucundissima est: nullaq; potes res esse bona, quin eadem sit, et iucunda, sed redeamus ad conscientiã impiorum, Est.n. flagitiosus quilibet sicut qui uinctus tenetur in carcere: de suis cito criminibus pœnas daturus: qui interim etiam si delitiis omnibus uitæ affluat, longe tamen tristiorem uitam agit, ob impendentis expectationem iu

dicti, quàm qui rerum omnium egenus, per omnes angustias duriter: extra tamen expectationem necis suam interim uitã agat. Trepidatio siquidem assidua supplicii, infamię et dedecoris, ut mala, et turpis est, ita grauis, et semper anxia. Quam ob rem si boni ratiocinatores mundanarum uoluptatum fuerimus: et de ratione dati, et accepti adducere, et deducere recte calculũ uelimus aperte cognoscemus, quæ ex utraq; parte uel boni, uel mali summa sit. Sed quoniam pauci uoluptate illam animi puram synceramq; degustant, iccirco ad corporeas uoluptates pronius faciliusq; rapiuntur, non tam, ꝙ optabiliores sint natura, quàm ꝙ sic esse falsa opinione credantur: ceu in pueris solet euenire, quibus ea tantum uidentur bona, quæ eorum moribus arrident, et quæ illorum adolescentiæ ætatiq; conueniunt: sed ea ipsa postea, ubi fuut grandiores effecti, rei ueritate cognita, damnantur. Vnde Apostolus ait Dum essem paruulus cogitabam ut paruulus sapiebam ut paruulus, loquebarut paruulus: ubi aũt factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli. At qui uero ea tantũ sunt iudicanda esse uera bona, quæ solida, firma, ac perpetua manent, et quæ à sapientibus in uirtute animi, et non in corporis uoluptate constituũtur. Quod autem tam multi aberrent a uero nihil mirum: quum ita sit fere hominum ingenium, ut recta laudent, et semper peiora sectentur. Id ipsum autem uidemus contingere etiam ægrotis: qui: quæcunque prosunt respuere consueuere, et appetere pro his, quæ noceant: ꝙ ea in præsenti plus illis, et gratiæ et uoluptatis habere uideantur, nihil interim quid in his rebus sit commodi uel incommodi discernentes. Hinc Epicuri disciplina (ut asserit Firmianus Lactantius) multo celebrior semper est habita, quàm cæterorum: non ꝙ uerius aliquid afferret, sed qa multos ad eã populare nomẽ uoluptatis attraheret. Verũtamen (quicquid multi faciant) unica certe foelicitas hominis est, hilaritas castæ, puræq; conscientiæ,

1 Cor. 13

cum despicientia rerum externarum, atque fragilium, et cũ contemptione uoluptatum. Sed nequaquam huius foelicitatis dulcedine capiuntur, qui ex uitio male affecti palati, nihil nisi carnem sapiunt. Sicut enim uidemus eueni re iis, qui uitio ægritudinis tanto plerunque gustus stupore afficiuntur, ut nullam sentiant suauitatem ciborum, & dulcia sibi uideantur amara: ita & libidinosis & improbis euenit: quibus nullus omnino ueri gaudii, & ueræ uoluptatis est gustus. Non ergo quod alicui nostrum uel amarum uel dulce sapit, est protinus aut amarum, aut dulce censendum, sed id quod tantum sano palato sapit. Idem iudicium de reliquis sensibus corporis habendum est: qui non imperfectione rei q; opinionis falsitate, et sensuum uitio falluntur. Itaque si recte sapis, purga aures, purga oculos, purga palatũ, & quod magis necesse est purga cor tuum: & dulcescent hæc protinus tibi, quæ nunc acescunt: & sonabit melos, quod uitio aurium fragor apparet, & quod atrum, atque obscurum uidetur, ut aurũ gemmæq; fulgebunt. Minus autem mirum est si plurimis uoluptas corporis dulce sapiat: quoniam est sicuti uenenũ: quod nisi conspersum dulcedine, & conditum suauissimo obstrusæ calamitatis sapore non hauritur: nec eius pnicies non nisi epota grassatur: ut tunc demum letalis succus pro certo sciatur, quum ei mederi quis nequeat, nec euomi illa amplius possit. Et enim sic est natura comparatum, ut sicut amaritudo permixta est uirtutibus, ita quoque uoluptas permixta sit uitiis: quo fit, ut illa offensi, & his deliniti: stulti mortales, mala pro bonis sępius amplectantur, falsis iudiciis, & rerum specie decepti. Quomodo autem improbi falsa opinione ab ipsa uoluptate fallãtur, & non boni, Plato in Philebo de amicis, & inimicis Dei egregie disceptauit: sed multo enucleatius, atque expressius fidissimus eius interpres Marsilius Ficinus in epistolis suis. Bonus inquit uir à Platone censetur qui in se quidem temperatus, ad Deum autem pius est, ad homines uero

nes uero iustus. Animus.n.eiusmodi propter similitudine Deo præ cæteris est amicus: malus aũt per dissimilitudinem inimicus. Itaq; quũ Deus, & moueat intrinsecus, & ubiq; prouideat, nimirum opiniones, & imaginationes, spesq; bonorum uirorum ueræ frequenter euadunt, malorum itidem falsæ. Hi nãq; tanquam sibi ipsis mendaces, sicut frequenter opinione falluntur, ita falsa sæpius oblectamẽta cõfingunt, ac recipiũt pro ueris: quũ tamen ea similia sint falsis gaudiis ęgrotantium, somniantiũ, & insanorũ. Hec ille profecto elegãtissime. Quid est ergo q̃ tantopere respiciamus ad has falsas uoluptates, pecudibus dignas magis quã hominis excellẽtia? Quid eis tam facile quicquam credimus? Infidæ sunt, breues, instabiles, fluxæ fucatæ, uanæ, fallaces, & quæ anxias semp curas, & innumeras undiq; solicitudines post se trahant: afferentes semper, quoquomodo hauriantur, magnum rei, famæq; dispendium. Ea est.n. omnium uoluptatum natura, ut quum ipsæ cito, & momento ferme temporis euolent, longã tamen perniciem quampiam post se semper derelinquant. Neq; id tãtum uoluptatibus solet euenire: sed & cæteris rebus humanis, quibus cito aut magna mutatio, aut certus imminet interitus. Ecce qui nuper infantes, pueriq; fueramus, ilico adolescentes sumus mox iuuenes repente senes, subinde decrepiti: et quę mutatio omnium maxima est, una sæpe hora miseri mortales prospero aliquo successu lætamur, altera sepulti uermibus destinamur. Inuigilandum est ergo, ac studiosissime cauendum, ne tam perniciosas usuras uoluptatũ nostrarum pendamus aliquando: ut pro breui gaudio in profundo baratro æternis suppliciis destinemur.

BERNARDINI SCARDÆONII PRESBY. PATAVINI DE CASTITATE LIBER SEXTVS.

EXORDIVM.

DE PVDICITIA MATRIMONII.



N principio equidem de castitate dicere proposuissem, statueram sane mecum ad comprimendos libidinis insultus, imbecillitati duntaxat meæ suppetias ferre: mihique (ut aiunt) & musis canere. Hoc enim rebar me ab eiusmodi concupiscentiis abstinere tantisper posse, donec tota mente honestis studiis, & sollicitus commentationibus assiduus occuparer. Subiit postmodum haud ab re fore, nec abesse ab officio sacerdotis, impudicitiam etiam quorūdam ex nostro ordine, idoneis exhortationibus, ac etiam reprehensionibus (ubi opus fuisset) nō tam meis, quàm etiam sapientissimorum uirorum sententiis redarguere. Cæterum interscribendum (ut fit) dum aliud ex alio prouenit, cœpi uelle omnibus in commune consulere ac nihil quicquam prætermittere intentatum, quod in ea re, aut ad animæ salutem, aut ad uitæ honestatem facere uideretur. Et ita sensim, & quasi furtim, diuino (ut credo) afflatus flamine incidi in hunc amorem scribendi: atꝗ sic de pudicitia coniugatorum multa passim accumulare studui quæ huic loco mihi uisa sunt cōuenire, & quę prodesse multis, & obesse nullis possent. Interim uero dum accurate id præstare multa opera cōamur, liber creuit: & quum urceus à me cœpisset effingi, currente rota, exiit è manibus amphora. Euenit hic nobis in hac re ut de pane illo euangelico legitur qui, antequam distribue-

retur, quinq; tantum panes fuerant: et ubi dispartiti sunt, duodecim cophinos, saturatis ex eo tot milibus hominum postea compleuerunt. Sicut ergo panis ille exiguus dū fragitur, & dispartitur, accreuit: ita & opus nostrū primo quidem tenue dum scribitur, & attractatur, ingens uolumen efficitur. Nec ab re certe factum, omnibus enim debitores sumus: nam & Apostolus. Omnia (inquit) omnibus factus sum, ut omnes facerem saluos. Quamobrem quum plæriq; hominum coniugatorum abusi licentia nnptarum fœde cōmiscendo sese tam cū alienis fœminis, quàm etiam cum propriis uxoribus peccēt, & cōiugalis continentiæ impudenter metam transiliant: operæ precium uisus sum facere, si & hos ipsos, tam ex officio sacerdoti, quàm ex instituto opere adhorter, & moneam ut alienis toris insidiari desistant: atq; simul ut pudice sese habeant in coniungiis et nollnt attrectare uxores propri as impudentius, quàm par sit, & quàm soleant fornicatores & adulteri alienas. Quamobrem boni & candidi lectores oratos uos uelim, ne nostros labores contemnendos putetis, arbitrantes uestris oculis, & auribus prorsus indignos, ꝙ eos de castitate inscriptos prima statim fronte legistis. Perlegite quæso omnia sedulo, & cognoscite: nec uereamini hic quoq; aliquid sucisfiui ac fortasse perituri alioqui temporis impartiri: non uos, credo pigebit: et ego si impetrauero satis mihi repensum, atq; plene satisfactū putabo. Paucis autē uobiscum de industria agēdum censui, parique consilio sermonem hunc nostrum multa orationis uarietate respersi: ne mihi forte contingat, quod per multis scriptoribus quotidie uidemus accidere, qui uel propter prolixitatem abiiciuntur ab occupatis, uel propter ruditatē, à delicatioribus cōtemnūtur. 1 Cor. 9.

De matrimonio, & eius commodis. Cap. I.

QValis autem quantaq; fuerit semper apud omnes gentes sanctitas matrimonii, ac uis eius, tam

ad propagandam sobolem, quàm ad bene, beateq; uiuẽdum, latere puto neminem, et propterea minime opus fore censui, hic illius præconia accuratius pertractare. Facile est enim aut ex re ipsa, aut ex ipsius auctoris maiestate, eius dignitatem præstantiamq; cognoscere. Non n. non dignissimum haberi potest quod Deus instituit: neque leue, cui tantus auctor benedixit, dicens. Crescite et multiplicamini. Fuit nanq; matrimonium ab illo opifice Deo in principio statim creationis mundi, in amænissimo parad.si loco, innocentiæ illius primeuæ tẽpore cõstitutum, & conditum: quicquid dixerit antiqua, & uana credulitas ethnicorum, qui institutorem matrimonii Cecropem quẽdam ferunt: eumq; iccirco fabulãtur, esse bifrontem, ꝙ primus omnium fuerit, qui foeminam marẽq; quasi in unum corpus coniugio copulasset. Sed quoniam haud satis dignum est homine Christiano, in rebus seriis eiusmodi fabularum deliramenta sectari, hæc interim missa faciamus, & id quod uerum est hoc loco solum modo referamus. Sacrarum etenim scripturarum ueritas habet, & pia religio nostra confirmat, ipsum Deum omnipotentem, non autem mortalem quempiam, in primordio statim creationis inseparabile matrimonii consortium statuisse: quod esset ueluti seminarium quoddam propagationis humanæ quo legitima soboles rationalis creaturæ, nulla unquam temporis longinquitate orbe durante deficeret: sed per nuptiarum copulam coniugii lege propagata, ubiq; terrarum longe lateq; disseminaretur, ut coniunctione fratrum, & cohabitatione patruelium, atq; deinceps consanguineorum familiæ constituerentur, quæ subinde, quum ob frequentiam una domo capi non possent, mox in alias domos, tanquam in nouas colonias exirent: quemadmodum apes, quæ quum uno alueari præ numero teneri non ualent, examine facto, ad nouas sedes inquirendas, foras euolant. Inde cœptum ex ea

hominum frequentia religiosius Deum coli, & congregari ciuitates, urbes construi, regna constitui, prouincias, et orbem denique uniuersum, oppidis, uicis, uillisq; ubique edificatis ornari, sicq; adinueniri paulatim nouas artes, excogitariq; disciplinas literarum: ac diligētiori cura agros excoli, & demum in dies parari commodius omnia ad usus hominum, & iumentorum. Xenophon Atheniensis in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur, maritale coniugiū sic comparatum natura tradit, ut per id non solum iucundissima, uerum etiam utilissima uitæ societas iniretur: quum ex hac indiuidua maris, & fœminæ societate, adulta sobole adiutoria necessaria senectuti, necnon idonea totius uitæ pſidia mortalibus pararētur. Dicebat.n. quū uictus, cultusq; humanus non uti feris in propatulo, palàq; in syluestribus, sed domi sub tecto curandus esset, pnecessariū fuisse utrunque sexum: alterum scilicet ut foris, & sub dio esset aliqñ, qui labore, & industria sua compararet, quæ ad cōmodū, & usum uitæ postea tectis recōderentur: et propterea rusticari, nauigare negociari, atque ēt belligerare erat necesse, ut cultui, uictuiq; idonea, & necessaria quærerentur. Quū uero partæ iam res sub tectū essent opus fore altero dicebat qui & res illatas cautius custodiret & parcius dispensaret, atque id operis conficeret, quod domesticis esset postea usibus opportunū. Iure ergo dicebat natura comparatam esse operam utriusque: mulieris uidelicet ad domesticam diligentiam uiri autem ad exercitationem forensem. Et iccirco uiris natura ipsa calores, & frigora, itineraq;, & labores fortius perpetiendos dedit: & pacis belliq; officia in primis tradidit: mulieribus uero, ꝙ eas omnibus his rebus inhabiles fecerat, domestica tantum negocia curanda præbuit. Sed quoniam hunc sexum custodiæ, ac diligentiæ assignauerat, timidiorem ideo esse statuit quam uirilem: quando metus plurimum conferat ad diligentiam custodiendi. Quoniam autem necesse erat, fo

ris in aperto uictum, quærenti, nõnunq̃ iniuriã propulsa-
re, uirum propterea quàm mulierem fecit audaciorem.
Quia uero partis opibus, æque fuit opus utrisq; memo
ria, ac diligentia in seruando, ac tuendo, non minorem
fœminæ quàm uiro earum rerum usum tribuit. Verum
quoniam simplex natura alterius sexus, non hęc commo
de omnia cõplecti poterat, ideo alterum alterius uoluit
indigere ut qđ uni deest alteri statim p̃sto foret. Hæc Xe
nophon primo, Cicero deinde, qui eum latinæ consuetu
dini tradidit, quàm elegantisſime. Addendum iis etiam
uirum, ac mulierem: iccirca decentisſime legitimo, ac
certo connubio copulatus, ut habeat homo, quicum tu-
to, uelut secum indigna, dignaq́; læta ac trista, iocos, feria
q́; communicet, & quasi iuncto (ut aiunt) humero por
tent quicquid aut lætius, aut grauius sit ferendũ. An hoc
uideri parum debeat? ꝙ hi, uel iam defuncti relicta inte-
rim de se prole, magna ex parte sui, modo quodam ui-
deantur in ipsa propagine, ex filiorum nepotumq́; suc-
cesſionibus superesse. Nam quum parentes ex sanguine
ex osſibus, atq; e uisceribus suis in lucem liberos ędant,
quid, allud liberi dici posſunt, quàm partes, & membra,
& caro parẽtum? Quare Antoninus pius imperator Ro
manorum paulo ante mortem amicis dixisse refertur, se
æquo animo obire mortem, quum filium superstitem si-
bi relinqueret, qui aliquandiu se per omnia iam defunctũ
referat. Accedat quoq; ad hæc, ꝙ parẽtum ipsorum ima
gines, in ipsis liberorũ uultibus, uelut in speculo, sic sæpe
numero exprimũtur, ꝙ idem penè uideatur, pater & fili-
us, mater & filia: ut lac lacti (qđ aiũt) uix sit similius, & qui
alterum nouit, utrunque nouerit: posſisq́; uel ex eo certo
scire in ipsis iterũ liberis parentes fuisse renatos: atq; ouo
(ut dici solet) prognatos eodem. Nam pater quidem in
filio non speciem suam tantum, sed seipsum quoq; sæpi
us uidet. Quid? ꝙ præter uultum, eadem ferme ingenia,
iidem mores comparesq́; cultus eis ipsis sint, ac si essent

ex eorum capite nati,ut dicunt Mineruam ex capite Io-uis? Additur etiam ad dignitatem,& laudem matrimonii ꝙ inter septem sacramenta ecclesiæ idipsum quoq; annu meretur:eo ꝙ signum sit sacræ rei:scilicet coniunctionis Christi,& ecclesiæ,Scriptũ est enim relinquet homo pa-trem,& matrem,& adhærebit uxori suæ:& erunt duo in carnem unam.Sacramentum hoc magnum est:ego autẽ dico inquit Apostolus in Christo & ecclesia. Quod sic exponitur:ita inter se coniuges mutua debere animorũ & corporum coniunctione copulari: sicut Christus cum ecclesia uoluntate, & natura copulatur quum idem ip-se ultro sese humanæ coniunxerit, naturæ,in similitudinẽ hominum factus,et habitu inuentus ut homo sicut idem Paulus nos edocet. Coniuncta est ergo sponsa sponso spirituali copula,& carnali:idest indissolubili charitatis ne xu, ac uera humanæ conformitate naturæ: quorum al-terum significatur per consensum animorum, qui requiri tur in cõiungio:alterum commixtione diuersi sexus, qua homo generatur ab homine naturæ qualitate cõformis. Gene.2. Ephe.5. Phili.2.

Quantæ semper curæ fuerit Hebræis, ac cæteris genti bus suscipiendæ prolis negocium. Cap. II.

HEbræis autem tantæ curæ olim generatio pro is fuerat,ut coniugati,quibus liberi nõ essent,execra biles uulgo fierent:atq; indigni propterea, qui in templo rem diuinam facerent. Iccirco Isacar summus sa cerdos oblationes uiri alioqui optimi Ioachini de more offerentis despexisse dicitur.ꝙ indignum putasset homi-nem iam ætate prouectum offerre in templo munera, qui de se non dum prolẽ aliquam suscepisset. Ad id facit ꝙ iidem Hæbræi annum integrum immunem darẽ his, qui nuptias contraxissent:ne procederent ad bellum,sed domi absq; culpa uacarent ut eo scilicet munere allectos homines ad contrahenda libentius connubia prouoca- Deute.24

rent:simulq; ut incumberent attentius eo anno rei uxoriæ,& liberius negocio procreandæ sobolis operam darent. Romani quoq; haud multo secius & ipsi augendæ prolis cupidi, eos qui ad senectutē cœlibes peruenissent, certū æris pondus mulctæ nomine in ærarium iudebāt deferre: & queri de tali mulcta ausos duplo mulctabant. Hoc.n.per legem duodecim tabularum iure facere uidebantur, ubi auctore Cicerone legebatur. Cœlibes esse prohibento. Contra uero coniugatis, ius liberorum, & cōgiaria principum, & munera ex publico ærario, & immunitates alias extra ordinem iidem ipsi conferre consueuerant. In urbe.n.eos qui tres in Italia, q quinq;:in prouinciis, qui septem ex uxore legitima liberos habuissent, immunitate donabantur. Erant quoq; Romæ Proletarii ad prolem populi frequentandam: sic dicti, q gignēdæ proli ultra cæteros, ex officio, præcipua cura uacarent. Nec ascribebantur hi militiæ nisi difficillimis. R. publicæ temporibus: sed erant domi liberis operam dantes. Id ēt muneris atq; honoris fœcunditati Senatus Romanus deferre cōsueuerat: ut in ordinibus honorum, ac magistratuū pferēt, non cui plus ætatis, sed cui plus fœcūditatis inesset. Vnde lex Iulia. Priori, iniquit, ex conss. fasces sumēdi potestas sit, nō qui plures annos natus est, sed qui plures liberos, quàm collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Massilienses item Romanorum amicitia, & morum seueritate conspicui ex sexcentis primariis populi senatum suum cōstituebant: quorum duo longe cæteris honore & dignitate præstabant: sicut apud Romanos conss. uerum ex illis nemo Timitus, (id enim dignitatis illius nomen erat) eligebatur, nisi liberos haberet. Lycurgus quoque legē tulit, ut qui uxorē non duxisset, æstate arceretur a ludis, ac spectaculis: hyeme, nudus forū circuiret, contemptibilis omnibus, propterea q legibus nō paruisset. Plato quoque & ipse in suis legibus mandat, ut uir, uxorem a trigesimo anno usq; ad. xxxv. ducat, qui

uero non duxerit pecunia mulctet, & afficiatur dedecore. Et propterea legitur eum ipsum Platonem quum ad extremum uitæ diem castam, ac cœlibẽ uitam duxisset, sacrificasse naturæ salacem gallum gallinaceum: quasi eo sacrificio placaretur sibi natura, quàm uiolasse sua ipse continentia uidebatur. Ridicule sane factum: tamen quis hoc neget à sapiente factum, etiam si minus sapienter fit, quum id ipsum a Platone factum fuisset intellexerit.

Matrimonium etiam in solum remedium incontinentiæ decere. Cap. III.

ET si constat, ut pauloante dicebã matrimoniorum causam primam atque præcipuam esse debere suscipiendæ prolis desyderium: ueruntamen neque his quoque qui generare desperant, nuptiarum solatia sunt neganda: ut uel eo saltem remedio libidinis petulantia reprimatur: et fornicationis uitium, nomenque pariter fugiatur. Facile enim posset dum licite nequiret homo uti muliere ui lasciuiæ carnalis impulsus, ad libidines illicitas, & ad spurcitias carnis delabi. Quam ob rem licet prolis causa matrimonium constitutum sit: tamen ubi etiam nulla spes prolis fuerit si urgens interim libido suadeat, & periculum aliquod fornicationis immineat, non est ꝙ quis illud contemnendum putet. Ait enim Apostolus ad Corinth. Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat. 1 Cor. 7 Probe sane. Nam sicut matrimonium firmissima in posteritatis columem solet esse fœcundis: sic in fecundis tutissimum profugium incontinentiæ: ut quisque interim licite re uenerea uti, & ex plere libidinem absque noxa libidinis ualeat, quatenus id legitime faciat: neque obstet præterea quicquam quo mi

um, ac tutissimum perfugium degendæ fœliciter uitæ il-
lis ipsis coniugibus partum est siue prosperitate fortunæ
lætandum sit, siue afflictis rebus perpetiendum. Viri sane
solatium maximum est uxor proba, & pudica: et e con-
uerso optimum uxoris præsidium prudens, & cordatus
maritus. Relinquet homo (dicit dominus) patrem, & ma Gene. 2.
trem, et adhærebit uxori suæ. Quid ꝑfecto dulcius, quã
habere qui cum æque atque tecum audeas omnia com
municare? cuiq́ possis omnia tuto committere cuiusq́
mandare fidei iuxta atq́ ipsi tibi? Item quid iucũdius quã
cum illa esse, atq́ assidue uiuere, cui sis non beneuolentiæ
solum, atq́ animorum coniunctione, sed et corporum si
mulq́ communium liberorum mutua, ac insolubili qua-
dã colligatione copulatus? Sed id quoq; prætereundum
non est, rem quidem uxoriam omnes fere accusare, sed
omnes fere & sequi & appetere, quod accusant: eosq́ ip-
sos sæpe, qui aliquando coniugiũ calumniati sunt, astu-
tum mutatos, etiam plus æquo diligere. Quod non ali-
unde profecto existimamus prouenire, quàm ꝙ matri-
moniũ & naturale sit, & hominis ꝓprium: licet ex peruer
sissimis quorundam moribus, & ob inconstantiam mulie-
brem, id ipsum plærunq́ quod alio qui gratissimum ui-
deri solet odiosum, ac triste fiat. Nam si semper mulieres
obsequentes cõnubiorum legibus, usq́quaq́ cum uiris
suis conuenirent, non dubitassent plæriq́ sapientes de du
cenda uxore decernere, nec esset fortassis tam necessari-
us sacerdotibus cœlibatus, ut satis superq; diximus supe-
rioribus libris. Verum sicut in coniugio, ubi cõcordibus
animis uiuitur, nulla est fœlicitas uitæ potior, ita quoque
nullum uitæ genus, si secus accidat hominibus tristius, &
ærumnosius. Non ergo semper ut honestissima res est
cõiugium ita & quietissima: quãdo sæpe disparitate mo-
rum, quod de sui natura habetur optimum, in fœlicissi-
mum reddi possit. Circunspicere itaq́ debent homines
ut in ineundis cõnubiis, mutua, & ingenii & morum (qua

tenus dicet) similitudine copulentur: ex quo omnis concordia, uitæq; societas coalescit: quæ uel una (si recte conuenit) reddere potest iucundum fortunatumq; coniugium. At qui uero ut id contingat, non nostræ omnino est facuatatis nec tam diligentiæ aut fortunæ fidendum. quàm diuino potius iudicio cõmittendum. Quo circa hoc ipsum matrimonium non nisi bonis auspiciis pie sancteq;, & Deo auspice faciundum est: ut quondã maiores nostri facere cõsueuerunt: qui nisi sacris rite peractis, & nuncupatis prius uotis rem tantam aggredi non audebant. Nam quid tam peruersum prępposterumve fieri aut excogitari potest, quàm quod nunc plærique omnes faciunt adolescentes: qui non Deo, ut homini christiano par est sed ineptis ominibus, consultisve sortibus, gentilium more, opes, genus, formam, factionemq;, ac eiusmodi alia quæuis uana prius quæritant, in eligenda uxore, quàm pudicitiam, quàm prudentiam, quàm mores? Nam modo iuxta illud.

Protinus ad censum, de moribus ultima fiet Quaestio.

Minime ergo mirandum, si his sæpenumero male succedant matrimonia: quæ tam peruerse, & inconsulto malisq; artibus, malisq; desideriis sint ab initio auspicati.

Quomodo honeste habere sese debeant coniuges in re uxoria. Cap V.

SCire autem homines debent non tam ad perfruendam uoluptatem, quàm ad quærẽdam liberorum procreationem se esse uxoribus copulatos: quod
Gene. 1. est primum & potissimum in matrimoniis sanciendis: dicente domino. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Cæterum quum fieri nequeat, nec forte etiam expediat, ut ea copula sua careat uoluptate: seruanda est in ea re, ut in omnibus uitæ officiis, et cõtinẽtiæ, & moderatio

nis certa & præscripta regula quæ deceat hominē Christianum: qui non eam ipsam uoluptatem, tanquam finē, atque præcipuum matrimonii bonum appetit, sed agnoscit potius uti mercedem, & præmium seruitutis, & recōpēsationem cōiugalium tædiorum. Tunc enim uere legitimum censetur esse matrimonium, quum secundum diuinas leges, non uoluptatis magis affectu, quàm prolis causa fuerit facta coniūctio. Quæ obseruantia, quum etiam in pecudibus inueniatur, quàm nefarium est si id pudoris rationales homines & presertim Christiani non præstent. Sit ergo susceptio liberorum, aut spes posteritatis in uoto: quod primum, atque præcipuum esse debet in matrimonio contrahendo: subinde remedium, fornicationis: uoluptas uero, & procuratio rei domesticæ, fauores, opes affines, partium studia, & eiusmodi, quæ suadere coniugium plærisque solent non omnino præeant ante, ut dominæ, sed pone potius ut pedisequæ nuptiis subsequantur. Nam qui ad omnem lasciuiam pronus solius libidinis causa coire, & delectari uoluptuose magis quàm generare studet, scortator hic uerius esse dicitur, quàm maritus. Itidem & mulier, quæ uoluptati, & non fœcunditati deseruit, non uxor appellanda est, sed scortum. Neque enim matrimonio recte fruitur, quæcunque commisceri quidem uult marito, sed dolose, quo minus efficiatur interea mater enititur: quum a matre matrimonium, quasi matris munium pro certo dicatur. Quid est enim aliud matrimonium quàm legitima maris, ac fœminæ studio gignendæ prolis coniunctio? Quo circa nequaquam ueri mariti existimandi sunt, qui non legitimo, & honesto amore, sed libidinoso, et insano quodā furore correpti, eos āplexus, eos lusus eam denique nequitiā immiscent coniugiis, ut uxore pene q̄ scorto turpius abutātur: et iura, legesq; cōiugalis tori neqter trāscendētes, in cuiuslibet fœdissimæ libidinis barathrū

se præcipitant. Quis ignorat fœdari pudicitiam matri monii, si meretriciis sordibus misceatur? quum nō nisi uerecundus, et parcus esse debeat usus sancti, legitimiq; cōnubii. Nullus est quidē pudicitiæ locus, ubi quis statutos legibus fines pudoris excedit. Et enim si iniquum est possidendi cupiditate transgredi limitem agrorum, quanto iniquius coeundi libidine subuertere, ac pertransire limites morum? Gignendorum quidem liberorum in matrimoniis concessa sunt opera: et ea, quæ in eiusmodi re inesse solet, honesta, et moderata uoluptas ast illa quæ fœde, et intemperanter ex illicitis meretricum amplexibus ab incontinentibus captari consueuit, est omnino pudicis coniugibus interdicta. Sapiens enim uir, et pudicus maritus iudicio amabit coniugem, non affectu: nec ad eam se se permittet impetu libidinis ferri, sed cum pudore potius seipse moderans, aut naturali desiderio, aut studio propagandæ generationis accedet. Coniunctionem etenim maris, et fœminæ legitimam (si rem ipsam recte pensamus) sola efficit procreandæ sobolis ratio: uel saltē euitandæ fornicationis intentio: quicquid ultra est, a malo est. Attendendum itaq; est diligēter in re uxoria, ne quo modo honestatis, aut modestiæ transiliantur fines, q qui dem notissimi sunt, et certi: nisi malint plæriq; dissimulare se nescire quàm cognoscere.

Qua licet & sequitur pudor est miscendus amori.

Vt ait poeta Ex quo et Ælius Verus, qui Cesar est dictus et si fuerat impudicus, tamen fertur uxori conquerenti de extraneis uoluptatibus, dixisse. Patere me per alias exercere cupiditates meas. Vxor enim dignitatis nomen est, non uoluptatis. Modeste igitur maritali uoluptate fruendum est: neque impudenter hic quicquam agēdum quo duæ sanctissimæ res sacramentum scilicet, et pudicitia pariter polluantur. Quicunque enim in matrimonio hone- Matth. 13
ste, ac pudice uixerit, ex satu euāgelici seminis fructum est demessurus tricesimum: qui uero impudice et meretri-

cio amore lasciuiet, is est ut asserit Apostolus cum adul teris grauissima in stagno ignis, et sulphuris lasciuiæ suæ poenas daturus. 1 Cor.6

Valde impudenter facere qui sponsam cognoscat ante traductionem. Cap. VI.

Reprehendendi mihi etiam uidentur esse hoc locò indiscreti, et improbi nonnullorum adolescentium mores, qui ubi primum sponsalia pepigerunt, absq; ulla reuerentia connubialis sacramenti, quod in templo auspiciis diuinis prius peragẽdum fuerat, clandestine intempestiuoq; concubitu inscîis, inuitisq; parentibus, sacras alioqui nuptias impudenter incestant, insidiati per malas artes puellari simplicitati, ut ante explatio nem, atq; traductionem uirgo stupretur: et mater fiat, antequã uxor habeatur. Quid q; in plerisq; istorum quandoq; tam cæcus libidinis ardor exæstuat, ut ubi fraudes non succedunt inferant nefarie et impie puellis ipsis imbellibus uim: ut stupratores rectius eos dicas, quàm sponsos, et hostes æquius quàm maritos: ab hostibus enim ui rapimus, ab amicis autẽ ita licite demum, si ultro concedatur, accipimus. Quanto rectius ille patriarcha Iacob, qui quum Rachelem amaret perdite, eamq; septem annorum seruitio ex conuentione iure sibi uxorem habere meruisset, nunquam tamen neque amoris intemperantia neque consuetudinis occasione interim impudentius quicquam tentauit: aut hanc ipsam lasciuius tetigit, q̃ sororem decuisset: quin obtrusa ei altera sorore pro illa, et septẽ rursus annorũ pactione renouata, quanquã cũ illa unis ædibus, et communibus pascuis uersaretur, integram tamen, atq; inuiolatam usque ad præscriptum sibi a socero tempus seruauit. Hinc ex tam auspicato, tam q; sancte inito cõnubio exorta est postmodum soboles illa generosa duodecim tribus Israel, quæ totam fere Sy Gen.29

riam, atq; Ægyptum repleuerat, Nõ ne et Tobias quoq; junior per tres dies, ac totidem noctes in eodem cubiculo, cum sponsa sua in castitate & oratione unanimiter perseuerans meruit saræ nuptias habere fortunatas, quæ aliis eatenus procis fuere usquequaque letales? Tal. à profecto deberent esse sponsalia Christianorũ, & multo fœliciora contingerent: utpote diuinis auspiciis, rite, pieq; et humano more legitime celebrata.

Tobi.8

Secubandum esse quandoque coniugibus quo uacetur liberius diuinis. Cap. VII.

SVnt præterea in matrimoniis stata quædam tempora legibus præscripta, quatenus et ab re uxoria, & ab omni prorsus concubitu sit merito continendum: quo liberius, quove mundius Deo reiq; diuinæ uacetur. Neque enim qui nuptiis copulati sunt, omne tempus liberam inter se habere debent ad coitum: sed suis tantum temporibus, & necessitatibus eo uti quatenus liceat. Nam ut sapienter dictum fuit à sapiente, tempus amplexandi est, & tempus longe fieri ab amplexibus. Oportet enim sacris, obseruandisq; diebus a maritali etiã toro mutuo consensu ablegare prorsus uenerem, ac recedere ab opere nuptiarum ut per id tempus, iuxta consiliũ Apostoli, intermisso usu coniugii, qui habent uxores tanquam nõ habentes sint. Id autem quando præstandũ fuerit hac optima regula. Apostolus idem præscripsit. Nolite inquit fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. Debent ergo coniugati, dum diuinis præstant rebus operam, etiam licitis alioqui amplexibus abstinere, ut appareant in conspectu domini puriores. Habet enim nescio quid sordis corporeus ille cõtactus haud congruens ullo pacto spiritui, et rei diuinæ, cui intenditur. Quo circa nec Dauid quidem panes sacros prius edere permissus est, quàm interrogatus à sacerdote,

Eccle.3.
1Cor.7.
Ibidem.

ſacerdote,quãdiu abſtinuerit ab uxore. Sed nec populus Iſraeliticus auditurus legẽ,niſi & mũdus, & caſtus in concione cum cæteris apparebbat. Quamobrem & Moſes diuino iuſſu eidem populo mandauit, ut comedentes agnum paſchalem lumbis accinctis ſtarent, & perendino die ſeſe ab uxoribus continerent. Quid iis modo faciundum eſſe cenſemus: qui non pane tantum, & agno illo myſtico, ſed quod illius panis, & agni typo præfigurabatur, ueſci parant?hoc eſt ſacroſancto corpore & ſanguine Ieſu Chriſti uiuentis, Dei,redemptoris,& iudicis noſtri? Qui quidem nobis ſub panis ſpecie ſumitur ad ſalutem,quiq; ſub agni uocabulo à Ioãne Baptiſta fuit olim & digito, & uoce monſtratus. Maior hic planè nos ſacrificandi puritas decet,quàm patres quondam illos noſtros in immolatione hoſtiarum: tantoq; ſane purior,quanto purius eſt ſpirituale negocium, quã carnale:& ſacrificii ueritas,quàm figura. Ad belluarum profecto naturam proxime accedunt,qui nullos dies ſtatos habent,quibus ſeſe cohibeant,quominus laxas,liberasq; rei ueneræ habenas dimittant. Nihil eſt ſane homini præſertim Chriſtiano in uita fœdius quàm nimius, & immoderatus,etiam,cum propria uxore,concubitus. Etenim ſi uel maritalis coitus, niſi ad ſuſcipiendam ſobolem certis legitimisq; temporibus fiat, carere culpa non poteſt: quid quum in eo immodeſtius quicquam agatur,quod iniuriam, et dedecus connubiali pariat ſacramento? Quare diſcite coniugati propter Deum ab his ipſis etiam abſtinere,quæ uel parum culpæ habeant, uel cum uenia tantum fiant:ut nitidi, & mundi appareatis in conſpectu domini. Tunc enim bonum eſt mulierem non tangere,& in matrimonio coniunctos delectari interim operibus cœlibatus, et ſic mũdos placare dominum,ſicut docet propheta dicens. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo,& ſpõſa de thalamo ſuo,& reliqua quę ſequũtur. Sed beati Ambroſii uerbũ nõ putaui omnino

R reg. 21. Exo. 19. Exo. 12. Iocl. 2

hoc loco reticendum. Si causa,inquit,procreandorum filiorum ducitur uxor,non multum tempus uidetur con cedi ad ipsius usum,quia dies festi, et dies processionis, et ipsa conceptus,partusq; ratio,iuxta legē cessare usum carnis his debere temporibus demonstrant. Hæc ille. Quid si uir senex fuerit,& mulier anus:turpe est sane se cuire eos amplius coniugio, & uacare libidini: quos de cet uel fouere senectam uel spiritualibus studiis inhære re,carnis uoluptate omnino reiecta.

Minime decere uirum ad menstruatam uxo rem accedere, uel puerperio decuban tem. Cap. VIII.

CAuendum insuper maritis est,uel in primis, ne ul lo pacto uxorem menstruo profluuio laboran tem,aliis ue male affectam morbis adeant:ne.for te præterquam quod sordidissimum,atque inhumanum est concepti etiam eo tempore fœtus uitio corrupti sangui nis & ipsi male afficiantur,& lepram,fœdam ut scabiem contrahant,allaturam parētibus multas molestias,& ma gna,atque longa fastidia.Hinc est enim ut ædi plærunque uideamus partus uariis & inusitatis morbis obnoxios: cœcos,mutilos,claudos aliave quapiam deformitate ex ipsos statim partu notabiles, Id autem adeo abomina bile olim in ueteri testamento fuisse comperimus, ut eti am Moses lege cauerit,ne quis prorsus cum muliere flu xum menstruum patiente misceretur alioqui ambo in Leuit.20. terficerentur.Et similiter purgationi post partum pari ra Ibidē. 12. tione eodē auctore præscripti sunt dies,quibus ad uxo rem nemini licitum esset accedere. Indecorum est.n.at que indignum honesto uiro, nec abest credo a magno flagitio, per hæc tempora tam male affectis uxoribus cōmisceri,atque eas fœde anteq̄ inunda lo illa profluuii san guinis effluat uenereo opere attrectare, Sed etiā si gerat

uxor utero (nisi fornicationis metus aliter suadeat) pudicos cōiuges sese à concubitu continere par est: sicut legitur de Zenobia Persarū regina Odenati regis uxore, q̃ tāte fuit continentiæ, ut nunq̃ nisi tentatis cōceptionibus admiserit uirū. Nā hæc quū semel cōcubuisset expectatis mēsibus continebat, si forte grauida foret, ut si minus rursum quærēdis liberis opam daret. Fuit hæc una omniū fœminarū sane animo, & fortitudine plusq̃ uirili, et ad arma potius, q̃ ad colū, aut fusum genita: usq; adeo ut Aurelianus Augustus de ea multo labore in ꝑlio superata, non erubuit Romæ agere tanq̃ de potentissimo rege triumphum. Cæterū non est hæc in ea tanta contiⁿnētia à fœminis in exemplum trahenda, sicut nec in prælijs. Id tamē uirorū potius officiū esse putarē, q̃ fœminarum: attamen nō præstandum, nisi ex consensu mutuo, et quatenus ita res poscat, et uxor nō queratur. In his.n. ius est mutuū, & ꝓpter imbecilitatem utriusq; sexus, nō minus hic præsto esse debet obsequium uiri, q̃ fœminæ ne quid interim matrimonialis pudicitia detrimenti patiatur. Nulla ergo lex præscribitur cuiquam in ea re, quoniam uxor non habet potestatem sui corporis (ut docet Apostolus) sed uir, et similiter nec uir non habet ius sui corporis, sed uxor. Quamobrem sit honorabile cōnubium ī omnibus, & torus immaculatus, amotis inde ꝓcul abominandis libidinibus in q̄bus (ut diximus) nec uxor marito, nec maritus uxori ulla obsequii lege tenetur. Admonere hæc superfluum uideri potuisset, si pudicis, & honestis tantum coniugibus scriberemus, & non potius fœdis, & adulteris, ut corrigantur, quibus nihil tam nefarium est, quod uitandum putent, nihilq; tam abominabile, quod horreant: modo suam nefariam, furiosamq; libidinem expleant.

Quam sobrii esse debeant, qui liberis procreandis dant operam. Cap. IX.

NOn erit ab re his fortasſis addere, quàm ſobrii qq; modeſti eſſe debeant, qui gignendis liberis dant operam: quando hic de coniugatorum pudicitia, modeſtiaq; dicatur. Plutarchus inſignis auctor præclare in libro, quem de educandis liberis inſcripſerat maritos præmonet, quum generandi cauſa mulieribus ſeſe coniunxerint, ut ſobrii & modeſtisſime epoti ſint: quoniam euenire plerũq; ſolet, eos, qui à parẽtibus ebriis uel bene epotis ſeminentur, poſtmodum, & uini auidos, & ebrioſos ſupra modum eſſe: et temulentos facile atque frequenter fieri. Ea propter Diogenes adoleſcentem quendam intuitus, qui ex temulentia furebat. Adoleſcens, inquit, ebrius te ſeminauit pater. Id quoq; non reticuit in ſuis legibus Plato: qui præcepit uinum nequaq̃ bibendum eſſe uiro, uel mulieri ea hora qua liberis operam dare conſtituit. Iccirco Perſas legimus, qua die cũ uxoribus eſſent congreſſuri, nihil præter malum, aut medulam cameli ueſci ſolitos. Verum ſicut ſobrietas corporis ad gignendæ prolis operam magnopere conſentanea ẽ: ita & animi trãquillitas ſumme neceſſaria. Propterea ut uino, & cibo: ſic & ira, & odio maxime temperandum eſt. Quandam enim neſcio qua occulta ui ex animo in corpus tranſiliunt uitiorum contagia: et e corpore rurſus in animum. Eſt enim animaduerſum ab his, qui rerum naturas curioſius perſcrutantur: q; ut ſtupidos ſtolidi, & ebrioſos bene epoti generare cõſueuerunt, ſic et furioſos, & impios iracundi. Id etiam prædictis addunt, ad gignendam prolem congreſſus raros aptiores eſſe, quam frequentes atque etiam multo ſalubriores. Quod Pythagoras & ipſe uerum eſſe confirmat, ita de uenereorum tempore frequentiaq; diffiniens. Venerea inquit æſtate non ſunt facienda, autumno, ac uere raro: nam omni tempore grauia ſunt, ſed æſtate mortifera. Etenim præcox ſenium, & multi ſæpe morbi, & multa pœnitenda ſolent intempeſtiuam uenerem ſequi. Roga

tus autem is à quodam quo tempore potissimum esset coeundum cum fœminis tunc inquit, quum te ipso infirmior effici uelis. Medici item nostri eum tantum concubitum ducunt esse salubrem, qui uel raro, uel alternis noctibus, siue per maiora interualla fiat. Scribunt iidem de hac ipsa re curiosius multa, quæ satius duxi pertransire, quàm lectorem uerbis superfluis onerare.

Quòd uxores maritis obtemperare non debeant in his, quæ ab eis turpiter petuntur. Cap. X.

ILlud uero prætereundum non est, at in primis cauendum, ne alliciatur uxor blandiciis ad illicita: neve minus aut ui, aut dolis, indicatur ad perpetienda nefaria, quæ ut fœda factu sunt, ita & memoratu nefanda, nec sane digna ut hic à me expressius proferantur. Et.n. sunt quidam adeo impudentes, atque ita rationis, & honestatis immemores, ut cõtra ius, fasq; misellas mulierculas blandis munusculis captent, atque eas sibi in omnibus dolo malo morigeras, atq; obsequentes reddant. Sunt etiam qui eas ipsas quum nolint: minis, uiq; cogãt contra honestatem, & decorum inuitas sustinere. Nequaquam tantum iuris debet esse in uxores maritis, ut etiam in his, quæ improbe, incestuoseve petant, mos sit illis ullo pacto gerendus. Nam sicut uiris turpia, & obscœna, quæ præ uerecundia pudet fari, imperare turpe est: ita pari iure uxoribus fœdis, ac turpibus maritorum uotis parere nefariũ. Corporis, enim pudicum usum uxores maritis debent, non monstruosos, & præter hominum naturam turpiter ex cogitatos concubitus: similiterq; uoluptatem, quæ naturaliter in eis rebus inest, non præposteras, atq; nefarias libidines, & quæ etiam in lupanaribus à meretrice, non nisi grauate, & difficile impetrantur.

Modestiæ rationem habendam esse a coniugibus in oculis omnium, & præsertim liberorum. Cap. XI.

NEc indignum id quidem monitu arbitror fore, et si sit forsan parum honestum dictu, inueniri plerosq; hac nostra tempestate, qui ita impudẽtes planeq; effrontes sint, ut Cynicorum more, uel canum potius, quod id nomen sonat pro nihilo ducant, palam, & in propatulo attractare, & amplexari uxores, quo nihil profecto fœdius esse potest probo, atq; honesto homini. Vxorem quidẽ amplecti licet: sed quatenus id in opere maritali, & semotis arbitris, atq; in occulto fiat. Nam agere in oculis, quod natura abdidit: & proferre palàm quod pudor arguit, non sani esse hominis, non est qui sanus neget. Iccirco qui sanæ mentis sunt, ac modeste sobrii, ea, quæ natura occultauit, seorsum ab oculis hominum summouent: dantq; operam, ut id quàm occultissime fiat: ne caninos illos philosophos uel canes ipsos potius imitari uideantur. Siquidem dicebant hi non debere quenquã pudere quicquid cum uxoxe prolis causa cõmittat: propterea ꝙ, quicquid iustum est, id ipsum in circo, in foro, in uiis, publice, palamq; honeste decenterq; fieri posse. Vicit tamen (ut dicit Augustinus) pudor naturalis uanam errantemq; sententiam. Nam et si perhibentem hoc aliquando gloriabundum fecisse Diogenẽ, ita putantem sectam suam nobiliorem futuram, si in hominum memoria insignis eius impudentia figeretur: postea tamen à Cynicis fieri cessatum est: plusq; ualuit humanus pudor, ut erubescerẽt homines hominibus, quã improbus error, ut homines sine pudore canum similes fierent. Esse tamen id nescio quo pacto admirabile non negamus ꝙ quum omnia recte facta in lucem soleãt exponi, ut uideantur: hoc unum recte factum sic homines appetere, ut omnes erubescant uideri, dum fiat. Quis.n.

nescit quum liberi procreentur, quid inter se coniuges fa ciant, quandoquidem uxores ad hoc agēdum, tanta ce lebritate ducantur? Verum tamen quum agitur, unde li beri nascantur, nemo aliquem, nec quenquam minus q̃ liberos, qui inde iam nati sunt, testem fieri ꝑmittit. Huius est ergo naturæ id factum, ut sic noticiam, ac lucem appe tat animorum, ut tamen prorsus conspectum fugiat ocu lorū. Quo circa legimus Lacædemonios in ea re adeo magnam habuisse pudoris rationem, ut auctore Plutar cho, coniuges apud eos nunq̃ nisi noctu, & amoto lu mine miscerentur. Accedebat enim uir ad sponsam qua dam cum religione uerecundus, & timidus, ne quis eti am ex intimis se deprenderet. At nostris temporibus, non solum lucernæ fulgore, uerum & interdiu, & ferino more, & plerunq; in conspectu filiorum, sine ulla uerecū dia osculantur sese uicissim coniuges honesto fortassis animo, sed exemplo certe malo. Hiero Syracusanus Sici liæ tyrannus (ut ferunt) coniugali reuerentiæ tantum tri buit, ut crimen arbitraretur uel maximum lasciuius cū uxore iocari: quare Epicharmo poetæ comico mulctā grauissimā indixit, ꝙ cum uxore effudisset palā iocum nescio quem lasciuum, & indignum matrimonii hone state. Etenim quod ad pudoris attinet rationem, conuin cuntur huiuscemodi coniuges multo impudentiores es se Elephantis: qui (ut perhibent) indigne ferunt in coitu sese depræhendi: quasi norint & ipsi, quàm fœde sit coire in propatulo, ac eiusmodi pudeat fœditati. Sed & Cameli, quum libet coire, recessus, & solitudines quæ runt, quo nemo facile possit, pręter armenti pastorē acce dere. Quin & felibus idem fere pudor concubitus ines se natura uidetur: quæ seorsum in conspectu hominū no ctu præsertim, & in latebris coeant. Abstineant itaq; sese coniuges ab eiusmodi fœditatibus. quatenus eorū libe ri nec suspicari quidē possint parētū cōcubitus, ne dum uidere. Corrūpunt.n. animi puerorū obscœnitatib' istis:

et propterea sæpe contingit,ut ab impudicis parentibus educentur liberi etiam impudici.

Scilicet expectes,ut tradat mater honestos:
Aut alios mores quàm quos habet?

Vt ait Satyricus poeta. Satis quidem constat,quale cuius q; fuerit puerilis educationis initium,tale quoque fore reliquum ætatis, quod sequitur. Cato propterea ille censor,(ut legitur) præsente filio,non aliter ab omni uerborum obscœnitate erat solitus abstinere quàm si sibi affuisset uestalis uirgo, non filius. Idem quoq; in censura Mãlium uirum clarissimum à senatu mouisse fertur, q perterritæ repentino tonitruo uxori interdiu molliter præsente filia fuisset tangendo,et osculando blanditus. Et ne id solis Catonibus detur,quasi proprium ac domesticũ & gentile institutum, idem & in cæteris quoque Romanis licet intueri,quibus tantam ubiq; uerecundiam erga liberos fuisse comperimus,ut publico more cum parentibus ob pudorem nuditatis nunquàm puberes filii lauarentur, Hoc idem & Plato ille sapientissimus adeo præcipuum adiudicauit fore in matrimoniis, ut publice moneret decere parentes liberis suis non multum auri, sed plurimum pudoris relinquere: qui non recte nisi in tenella ætate cõdiscitur. Et propterea studiosius ac in primis pudor eiusmodi procurandus est, quando quidem ad discendam turpitudinem , & impudentiam, nescio quo pacto,ab ipsis pene incunabulis absq; magistro, duce natura omnes dociles sumus, quatenus multo sane minori negocio omnes perdiscamus uitia, quàm uirtutes. Nam et si pueri,puellæve, quæ etiam magis obseruandæ sunt,non adhuc plane norint propter immaturitatem ætatis discernere nequitiam: tamen tenaciter hæret tenellis animis satio illa pestifera, quæ obtecta aliquã diu,ubi per ętatem licebit,in frugem noxiam,uti zizania & auenæ steriles,mira ubertate luxuriet. Retinẽda est et gola parentibus huius generis uerecũdia omnino ut san

ctitas matrimonii,simulq; liberorum instituendorum di sciplina ubiq; teneatur. Qualis autem sit seruandus mo dus in occultandis obscœnis ipsa nobis natura absque alio duce,aut doctore præscribit,Hæc enim in formatio ne nostri corporis(ut Cicero asserit) magnam præcipuã q; uidetur habuisse pudoris rationem: quippe quæ for mam nostram, reliquamq; figuram in qua esset species honesta,eam posuerit in promptu:partes uero corporis ad naturæ ncessitatem datas,quæ aspectum essent habi turæ deformem, eas abdiderit in occulto. Sed ò mo res nostri temporis, quando tanta est iuuentutis nostræ impudentia, ut iam quæ natura abdiderit palam profe rat:ut ĩ eo nihil plus pudoris esse uideatur hominibus,q̃ bestiis: quum modo hos nihil pudeat ex confictis for mis panno,setave inter inguina prominentibus, effictum penem assuere, ut uideantur pudenda ipsa fermè maio ra esse duplo,quàm fuerint à natura tributa. Vide quàm longe à nostris nunc iuuenibus abscessit pudor, ut ultro affectent & dici,& uideri impudentes.Sed iam ad propo situm redeamus,et quoniam deliberorum institutione in cidit hic sua sponte relatio, subinde aliquid de educan dis ingenue liberis obiter afferamus.

De tempestiua institutione: et liberali educatione filiorum. Cap. XII.

VBi ergo primo cœperit puer fari, curare paren tes decet, quod fieri potest, ac per ætatẽ licet,ut rite,& liberaliter instituatur:atque efficiatur ab an nis teneris,& ingenua educatione, & præclara eruditio ne optime moratus: & in eis disciplinis probe instru ctus,in quibus puerilis ætas ad humanitatem consueuit impensius informari. Quorum alterum haud difficile consequi poterimus,si eos ipsos pueros opportune mi nis, ferulisq; modeste in eo lubrico ætatis studuerimus

à quolibet flagitio, et ab omni, uel minima fœdita-
te deterrere: et longe ab improborum consortio se-
gregare: et sanis monitis, atque exemplis domesti-
cis, quæ facile ea etas imitatur, allicere blande ad stu-
dia, et ardenter ad uirtutes accendere. Alterum ue-
ro eo duntaxat studio effici commode potest, si pue-
ri mature optimis, præstantissimisq́; præceptoribus
Instituendi tradantur: ut honestis moribus, et bonis si-
mul artibus pariter imbuantur: quæ plurimum re-
fert, à quo potissimum doctore tradantur. Adolescunt
enim pueri, ut parentum, ita & præceptorum sæpe si-
miles. Quod adeo uerum est, ut iam sit illud uulgo ia-
ctatum prouerbii loco, ex eruditione, & moribus disci-
puli de doctoris uita, atque de literis indicium fieri. Non
enim apud antiquos, auctore Cicerone erant disiuncti do
ctores literarum et morum sed eadem schola fuerat et
recte faciendi, & bene dicendi magistra: iidemque et uiuen
di, qui et dicendi præceptores. Est aũt talis ætas admo-
dum lubrica, incerta, flexuosa & mẽdaciis plena: et prop
terea tam planè indiga parentũ ac domesticorum custo
diæ quàm doctorum ac magistrorum disciplinę. Super
omnia ergo parentibus procurandum est, ut sub opti-
mis præceptoribus tempestiue puerorum mores for-
mentur. Defficile enim ubi dura effecta fuerint ingenia
postea molliuntur sed quousque sunt tenera, facile, ac par
uo negocio conciliamus ea ad recti, et honesti amicitiã,
atque sicut udam argillam, et mollissimã cœram, pro no
stro fingimus, ac formamus arbitrio. Siquidem omnes
à pueritia dociles imitandis natura sumus, honestis, atque
ac turpibus et ad quemuis habitum, & ad quamuis di-
sciplinam facile sequaces. Dicit enim beatus Hierony-
mus. Sicut aqua in areola digitum sequitur præceden
tem, ita ætas mollis, et tenera, in utranque partem flexi-
bilis est: et quocunque duxeris, trahitur. Accedit etiam
quod nihil solet tenacius hærere animo, quàm quod primis

annis,et quod (ut aiunt) cum lacte nutricis exuximus. Et iccirco tum maxime expedit & formare mores et rebus optimis assuescere. Nam postquàm obriguit annis ingenium,uel indulgentia parentum,aut cõsuetudine praua ab ineunte ætate fuerit deprauatũ, haud facile effici poterit,ut puer uel bonum, quod tunc primo traditur,curet discere,uel malum,quod iam à principio imbiberit possit obliuisci:sed nouum sicuti dolium, aut olla recens, qua semel imbutus fuerit disciplina eam quasi odorem bonum malumve usquequaque retinebit. Vnde celebratur preclarum illud prouerbium.Ægre reprehendis,quod finis consuescere.Egregie quoq; & Plato. Quale,inquit,cuiusq; fuerit educationis initium, talia ferè etiam quæ sequuntur.Sed nec discipulus eius Aristoteles in eo quicquam à præceptore diuersum sensit. Non parum,inquit,sed plurimũ, immo totum refert, hoc,uel illo modo statim ab adolenscentia consuescere. Quocirca dicere ipse solebat,parentes qui recte liberos erudiendos curassent, longe honorabiliores censendos his, qui solum genuissent:q hi uiuendi tantummodo,illi etiam bene,beateq; uiuendi auctores fuissent. Vnde nobilissima Athenarum ciuitas olim eloquentiæ morum, legũq; magistra, quum reliquæ ciuitates Græciæ communi lege filios ad præstanda parentibus alimenta compellerent:ipsa sola statuit eos duntaxat ita ali oportere, qui liberos suos disciplinarũ studiis erudiendos curassent. A teneris ergo,iuxta illud, assuescere multum est. Et aliud prouerbium dicit Adolescens, iuxta uiam suam, etiam quum senuerit,non recedet ab ea. Nihil profecto tenacius nobis hæret quàm quod pueri addiscimus. Et ideo Ieremias Bonum est inquit uiro, quũ portauerit iugum ab adolescentia sua.Id autẽ audeo uerum est q scilicet educationis disciplina faciat mores,ut satis constet prope plus ualere in uita educationem omnino:q naturam Nec fere sunt impudentes, & improbi liberi nisi quos

Prou.22.
Thren.3.

tales culpa parentum, & uitiū educationis effecerit: quo-
niam non dubia tantummodo spes, sed etiam egregia at
q; præclara quæuis indoles nutritorum improbitate fre
quenter hebescit. Propterea legitur de Catonis filio ta-
lem eum fuisse, ut sedulitas, industria diligentiaq; patris
effecerat. Educatio ergo ea est, quæ inserit tenellis ani-
mis tenella etiam (ut ita dicā) plantaria, quæ adulta post
modum simul cum ætate fructus aut suaues aut aspe-
ros iuxta insitiones genus ferant. Ad idem etiam multū
facere uidentur patriæ mores, nam qua quisque urbe na
scitur, ac educatur, illius idem ciuitatis ingenium plærun
q; refert. Sicut enim soli sæpe uitio frumentum in auenā,
loliumq; degenerat: sic et præclara ingenia uitio patriæ
sæpius obscurantur, & indolem peruertunt bonam ne ta
lis euadat, qualis ab initio apparebat. Verum quia non
facile ab omnibus mutari patria potest, nec fortasse ex
pedit, eligatur saltem e multis commodissimus gymna-
sii locus, ubi sub electissimis præceptoribus erudiendus
sit filius. Qui quidem locus tam ex natura soli, quā ex
consuetudine ciuium sit & ingenuis moribus, et liberali-
bus disciplinis maxime idoneus: & non impudicitiæ, fa
ctionum, & armorum plenus ut in plærisq; ciuitatibus es
se uidemus, quorum nominibus parco, ne huic nostro
Patauino gymnasio toto orbe celeberrimo applaudere
uelle uideamur: quod his potissimum uitiis careat, & uir
tutibus illis abundet.

Quæ faciant ad castam educationem libe-rorum. Cap. XIII.

SVbinde uero (ut ad propositū reuertamur) eas
uel imprimis arbitror parentum partes esse, ut libe
ros suos non tam facultate diuites, aut literis eru-
ditos faciant, quam probos: atq; in omnibus christianæ
pietatis consiliis, atq; preceptis instructos: quæ est opti-

ma hæreditas, & omni censu præstantior. Primo ergo expedit in prima ætate puerorum animus influere psuasionem ut credant spiritus inuisibiles ubique nobis præsto esse, atq; oium nostrorũ actorũ cogitatuũq; cõscios et ex his alios bonos, alios malos: Bonos delectari sobrietate, pudicitia, et ueritate, et ad quæ nos semper inuitant: è contrario autem malis spiritus delectari fraudibus, mẽdaciis impudicitia, furtis, cædibus, & eiusmodi uitiis & peccatis: ad quæ nunquam cessant die noctuq; uigilantes & dormientes impellere: instigãtes nos omni fraude ad libidinem, et ad omnes impietates, ut peccantes secũ trahant in æternam damnationem. Insuper excitandi sunt ad studia religionis: et ad placita orthodoxę fidei, atq; ut discant timere Deum, pudere turpitudinis, horrere uitium, amare uirtutem et à quacunque sorde uel minima, tanqam ab insequente uipera fugere, Et similiter curandum ut & de miraculis, & sanctorum uita ac de pœnis pariter reproborum piam religiosamq; imbibant credulitatem Quod quum semel sane per eam ætatem fuerit in tenellis eorum mentibus instillatum, effluere postmodum nunquam facile poterit. Præterea assuefaciendi sunt benigne salutare, comiter appellare, leniter respõdere: maiores natu reuereri, non se æqualibus præferre, cum inferioribus humanissime uersari: æmulari bonos malos uitare: nemini iniuriam facere, & si sibi ab aliis inferantur patienter sustinere: omnibus deniq; quatenus licet, et beniuolos, et faciles, sese præstare. Similiter corripiendi sunt, ne cui detrahant, neq; cuiquam maledicant. Prohibendiq; maxime ne assuescant scurrilitatibus, mendaciis, imprecationibus, execrationibus, iuramentis, blasphemisve. Insuper prohibendi ne ludant alea, tesserisq; neve intersint ludentibus. Reticendæ interim fabellæ, et nugæ uanæ, quibus imbecilla ætas facile capitur, et præsertim si quid in se contineant, uel occultæ, uel manifeste nequitiæ, uel si suboleant aliquid obscœni, quod est pue

rorũ,puellarũq; ingeniis maxime pestiferũ.Ex turpi nan ꝙ audiẽdi,aut loquendi licẽtia,paulatim assuescit tenera ætas delectari turpibus.Interdicẽdũ ẽt his ipsis,ne aut la sciuas comœdias,aut actus quospiã inspiciãt ĩpudicos: Prouidendũ quoq; ne nimio mero,aut delicatioribus ci bis indulgeãt:distenditur.n.corpus superfluitate ciborũ,& cũ corpore una & animus ipse crassescit. Vinum pueris Plato interdicẽdũ prorsus putauit, ꝙ id esset addere flã mã igni.Cõpertũ est siquidẽ impuberes si plurimo cibo somnoq; utantur,hebetiores fieri:atq; reddi ꝓpterea ad omnia honesta studia tardiores.At q̃ p̃ter hæc omnia id magis atq; magis obseruare ẽt parentes oportet, ne filii corrũpãtur meretricio quopiã amore, aut cõsuetudine improborũ.Hinc profecto tã bona,q̃ mala cũcta,uberri mo ueluti e fonte defluũt. Nã cõsuetudo prauitatis, sic ut & recti inde facile emanat: quæ ubi ꝓcessu tẽporis in ualuerit, eousq; uagatur atq; tanto impetu fertur,ut ne queat postmodũ ui aliqua ãplius cohiberi. Admissi por ro ad hanc uequitiã pueri,tanq̃ in captiuitatẽ adducti, à spiritu fornicationis ꝑpetuo possidentur: ut reliquo uitæ tempore,eant quocũq; is suaserit,absq; timore,& pudo re p̃cipites.Iccirco in eo lubrico ætatis à parẽtibus qua si manu ipsa ducẽdi sunt ad consuetudinẽ recti, & in uiã uirtutis,& p̃sertim in proposito continẽtiæ firmandi: ne postea et ipsi,absq;, eo,ꝙ ꝑdant uitã filiorũ peccata quo q; ipsorũ pœnis luant: ut Heli quõdã summus sacerdos

1 Reg.4. quẽ legimus ꝓpterea ꝙ male filios castigasset, repenti no casu,ac dira nece unà cũ filiis eadẽ die male infœlici terq; perisse.Sed sicut parẽtes male educãtes liberos su os grauissime puniũtur,ita e cõuerso,q filios bene mora tos reddunt multũ apud Deũ ex sua educatione meret. Vnde Paulus, Mulier inqt seducta in p̃uaricatione fuit, saluabitur autẽ per filiorũ generationẽ;si manserint in fi de,dilectione,& sanctificatione cũ sobrietate. Saluabitur

1 Tim.2. ergo nõ ut quidam male interpretantur, in uirtute matri

monij,eo ꝙ in gignẽdo fit salus, quia non ad iustitiã est matrimonium,sed ad ueniam:iuxta illud. Si nupserit uir go,non peccauit:& ibidẽ.Ego autem uobis parco. Itẽ. Dico autem nõ nuptis, et uiduis, bonum est illis,si sic ꝑ mãserint,sicut & ego. Quid est ergo mulier saluabitur? 1 Cor.7.
nisi ꝙ iustificari meretur per fidẽ et dilectionẽ non ꝑ co pulã uel iuxta aliã interpretationẽ filios, genuerit, q po stea instituãtur à parentibus in fide Christi, in dilectione Dei,& ꝓximi,in sanctificatione lata in baptismate cũ so brietate aduersus intemperantiã uitiorũ. Salus est ergo non tantum in cœlibatu,sed ẽt in matrimonio: quando uel fœdes seruat̃,uel generãtur,et instituũtur recte liberi. Quãobrẽ educãdi sunt pueri cũ omni sanctitate, & pręsertim ut diligant castitatẽ. Nam nihil sane in uita pernitiosius, quàm à teneris assuescere libidinibus et scortis. Laudat Germanos Cesar ĩ suis cõmẽtariis, ꝙ apud eos iuuenẽ intra annũ.xx. fœminæ notitiã habuisse,in turpissimis haberetur. At q nostro æuo nõ intra uigesimũ sed et decimũ incuria sępe parentũ pueri tẽtant ac exercent turpiter,qđ nondũ sapere,aut sentire natura ꝑmisit. Vigilẽt ergo in his parentes,& nitãtur omni studio pueros educare pudicos,& omni genere uirtutis ĩstructos. Hoc est sane charis pignoribus in posterũ ꝓuidere & futuræ familiæ paterna pietate succurere. Ceterũ ut det̃ interim aliqd ætati,lusib⁹ qbusdã honestis, ac liberalibus nõ sunt oĩno ꝓhibẽdi pueri.quatenus assuescãt sese labori,et exultãtia mẽbra,honesto aliquo ope exerceãt, ociaq; deui tẽt,ut ẽ cursus pila trocus altus, palestra arcus eqtatio de ãbulatio rusticatio & id genus alia. Nec omninoimpro bãdũ cẽseo pulsare citharã inflare calamos fidibus cane re,& similia modo ꝑ ociũ fiat & non intermitãtur ꝓpte rea studia literaꝝ. Sed nec uenatio ĩ malis habẽda est aut acupiũ seu piscatio,et hmõi exercitia ita tñ(ut ẽ ĩ ueteri ꝓ uerbio)neqd nimis. Quin et Lycurgi legib⁹ Lacedęmo niorũ iuuẽtus uel in primis uenãdo currẽdo,esuriẽdo,ac

fitiendo, algendo, æstuandoq; exerceri solebit. Nihil enim peius esse censebant quam pueros desidia ocioq; torpescere. Hic autem arbitror expedire, ut pueri illis potissimum lusibus, ac laboribus exerceantur, qui neque illiberales sint, neq; multum periculosi: sed tales, ut meditationes et exercitationes appareant eorum, quæ ab his serio postmodum sint agenda: et qui ad robur, et sanitatem æque faciant, non autem ad inanem tantum alacritatem, et lusum. Puerorum siquidem maxime proprium est ludere, unde Cicero. At pueri, inquit etiam quũ cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur.

Quod non tam plagis, et uerberibus, quàm admonitionibus, atque exemplis pueri sint instituendi. Cap. XIIII.

IN tenella quidem ætate (ut dixi) liberi primum cõmentitiis quibusdam terriculis, ac ferulis etiam interdum leuibus, à quacunque specie mali deterrendi sunt: at postmodum effecti grandiusculi, non tam plagis, ac uerberibus, quàm exemplis, ac piis admonitionibus ad honesta studiatam à parentibus quàm etiam à præceptoribus inducendi. Ea enim magis seruos decet: hęc præcipue ingenuos, qui nunc laudibus, nunc obiurgationibus et iniecta crebro æmulatione æqualium, excitandi sunt ad splendorem: gloriamq; uirtutum. Lycõ Troadensis philosophus asserebat adiungendum esse necessario pueris pudorem, et laudis studium: uelut equis calcar, et frenum. Constat enim adolescẽtes liberaliter educatos, et ingenuos magis laudis honore, et æmulatione uirtutum proficere quàm præceptis: ac rursum uerecundia, et admonitionibus magis quàm plagis usq; adeo ut quos sæpe tormenta non uicerint, uincat æmulatio, et pudor: Non eo inficias in instituẽdis recte liberis, et uerberibus quoque interdum utendum esse, si conducere

alioqui

alioqui moribus uideatur: ne forte interim pueri educẽtur, & edolescant indomiti, & effrænes, feranturq; ad oẽs iniurias postea proniores. Verum id ita puto & opportune, & moderate esse faciendum, ut non in ultionẽ, sed ad castigationem a parentibus seu pceptoribus factum esse uideatur. Nam quemadmodum monitis, & adhortationibus (ut dicebam) excitantur quidam ad honestatem, ita flagris, ac uerberibus absterrẽtur plærīq; à turpibus. Condonanda uero quædã interdum sunt adolescentiæ, atq; ad quædam etiam conniuendum, quæ nõ sint eis admodum turpia, quædam autem omnino castiganda, & acri animaduersione plectenda: sicut melius conducere adolescentium moribus uidebitur. Sed interea ubi id fit, iram celerem, potius quam grauem suscipere parentes decet; atq; omnino rigorem hostilis iracundiæ, lenitate, ac mansuetudine patria temperare. Scitũ est illud comicum uerbum, Pro peccato magno paululũ supplicij satis est patri. Sed neque ulla tã acerba patris obiurgatio esse debet, ut quędam etiam paterni affectus nõ habeat impressa uestigia. Atqui uero tum demum scias castigationem, ac institutionem tuam liberis tuis prodesse posse, si uacet inuidia, & pudore careat. Quod fit, si illud quod in filiis castigas, non tuipse prius commiseris: & quod uerbis obiurgas, cõtrariis subinde moribus nõ suadeas. Nam (iuxta illud.)

Vnde tibi frontem libertatemq; parentis,
Quum facias peiora senex?

Et alibi

Plurima sunt Fuscine & fama digna sinistra.
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris, traduntq; parentes.

Corripitur iccirco apud comicum poetam Chremes à fratre acriter his uerbis. Adeon hoc indignum tibi uidetur, filius adolescens si habet unam concubinam, tu uxores duas? Nihil pudet? Quo ore eum obiurgabis? Scire

atq; praeclare quidem etiam pater ille Vergilianus ad filium. Disce inquit, puer uirtutem ex me, fortunā ex aliis. Nullum profecto in ea aetate proponi potest pueris exēplum probabilius ad imitandum, q̄ parentis. Quaobrē ita saepe effingere solent liberi ingenium, ac mores, et gestus parentum, ut possint illi ipsi parentes mores suos, & expressam imaginem uitae praeteritae in suis rursum filiis agnoscere. Faciles siquidem oēs sumus natura ad aemulandum dicta, factaq; eorum, quos maxime diligimus, ac obseruamus. Vnde fit, ut perraro liberi à disciplina parentum degenerent. Quo circa (ut ait Cicero) solent adolescentes quorum patres, aut maiores aliqua gloria praestiterunt, in eodem fere genere laudis uersari: & ad eorum consuetudinem, moresq; deduci: emularicq; ipsos, atq; plerunq; etiam excellere: ut. Q. Mutius, &. P. filius in iure ciuili. P. Africanus. P. filius i re militari. Quidam etiam ad eas laudes, quas à parentibus acceperunt addunt aliquam suam, ut hic idem Africanus eloquentia accumulauit bellicam gloriam. Idem fecit & Thimoteus Cononis filius, qui quum belli laude non fuerit inferior patre, ad eam laudem & doctrinae, & ingenii gloriā adiecit. Sed quis ignorat nostro quoq; seculo reperiri q̄ plurimos homines, qui parentibus, maioribusq; suis, aut pares, aut excelsiores fuerunt. Parentibus ergo ꝓcurandum est, si recte liberos suos institui uelint, ut tales sese exhibeant, quales eos ipsos euadere cupiunt: & quales efficere illos omni studio, atq; impensa laborant.

Pueros; pro ingenio quemq; suo, honestis studiis, officiisq; tradendos. Cap. XV.

Considerandum insuper à parentibus, ac diligenter quidem examinandum, quo quisq; filiorum suorum sit natus ingenio, ne quid aduersis auspicis, & inuita (ut aiunt) Mineua aggredi temere molian-

tur. Neq; n. permittēdū est, ut adolescentes diutius scholas adeant, & illarum limina conterant, nisi eorū ingenia ad studia litterarum idonea esse uideantur. Et n. in scholis ubi litteræ non addiscuntur, uitia imbibuntur pro litteris. Ludus siquidem litterarum uelut aconitum, aut salutiferus est maxime, aut maxime letalis. Ea nanq; est aconiti natura, ut hominem pro certo occidat, nisi inuenerit letale quidpiam aliud i hoie, qd' sua prius ui perimat: nā illic ueneni, hic medicinæ uicem gerit. Haud multo sane secius dicitur de ludo litterario, qui quos non erudit, infatuat, & quorum mores in melius nō format eos ipsos in peius corrumpit, deprauatq; quātumuis rectos. Mihi credite nihil peius, q̄ assiduos in gymnasiis, aut in scholis litterarum uersari, & nihil percipere disciplinæ, uelut asinos ad lyram, ut dicitur. Quare multo latius est, ut si quis indocilis ac tardus natura extiterit, eum tempestiue ablegare rus, & rei familiari ac rusticæ uitæ tradere: aut aliis occupare negociis, anteq̄ turpi sodalitio corrumpatur: aut ignaui desidia cōteratur. Infinita sunt pene studia, ad quæ puer ex patriis ædibus, aut ex litterario ludo, cui ineptus est, transferri cōmode possit: in quibus honestius uersabitur, aliquid agendo q̄ in scholis nihil addiscendo boni. In eo itaq; flexu ætatis applicandus est puer ad ea officia siue studia, ad quæ natura propensior quisq; est, atq; magis idoneis: modo illa utilia atq; honesta sint, fortunæq;, & generi, & moribus patrie, atq; eius ingenuitati conueniant. In hac enim consultatione non ad arbitrium quidem parentum, sed ad suam ipsius cuiusq; naturam omnis uitæ ratio reuocanda est, ut constare id sibi perpetuo possit, quod semel de tota uita constituenda recte fuerit, laudabiliterq; propositum.

Plus momenti esse in educatione liberorum, q̄ in natura. Cap. XVI.

NIhilo ferè minoris fœlicitatis, nec minus efficax ratio est ad recte uiuendum, hominem bene institui, quàm fœlliciter nasci. Quo circa tāti referre educationē in ea re Plato arbitratus est, ut scribat hominem bene educatū, ac recte institutum euadere in diuinum quoddam animal contra uero male educatum, improbe degenerare in feram, & atrocissimam belluam. Quantopere autem cōsentaneum rationi sit, quod asserimus educationem scilicet plus afferre momenti moribus hominum, q̃ naturam, *Lycurgus* ille Sparthanorum legum lator, suis ciuibus aperte hoc figmento monstrauit. Nam geminos ex eisdem parentibus genitos catulos suscipiens dissimilibus educari moribus curauit; alterum nanq;, patinis, luxuriaq; dissoluerat, alterum uero indagine, & assiduis uenationum laboribus exercuerat. Ille effectus est heluo præter modum ignauissimus, hic uero cōtra uenator sagacissimus, acer, promptus, ac omnium uelocissimus. His rebus sic præparatis acciri iussit Lacedæmonios, qui quū frequēter certo loco conuenissent, *Lycurgus* surgens ita eloqui cœpit. Ad parandam uirtutem uiri Lacedemonii ingens est momentum disciplina, consuetudo, educatio, uitæq; institutio, qđ quàm uerum sit uobis nunc exploratissimum non tantum uerbis, sed re ipsa, & ex hoc unico exemplo reddam. Ac præparatos statim catulos impresentiam adduci iubet: qui simul admissi fuerant in mediam contionem, quum ollam, & leporem ibidem in medio statui mādasset: ambo repente alter in leporem, alter uero in ollam, uno quidem impetu, sed animo diuerso feruntur. Quum uero quid nam sibi uellet, & quāobrem eos sic catulos ostentasset, Lacedæmonii taciti inter se quærerēt dixit. Feci, inquit, quod uidistis uiri Lacedæmonii ut discatis liberos uestros enutrire uel ignauos, uel strenuos, ut malitis: quoniam utrunq; in manu uestra est, & nō in natura cuiusq;, ut plæriq; sibi falso persuadent. Ambo hi canes, quos

uidistis,eisdem orti sunt parentibus, & ex una,eademq́; stirpe generosi:sed tamen,ut uidetis,propter consuetudinem uitæ diuersam dispares mores, dispariaq; studia sunt secuti:ut alter heluo, alter uenator euaserit. Diuersos ergo,& sic inter se dissidentes effecit diuersa educatio,non natura,et tales sunt,non quia sic geniti, sed quia sic educati.Hæc ille quidem,et præclare disseruit, et prudentissime excogitauit. Videtur hoc confirmare id quod legitur de Milone, qui uitulum,quem assueuit ferre puer,taurum iam factum,quum et ipse adoleuisset, humeris circuntulit:tantum ualet exercitatio a pueritia, uel ad animi,uel ad corporis robur, & ad mutationem uitæ faciendam.Omnes ergo qualescunque sumus, plus sane edicationi,et institutioni,quàm geniture debemus:atque tales liberos habet sibi quisq;, quales disciplina educationis effecit. Vnde eleganter Beatus Augustinus, quod liberi nascantur,inquit fœcunditatis est: quod uiuant fœlicitatis: at quod bene instituantur,uoluntatis Hæc ille, quæ maxime uera sunt. Simile profecto uidetur esse in instituendis recte animis hominum,quod fit in sculpendis formis simulachrorum. Nam sicut marmor parium sculpendo simulachro materia optima est, & maxime idonea:tamen signum non erit,nisi formam aliquam ei industria sculptoris affingat. Sic et homo,natura siquidem nascitur capax ad formam optimi uiri suscipiendam, sed hanc non habebit,nisi eam institutio nutritoris,seu parentis induxerit,

Verum quia de re uxoria,& de educandis atq; instituendis liberis etiam antehac à multis & copiose & ornate dictum est: nos interea hoc uelut epilogo contenti,his omissis in coniugatorum quorundam perfidiam aliquid dicamus, quod est nostre huius præsentis farraginis peculiare,& proprium.

Anceps quæstio utrum in adulterio patrãdo uxor an maritus magis peccet, Cap. XVII.

1Cor.7 SEd quoniam nonnulli disceptare atq; inter se contendere plærunq; solent, peccet ne grauius, uxor mœcha, an maritus adulter de hac ipsa quæstione pro quibusdam contentiosis prius differendum putaui: & subinde pro re breuiter expeditus prosequi, quod mihi statueram faciundum. In hac enim re diuersi, diuersa sentiunt, & pro stomacho quisq; suo diiudicat: sed tribus præsertim sententiis (ut cognoscere possum) tota quæstio ultro citroq; subtiliter disputatur. Sunt quidam, qui grauius peccare uirum q̃ uxorem omnino confirment; uel ex eo, ꝙ lex maiorem semper uirtutem in uiro, q̃ in fœmina exigere uideatur: uel ꝙ ita comparatũ est natura, ut fortitudinis uirtus tã ꝓpriũ, ac peculiare bonũ uirorum sit, q̃ incõstãtia ꝓpriũ, ac peculiare uitiũ mulierũ: & ꝓinde i crimine adulterii ex ea rõne dicũt multo flagitiosius peccare mares q̃ fœminas. Hæ nãq; pp incõstantiã, ac ĩbecillitatẽ, & molliciẽ ad libidinẽ natura sunt proniores. at illi pp constãtiã, et uirilẽ fortitudinẽ, natura ad obsistẽdũ ueneri firmiores. Huic pti fauere uidet beatus Augustinus, sic scribẽs, Indignant mariti (inqt) si audiãt adulteros uiros pẽdere similes pœnas adulteris fœminis: quũ tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & uirtute uincere, & exemplo regere fœminas. Hæc ille. Qui uero ex diuerso repugnant, ut in suis apophthegmatis uir cõsultissimus Marcus Mantua ciuis noster clarissimus uidetur affirmare, mulierem adulteram maioris criminis ream faciunt, q̃ uirum mœchum: tum quia uxor subdita uiro sit, & ex eo iugalibus uinculis astricta magis, quàm maritus: tum ea fere ratione (ut de uiro proxime diximus) ꝙ scilicet nihil sit mulieri tam proprium quàm pudor, & contra nihil turpius quàm impudicitia: quæ in uxoribus adeo damnabilis semper apud omnes gentes fuit, ut apud Romanos in adulterio depræhensas ius fuerit maritis necare: et apud Hebræos præciperetur eiusmodi dila-

pidari. Et iccirco in epistolis Cassiodori legimus Theodoricum Gottorum regem uxoricidæ cuidam his uerbis respondisse. Si genialis tori maculam depræhensi adulterii sanguine diluisti, nec sub prætextu cruente mentis causam pudoris intendis, ab exilio, quod tibi constat inflictum, te præcipimus alienum, quoniã pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis, non est legem calcare, sed condere. Hactenus ille, secumdum humanas leges. At christiana pietas mitius agendum censuit, quæ ob adulterium marito ius quidem occidendi uxorem tollit, sed licite repudiare permittit. Vult tamen ut cœlebs uiuat, nec commisceatur post repudium alteri, nisi rursum uxori, quam forte reconcillauerit sibi. Legitur autem in sanctorum patrum decretis, patronum esse turpitudinis, ac lenocinii reum, quicunq; celat, aut dissimulat uxoris adulterium, atq; cum semel depræhensa consenserit habiture. Quod est intelligendum quãdiu non resipuerit, et perstiterit in impudicitia sua. Est etiam tertia opinio eorum qui negant esse in crimine differentiam, aut distinctionem ullam faciendam, sed et iudicium, et flagitium par esse dicente lege. Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius et adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui morte moriatur, et mœchus, et adultera. Hæc sententia ut æquior pluribus placet. Ego autem quum parum sciam, aut potius nihil, nolimq; præcipitare sententiam, adhuc anceps pertranseo: nec illis concedo, nec ab his, nec ab istis plane dissentio: uidetur tamen hæc ultima opinio magis æqua, et consentanea rationi, ac plus honestatis, atque humanitatis habere. Nam et in decretis patrum legitur, uirum & uxorem ad paria iudicari: nec in his, que concernunt pudorem licere quicq̃ magis uni, q̃ alteri. Nã et si in oĩbus aliis rebus uir merito præsit mulieri, dicaturq; esse caput eius, tñ in seruãdo cõnubii fœdere, et in soluẽdo debito copule maritalis

Leuit. 20. Deut. 22.

omnino sunt pares. Quamobrem Apostolus in eo cō
1.Cor.7 iuges nihil differre & sibi inuicem ęquo iure subiectos es
se confirmat, dicens. Vir debitum reddat uxori, et simili
ter uxor uiro, quia mulier non habet potestatem sui cor
poris, sed uir: et e conuerso, uir nō habet potestatem sui
corporis, sed mulier. Ex quo satis patet per hæc nec mu
lierem alii uiro quàm suo, nec uirum alii mulieri, quàm
suæ cōmunicare sese posse: quum æquo iure alter alteri
sit subiectus. Hinc est ꝙ Romani sponsam introducētes
iubæbāt de more sponso recipienti hæc uerba dicere.
Vbi tu Caius, ego Caia. Quibus sane uerbis paciscebā
tur se inuicem alterum alteri obnoxium, & pari iure cen
seri Quasi uelit his uerbis inferre. Sicut tu dominus, et
ego domina: tu mei, et ego tui: parq; et ex æquo ratio
est pudicitiæ utriq;. Non diuersum ab his sentit Quinti
lianus præclarissimus rhetor. Si turpis inquit, dominæ cō
suetudo cum seruo: turpis & domino consuetudo cum
ancilla. In matrimoniis siquidem mutua hæc uidentur es
se, ut in eis, quæ ad pudicitiam matrimonii spectant, tan
tum quisq; exigat, quantum prębeat: parq; seruetur in ea
parte utrinq; regula, & si alioqui potior uideatur aucto
ritas uiri. Si quis autem forte dicat mulierem ex eo fœ
dius facere, ꝙ uiro alienum partum supponat pro suo.
Idem plane & de uiro dici potest: qui & ipse pari fraude
genitum à se fœtum quem alere debuerat, dissimulās su
um esse hunc alienum subiicit alteri uiro alendum pro
suo. Quare sicut maritus ad euitandū hoc malum abuti
posset innupta pellice: ita et uxor eodem modo uitare
posset hoc malum, si caueat, ut ex mœcho non concipi
at. Quod obseruasse Iuliam Augustam Cæsaris filiam,
& Agrippæ uxorem tradunt: quæ a conscio flagitii ali
quando p iocum familiariter interrogata: quonammo
do, quum tot mœchos pateretur, et ita uulgo potestatē
sui corporis faceret, tam similes Agrippæ liberos procre
asset: ita lepide respōdit. Nunquam nisi naui plena, tollo

uectorem: innuens nunquam se nisi quũ gerat utero admittere mœchos solitam. Honestam scilicet matronam: quæ & tam strenue cauere dãno uiri, & tam prudenter cousulere suo nouerat pudori. Quid ꝙ olim in repudii negocio idem iuris erat uxoribus, quod maritis, et si id postmodum ueluti ius proprium sua tyrannide uiri ipsi sibi nequiter usurparint? Nam Beatus Hieronymus, ut legitur apud sententiarum magistrum libro quarto & distinctione .xxxv. affirmat quicquid præceptum est uiris de dimittenda uxore ex causa fornicationis: redundare idem ad fœminas: ac minime æquũ uideri iudicari mulierem adulteram dimittendam à marito, & uirum mœchum retinendum ab uxore. Ex quibus uerbis ostenditur, ꝙ pari iure fornicationis causa posset etiam uxor à marito recedere si uelit: & eum incessere, et reum adulteri facere æquo iure, sicut maritus uxorem. Verum quũ ex tot rationibus inter se undecunq; diuersis mihi adhuc constare satis nequeat, quid sequar, minime censui par esse hic meum iudicium interponere, et de tam ancipiti quæstione me admodũ incertum temere quicquã pro certo dicere. Quamobrem per me in quàm quisq; uelit sententiam pedibus abeat, nihil resisto, dummodo in eo mecum conueniat, per magnum esse utrinq; flagitium, et hoc, & illud graue: et nefarium peccatum. Quid .n. scelestius, quàm distrahere carnem suam in partes, quæ per connubii fœdera una fuerat? & ipsum male discerpere coniugium, quod Deus ideo inseparabili fidei nexu constrinxerat, ut ex ea inuiolabili conexione indiuiduã unitatem, Christi scilicet, & ecclesiæ, mystice præsignaret? Quo circa quicunq; adulteratur, uel maritus, uel uxor sit à lege domini recedit, & grauissime peccat, & grauissime punietur: dicente Apostolo ꝙ Fornicatores ac molles, & adulteri regnum Dei non possidebunt. 1 Cor. 6.

Iniquum esse exposci pudicitiam ab oxore quàm nolit maritus præstare. Cap. XVIII.

Hic mihi quæso respondeat quisquis maculare cũiugalis pudicitiæ candorem pro nihilo ducit, & fœdare matrimonialem torum meretriciis sordibus, & incesta libidine nõ ueretur: quo nam iure, quaue ratione exposcat is sibi fidem ab uxore, seruari, quam uiolat ipse prior? Mutua profecto esse debet coniugum charitas, & fides fide mutuo paciscenda. Nulla est enim tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc fere impudicitiæ suæ causam prætendat, referre se scilicet in eo iniuriam marito non facere: nec dictum (ut ait comicus) sed responsum. Nam tunc putat uxor ulcisci sese magnifice, quum par pari reddat: quoniam iustum uidetur esse idem pati, quod quisque alteri fecit. Propterea legimus clytemnestram indigne ferentem Agamemnonem uirum suum cum Chryseide puella barbara delectari, cum Ægisto sese quoque oblectasse, & ut illum fœde pellice, sic eam mœcho fœde potitam. Quicunque ergo fidelem sibi uxorem cupit, fidelem & ipsum sese uxori prestet, necesse est. Vir enim (ut eleganter in suis institutionibus Quintilianus asseruit) qui alieni matrimonii non est abstinens, sui quoque non est custos: quando (quod uulgo dicitur) qui fundum alienum erat, suum interea incultum deserat necesse est. Et .n.hęc inter se natura connexa sunt, maritum, qui in corrumpendis alienis uxoribus occupatus est, uacare propriç uxori non posse. Nam sicut qui non ferunt seruos palam comedere, & bibere, docet eos ingurgitare clanculum, ita qui non communicant iocos, & lusus cum uxoribus faciunt, ut he quoque uicarios accersant maritis: & aliunde quærant ab alienis, quæ sibi debebantur à propriis uiris solatia. Seruanda itaq; (ut dixi) fides mutuo, & ut maritus in officio uxorem contineat, eum pudorem præstare debet, quem poscit ipse sibi, & quem præstari leges iubent. Summa inquit Vulpianus iureconsultus æquitas est, ut quisque patiatur idem ius sibi dici,

quod ipse aliis dixerit. Prima quidē lex in matrimoniis (ut docet Aristoteles) est ut uir pudice sese habeat ad uxorem, & ab iniuria cesset, quo nec ipse quoq; iniuriam patiatur. Maximum profecto honorem existimat haberi sibi à uiro pudica mulier, si conspiciat eum fidelem sibi, nec de ulla alia muliere turpiter cogitātem. Nam tanto studiosius curabit uxor amabilem sese præstare uiro, quanto sese magis cognouerit ab eo fideliter, ac pudice diligi. At modo contra impudici quidam factitant, qui omnia sibi permittunt, & si quid humanum uxori forte ceciderit, cœlum terræ (ut aiunt) commiscentes fremunt uociferāt, et ferre non possunt. Peruerse quidē, ac nimis seuere, tā atroces sese in illas iudices exhibere, & in seipsos tā indulgentes esse. Cōmendatur in hoc genere laudis ab Homero, & ab aliis poetis Vlysses, qui à Circe Athlantis filia omniū mulierū pulcherrima nullis potuit neque blandiciis, neq; promissis flecti, ut abnegaret Penelopes uxoris affectū, dicēs. Nihil sibi dulcius, atq; speciosius uideri posse uxore sua aspera & oculta. Proinde quod ipse uxori præstiterat, idem merito sibi quoq; ab uxore repensum est, quæ expectando facta anus à fide matrimonii & si à multis infestaretur procis, nunquàm defecit. Laudatur similiter apud Romanos Drusus Germanicus, qui usum ueneris absens, præsensq; intra coniugis charitatem perpetuo circunscripserit. Quo circa uxor eius Antonia amorem mariti egregia fide compensans, post illius obitum adhuc forma & ætate florens, ac diuitiis prepotens nouis sub deinde nuptiis nunquā uoluit copulari: & Liuiæ socrus suæ cubiculū quoad uixit habuit pro coniugio. Celebratur quoq; à scriptoribus insignis amor coniugalis Iulie Pompei Magni quæ nō aliunde effluxisse creditur, q̄ ab ipsius Pompei continentia, qui nulli unq̄ post eius nuptias mulieri sese commiscuit. Sed & Cato Vticensis ita in adolescentia continenter uixerat, ut quum Attiliam accepit

uxorem, nullam mulierem antea cognouisse feratur et postea in bellum profectus Munatium: ex familiaribus suis intimum iuxta se semper cubare uoluit in suæ pudicitiæ testimonium, quàm in discessu uxori se promiserat seruaturum: qua scilicet ratione uxorẽ quoque suo exẽplo fidelẽ reddi absenti sibi nõ immerito sperabat. Non putaui hic Christianorum nostrorum exempla referenda esse, quum nec uere Christianus sit habendus, qui nõ idem præstet legis precepto, quod ethnici quidam præstiterunt solo amore pudicitiæ. Errat ergo profecto multũ, si quis existimat tuto sibi licere alienas cõtrectare uxores, et non idem licere putet & aliis eisdem legibus contrectare suam. Iniqua, & impudens admodum querela est hominis, qui ab aliis pati, quod in alios & ipse fecerit, indignatur. Vulgare dictum: Ab alio expectes, alteri qđ
Math.7 feceris. Vulgatius quoq; illud seruatoris nostri uerbum. In qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur uobis. Atque id diuino solet plærunque prouenire iudicio, ut quæ quis inique fecerit, eadem & ipse iustè postea patiatur: & qualis in alium fuerit, tales sentiat & in se alios. Sit autem nobis in his, quę dicimus, exemplo Dauidis adulterium: quod uriæ militis sui uxori intulerat, quomodo
2.Reg.11. post diuino iudicio fuerit iudicatum. Nam is à filio Absalone, multo iniquius quàm ab alieno, in uxoribus suis pati coactus est, quod ipse in alterius uxore patrarat. Im
2.Reg.16. probus enim filius cõcubuinas patris eo ipso loco, quo ipse Bersaben prius corruperat, sub parato ad id tentorio, non minus impie, quàm fœde, in conspectu populi publice palamq; incestuosissimo polluit adulterio. Nouit & hanc æquitatem ultionis antea iustissimus uir Iob: qui hanc sibi uelut æquam addulterii uindictam præcatus est, si quando in eiusmodi flagitium prolapsus fuisset, Si decœptum est inquit cor meum super muliere, et si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius fiat uxor mea, & super illam incuruentur alii. Hoc enim ne

tas est,& iniquitas maxima,& ignis deuorans, & omnia eradicans germina. Hactenus Iob, nos quæ reliqua sunt prosequamur.

Non esse quod quisquam uxori meretricem præponat propter formam. Cap. XIX.

QVid nam est (ut te interim alloquar homo turpissime) quod adulteriorum fœditate in iniuriam Dei, et proximi tantopere detesteris? Fare quæso, quid est, quod quum ad euitandam fornicationem uxorem noris esse ducendam, non tamen uerearis post ductá uxorem nunc multo fœdius peccare adulter, quàm peccaras sine uxore antea fornicator? Quid enim est aliud profiteri matrimonium, quàm renunciare fornicationibus stupris, adulteriis, et ab omnibus impudicitiis abstinere? & esse unica uxore contentum? Quid nam tibi lupanaria turpiter præstare in ea re amplius possunt, quod tua domus itidem honeste non posit? Non est sane quod lustra thalamo præferas: modo uelis, ut par est, uti honesto, & naturali usu ueneris, et non intemperanter abuti interdicto concubitu fœminarum. Si quidem hæc, quàm tu tanti facis meretrix, fœmina est, sicut & uxor tua quã contemnis. Mirum quod tibi impudica, et scelesta meretrix, pudica et honesta uxore plus placeat. Formam, inquis, amo, blanditias, illecebras artem. Teneo: te decepit his fraudibus diabolus, atque his ipsis nequiter te alligauit dolis. Sed quid tu quæso uxorem accœpisti deformem, si te tantopere muliebris forma delectabat, ut præter hanc nihil quicquam magis in fœmina adamandum putares? Fateor hæc in meretrice solent in primis quæri: at uxor honestate magis atque simplicitate matronali placere debet marito: quàm fœmina adultera forma, blandiciis ue aut illecebris ac fraudibus meretriciis. Nihil profecto in fœmina tam deforme, ac contemptibile uideri debet,

quàm impudicitiæ turpitudo. Honestæ siquidem mulieri minime dari uitio debet, esse, quod nata est: siue ob torto naso, uel limis oculis, uel labio porrecto, uel breuis, aut ruffa, fuscaue fuerit, quod quidem natura, non cuiusq culpa contingit. Atqui uera uirtus mulieris, est excoluisse pręceptis animum, & honestis synceris q; moribus exornasse sese, non fucis. Et id certe pluris faciendum est, q̃ forma, aut ullus corporis cultus, atq magis in uxore q̃ ullum lenocinium pulchritudinis quærendum. Vana quidem est hæc querela & indigna uiro probo: qui & uirili, & cõstanti animo esse debet: & nullo pacto quã semel probauerit uxoris formam, mutata subinde sententia reprobare. Vxor quidem quæcunq obtigit, placere debet marito: & forma illius uideri, quecunq fit, bona: ut de poemate dici solet: quod suum cuiq poetæ uidetur optimum: iuxta prouerbium illud. Tua te delectant, me mea. An forte nescis, mulierem pulchram, & inueniri, & custodiri semper fuisse difficile? Nusquam quidem tutum est, quod in præcio est, aut quod multis placet: & ad quod totius populi uota suspirant. Inde fit, ut multo minori solicitudine uxor deformis habeatur, q̃ formosa seruetur: adeo rara est concordia formæ, & pudicitiæ. Plurimas quidem insignis forma corporis fecit adulteras, castam uero nullam. Hic nihil sane refert enumerare infinita penè exempla illorũ, quibus ærumnosa fuit uxorum forma: satis quidem constat, & quotidianis casibus edocemur. Quare parum facienda est muliebris pulchritudo: quandoquidem foris tantummodo niteat, intus uero fœditatis, atq molestiarum plena sit. Extat Salomonis prouerbium. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Spectandum quidem in uxore non quod uulgus tãtum stupeat, & quod
Prou. 11. bonum tantum sit in oculis spectantium, sed multomagis quod solidum, & æquale sit bonum, Diogenes phylosophus speciosam mulierem templum dicebat esse

ſuper cloacam ædificatum. Nec minus ſcite qui hanc eandem ſepulchrum appellitauerit dealbatum, picturis nitens extrinſecus, intrinſecus uero ſordens cadaueribus mortuorum.

Quæ forma ſit in uxore probanda. Cap. XX.

AT qui ſi te tantopere elegantia formæ, & mulieris pulchritudo delectat, quid hærent in ſuperficie ſola oculis? excute pectus, & mentis oculo introſpice: & illa interior uenuſtas, ac ſecretior animi ſpecies ad imaginem Dei facta ad æternam illam pulchritudinem meditandam te cõmoueat: ut inde diſcas moderatius amare caducum illum, atque fugacem decorem, qui ut eſt ad tempus datus, ita non niſi ad tempus conciliat amicitiam. Magnus error profecto, ac cecitas miſerabilis, hominem maritum animi illius cæleſtis negligere pulchritudinem, & fucis inhiare terreſtribus. Transferẽdus ſiquidem eſt omnis effectus ad illum animi nitorem, cui omnis corporeus cultus, ſi conferatur fimus eſt, & uana, inanisq; pictura: atque conſiderandus ille decor interior quo, ſi noſci contigerit, nihil eſſe poteſt in uxore iucundius, aut amabilius: neque quod magis alliciat, excitetq; maritum ad caſtum, atque pudicum amorem. Illicium ſane eſt amoris certisſimum, probi, & pudici mores. Quid autem ſit potisſimum in uxore optandum, Seneca ſuis iſtis carminibus optime nobis tragica grauitate demonſtrat. Probitas, fidesq; coniugis mores, pudor. Placeant marito, ſola hæc perpetuo manent. Subiecta nulli, mentis, atque animi bona. Florẽ decoris ſinguli carpũt dies. Conuenit cum hac ſententia dictum illud domitiani principis ita ad amicam ſcribentis. Scias nil gratius eſſe

plus excitari pudicitia, quàm forma: quæ & suspecta haberi sæpe solet, & semper ferè superba. Vnde poeta: (Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formã.) Quam ob rem si æqui æstimatores esse uoluerimus, corporis formæ animorum pulchritudinẽ præferemus. Laudandam hic equidem censeo quorundam populorũ in mercandis equis consuetudinem, qui ne possint decipi forma, non nisi opertos eos sibi exhiberi permittunt: pluris faciendam esse existimantes probitatem, quàm formã, & usum ipsum, q̃ decorem: quem ideo occultari uelint, ne interim dum mercentur, decoris aspectu periclitetur iudicium probitatis. Et.n. qui aspernatus cætera formam tantum in uxore miratur; is similis est pueris, qui in ludo litterarum picturas, magis q̃ seria speculantur: uel illis, qui in tempore ueris plus amœnitate florum, q̃ in autumno ubertate fructuum delectatur. Vxor itaq; uel speciosa, uel deformis æquo animo ferẽda est modo sit sapiẽs, & pudica: quãdoquidem ad usum naturalem matrimonii, atq; ad explendam libidinem, quacunq; forma uxor fuerit ęque faciat ac formosa. Exploratum, est. n: omnem cibum qui uires sustentet, esse esurienti gratissimum, nec ullum insuauę poculum, quod sitim leuet. Darius Persarum rex negauit se unquã bibisse suauius, q̃ in fuga, dum aquã bibisset turbidã limo, & sordibus ingnatã: siti nãq; uehemẽtissima ardebat. Q d' aũt p̃ferant a multis meretrices uxorib' q̃si pulchriores, non id tam oculorũ iudicio, q̃ diaboli præstigiis solet euenire. Constat. n malum demonem turpi, & illicito amori sese immiscere, atque efficere arte sua, ut ea uideatur cuipiam formosa, quę sordeat: & contra sordescere quæ niteat: & sic miseris amatoribus peruerso amore deceptis uafer ille præstigiator imponit. Et. n. quotidie uidemus quosdam illusos demonum maleficiis, & nescio quo œstropercitos spretis legitimis thalamis deperire scorta uulgaria, & ardere sordidissimas meretrices: quæ uxoribus suis absq; ullo du

bio forma ipsa corporis longe inferiores sunt:& defor-
mismæ iudicio cæterorum.

Quam perniciosum sit maritum suspicionem pel-
licis iniicere uel re uel temere uxori. Cap.XXI.

DElirat,ac plane desipit maritus quicunq; non in-
telligit,quo errore ducatur, quantoq; in pericu-
lo sit,quotq; ex eo, & domi, & foris sibi hostes
comparet,q̃diu in eiusmodi incontinētiæ lubrico lutoq;
uersatur:& si id minime timeat. At qui sane magnum di
scrimen interea imminet utrinq; ei domi siquidem peri-
culo est sibi amor,& domesticæ fraudes uxoris: foris ue
ro odium,insidiæq; uel mariti læsi,uel æmulorũ, & con-
riualium. Neque contemnas,q̃ dixerim uxoris fraudes
pertimescendas esse tibi:nam ut fremit tragicus uates.

Tam cruentus foeminas stimulat dolor.
Quum patuit unam pellici,& nuptæ domus.
Vt Scylla,& Charybdis Sicula torquens freta.
Minus sit timenda.
Nulla non melior fera.

Et reliqua, quæ de hac ipsa re in ea tragædia immania,
simulq; nefaria ab ipso poeta referuntur. Inde tibi sa-
ne tunc erunt parata hæc mala omnia: cũ uidelicet uxo-
re,dissensiones,rixæ,diuortia,dissidia,iurgia, & erumnæ
mille:cum propinquis uero & affinibus,& ciuibus & ui-
cinis discordiæ,& inimicitiæ,ac etiam cædes. Addas hic
etiam,si uis(quod contra naturam est) odium atq; con-
temptum cõmunium liberorũ, sicut de Progne legitur:
quæ in ultionē uiolati tori quũ aliter nequiret sese ulcisci
immanius, regiæ mensæ cõem filium coctum apposuit
uorandũ patri. Quid cõmemorē inuocationes dæmo-
num,& ꝑquisita undiq;,& quoquomodo ueneficia,quæ
maritis i eiusmodi suspiciōibus ab iratis mulieribus so-

lent apparari? Amaræ sunt mulieres, inquit Comicus, nec facile possunt hæc ferre. Nullus quidem mulieri est dolor hac suspicione maior, nulla rabies acrior, nulla perniciosior machinatio. Deianira pellicis suspicione perculsa, dum insano suo mederi sperat amori, Herculem maritum medicata tunica perdidit. Cœsonia Caligulæ Augusti credens amatorio poculo uirum à consuetudine pellicis auocare, dum amantem sperat maritum facere, amentem reddidit. Haud dispar exitus multis etiam ætatis nostræ adulteris contingere sæpius solet, sed male sibi consciæ uxores suum tantum facinus metu, & uerecundia dissimulant. Neque uero solæ uxores suspicione pellicum id facere consueuere, sed etiam pellices ipsæ suspicione uxorum semper enim suspectum habent ueterem amorem: uerenturq; assidue, nequando resipiscant amatores sui, & reconciliatis sibi uxoribus ipsæ deferantur. Vtrinque ergo ex eo tibi instruuutur insidiæ, ut diutius euadere incolumis omnino non possis, quin aliquando opprimaris malis medicaminibus: & te, aut hæc, aut illa suis conficiat, atque excantet ueneficiis. Quid q reperiantur etiam uxores, quæ eousq; moleste ferant se contemni, ut non tam reuocare ad se medicato poculo, quàm tollere cogitent maritos? uel sic sese ulciscantur egregie: uel sibi uiros alios postea obsequentiores per secundas possint nuptias copulare? Quam uero id ferant moleste, ac grauiter mulieres, Thebe nobilissima fœmina sit nobis exemplo: quæ in ultionem pellicatus, Alexandrum Phæræum regem, uirum sibi alioqui dilectissimum, propriis manibus interremit. Sed ne agam uerbosius, quid est, quod domos, urbes, regna, & quicquid tragædiæ tonant, tam sæpe subuertat, quàm uxorũ, pellicumq; mortifera, & perniciosissima odia? & occultæ simultates coniugiorũ? quæ interdumue maximæ, ex parua ẽt suspicione generantur? Cauẽdum itaq; est in primis, ne contaminetur illo pacto pudicitia con

egrini amoris timetur. Nihil est.n.à coniugali charitate magis auersum, q̃ eiusmodi suspiciones uel ioco, uel serio matrimoniis commiscere. Nam qui amor, quæ charitas esse potest uxoris ad uirum, aut uiri ad uxorem, si quod æquo iure inter se commune est, diuulgetur turpiter ad extraneos? Hem quid hoc est? si contumelia non est? & quidem grauissima? Non.n. quum ipsa tua sit, tu alterius esse debes: quoniam ut dicit Appstolus. Vir nõ habet potestatem sui corporis, sed uxor. Nam quæ erit in matrimonio amicitia: quę præcipua esse debet, si fides uioletur, quæ hosti etiam seruanda est, ne dum coniugi? Et.n. inter omnia amicitiæ fœdera longe præcellit connubialis fides, mutuaq́; & domestica consuetudo coniugum christianorum: quibus iure omnia communia sunt, siue corporis, siue animi bona siue fortunæ fuerint. Siquidem matrimonii uinculum ita fortunas fortunis, ita corpus corporis, ita animum animo connectit, confunditq́;, ut duo dicantur esse in carnem unam, sicut in sacris litteris legitur, et quemadmodum Pythagoras diffiniuit esse ueram amicitiam, duo corpora in anima una. Magnus quidem debetur honor parentibus, præcipuus amor liberis, ingens consensus fratribus, syncera beniuolentia amicis: at uxoribus fides in primis, & subinde hæc simul omnia. Adeo nanq; superat connubialis charitas omnia fœdera, & arctissima quæq; uincula, ac omnes cuius uis necessitudinis affectus, ut iure meritoq́; (sicut in eisdem litteris tradit) relinquere possit homo patrem, & matrem, & sorores, & adhærere uxori. Quod sane dictum tantam, & tam arctam consuetudinem præ se fert ut quid expressius dici, aut quid magis ad coniunctionem animorũ, corporumue attinere possit non uideã. Quatenus uero diligenda sit uxor, ita edocet nos paucis nerbis apostolus. Viri, inquit, diligite uxores uestras, sicut, & Christus dilexit ecclesiam. Quæ dilectio maxima certe fuit, atq; suprema, Neq; enim quispiam maio

1.Cor.7

Gen.1.

Gen.2.

Ephe.5.

rem charitatem habere poteſt (ut ait dominus) quàm ut
Ioan.15. animam ſuam exponat pro amicis ſuis. Tu ergo ex con ſilio Apoſtoli eandem debes charitatem, atq; dilectionem uxori, quam exhibuit ſeruator noſter eccleſiæ, qua nulla excogitari maior poteſt, ut ſcilicet pro fide, & ſalute uxoris te totum exponas, paratus etiam uitam, ſi ſit opus, impendere, ut fecit ipſe pro eccleſiæ ſalute. Dilige ergo uxorem ut decet, & non ſcortum, teq; ſerua, cui debes, & cuius es poſt Deum quicquid es totus. Neq; enim ſi defloreſcat in ea nitor puellaris, & decor iuuentutis propterea contemnenda eſt, ſed eo plus honoris & amoris, illi ipſi impendendum, & quod deeſt corpori, animi eſt charitate penſandum. Quanto autem in honore, & precio eſſe debeat dilectio, & concordia coniugalis, ex his quæ in Eccleſiaſtici uolumine referuntur, pla
Ecce.25. ne liquet, In tribus inquit Eccleſiaſticus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum: Amor proximorum: Vir & mulier bene conſentientes.

De nimio amore quorundam erga proprias uxores. Cap. XXIII.

SEd quoniam iam ſatis dictum arbitror, quomodo à Chriſtianis hominibus uxores amandæ ſint, ac ſimul quàm grauiter delinquant, qui amorē, quem uxoribus debent, iniquè, & fœde ad meretrices conuertant: ſupereſt modo ut breuiter de immoderato etiam quorundā amore dicamus, qui & ſi erga uxores æquus, & legittimus eſſe uideatur: tamen propter immodeſtiā, & ipſe reprehenſibilis eſt, & maxime fugiendus. Sunt enim qui adeo deperditè uxores ament ſuas, ut interim, dum eis omnia immodeſtè permittunt, ſerui, & (quod turpius eſt) lenones efficiantur uxorum, potius q̄ mariti. In matrimoniis quidem ſicut ſemper odiū, ita & nimius

& importunis quandoq; zelus, & amor est improbandus: is maxime q inducat seruitutẽ, & præpostere subiiciat uxori maritum, atq; efficiat eum ex dño uile mancipium. Porro lege, ac moribus gentium, naturaq; factum est, ut ubiq; uiri mulieribus præsint: quæ est ergo insania tã peruersa ultro eis sese summittere? Aliter.n. statuit dñs in principio creatiõis, q dixit mulieri. In dolere paries filios, & sub uiri ptãte eris, et ipse dñabitur tui. Vir igitur quũ caput sit mulieris agere dñm debet nõ seruum: nec rursus tñ tyrannũ, sed principẽ. Præsidet is qdem uxori, et filiis, nõ ut seruis, sed liberis, filiis uero ẽt regiẽ, at uxori aliquãto summissius: nã sicut nõ decet uirũ effici seruum uxori, pari quoq; rõne non licet ei uxorẽ hr̃e pro serua. Apud Persas, oẽs habebãtur regis serui, quacũq; dignitate pollerent, p̃ter uxorẽ, q cõpar, et consors regni dicebatur esse, non regis serua. Esse itaq; oportet in societate matrimonii, penes uirũ auctoritatẽ, penes uxorẽ timorẽ, et reuerentiã: penes utrosq; amorẽ concordiã, charitatẽ, mutuamq; dilectionẽ: ita ut uxor reuereatur maritũ, ut dñm. amet, ut fratrẽ pareat, ut maiori: maritus uero uxorẽ regat, ut subditã: honoret, ut cõparẽ, cõsulat, ut cõsortem, diligat, ut sororẽ, utatur, fruatur deniq; ut uxore. Gen.3.

Nõ esse fastidiendã uxorẽ ꝑptrr sterilitatẽ. Ca.XXIII.

NOn decet ẽt si qs forte uxorẽ sterilẽ sortitus sit, ita id ferre moleste, ut fœde ꝑpterea aliũde liberos sibi qrẽdos putet: sed poti⁹ æquanimiter tolerare debet, nec tã de habẽdis liberis (ut Socrates sapienter admonuit) q̃ de difficultatib⁹ educãdi poti⁹ cogitare. Non est.n.ꝙ quisq̃ tãtopere quoquomodo flegret hr̃e liberos: nec ut tanti faciat se effici p̃rem: ut obliuiscat se esse Christianã, et Christianis legib⁹ uiuere: q sane multo pluris faciunt in matrimoniis fidem, q̃ prolem, et pudicitiam q̃ propagationem: quorum alter. in arbitrio, et in

nulli mortalium explorata satis esse posit,aut planè certa uxoris continentia,quemadmodum de Psyllis, & Celtis quidam perhibent. Non.n.est nostris Medoacis, aut Pado,siue Athesi,, uel Mintio,aut ullis usquam fluminibus reliquis,quod olim dicitur fuisse Rheno ingenium: quem ferunt pusillos Celtarum infantulos in suas undas coniectos,si polluta esset matris pudicitia, tanquam impuros rapidis mox uorticibus absorbere solitum: ædītos uero legitima fœtura ueluti sinu complexos placido alueo sustinere:inq; trepidãtes parentum manus,eos tanquam è balneo reddere, salute infantis maternæ pudicitiæ testimonium perhibente. Psyllorum quoq; genti in Lybia idem fermè experimentum legimus fuisse, qđ Celtis in Gallia, discrimine licet diuerso. Mos.n.fuit illis genitos statim infantes serpentibus obiicere: eorũmq; indicio experiri coniugum pudicitiam: si serpentes eos ipsos filios,sicut & parẽtes innoxii fugerent. Alium quoque morem superioris Lybiæ populis in dignoscendi liberis tradit Aristoteles,quem hic nunc animi causa referendum putaui. Dicit.n.qua ratione apud illos, quũ mulieres essent communes, certos tamen liberos parentes agnoscerent. Asserit namq; eos infantes suos secundum diuersas similitudines, ut cuiq; similis quisque erat, inter se partiri solitos atq; alere pro suis. Sunt.n.mulieres in illis regionibus ceu equæ, boues, canesq; in nostro cœlo,quarum ea fere natura est, ut simillimos genitoribus fœtus edant. Sed & aquila experimẽtum de filiis facit, si ueri sint, an degeneres:quippe quæ pullos suos, quicũq; aduersos solis radios acie oculorum perferre possunt, nutrit,& educat pro suis: qui autem perferre nequeant,ut nothos eiicit,atq; contemnit. At qui modo nostris parentibus nullum certius esse potest suæ prolis indicium,q̃ q̃ sit(iuxta uulgi sermonem)intra limen,laresq; nata.

Quam incerto patre sint q̃q; degeneres esse soleant illegittime nati. Cap.XXVI.

Verum si liberi, qui ex honestis, & legittimis nuptiis procreantur, uix certi haberi possunt: quanto incertiores censendi, qui extra matrimonium ex concubinis illegittime concepti domi forisue pro filiis nutriuntur? Nam quũ tu suscipiendæ prolis gratia uxore relicta ingrederis ad extraneam: qui scis, an à te sit, an ab uxore sterilitas? Si à te ea culpa fuerit: quid acta agis? Orbus quicquid agas morieris: & si fallax meretricis ingenium, uel per suppositítios partus, uel procuratã clanculum & aliunde fœturam pariat potius hostem tibi, q̃ filium: quem tu postmodum ueluti simplex currucula, credulus foueas, atq; enutrias pro tuo. Heu nescius, q̃d (ut est in ueteri prouerbio iactatum) luporum tibi catulos educas, qui effecti grandiores, te postea, ut imbellem ouiculam deglabrent, & lanient. Exploratissimum reddit experientia (absit uerbis inuidia) eos ferè, qui incestuose, alioue illegittimo modo nati sunt, flagitiosos, ac improbos euadere, atq; semper ad omnem turpitudinem esse propẽsiores, quàm qui & rite ex legittimo cõnubio generantur: & domi ingenua eruditione honeste à parentibus educantur. Nec mirum, ad semen quidem nata respondent. Hinc est, q̃ hi, qui ita nascuntur, uel eo ipso, q̃ sic nati sunt, infames semper habeantur, quasi parentum similes euasuri sitit, uel peiores, & iccirco, ueluti ad ignominiam, & probrum natis nec sacris initiari, nec ingredi curiam, cum cæteris, licet. Quin etiam in glorii, atq; degeneres, nullum certum familiæ nomen tenent: tantum obest, ut familię cuiusquam gloriam augeant, propter quod uideris potissimum uelle genuisse. Vnde Pythagoras ille phylosophns eiusmodi filios, qui nõ è matrimonio sacro, & exoptimis parentibus nati essent, in disciplinam suam admittere omnino recusabat. Dicebat enim q̃ ut rami, & surculi praui, tortuosiq; natura, quãuis manu tractentur, & emoliantur nunquam tamen redigi ad rectum possunt: sic eos, qui parum nati

honeste, & parum ingenue educati sunt continue humum spectare: hoc est uilissima queque ministeria suo tantum animo complecti: nec rectas unquam, aut liberas in sublime mentes attollere. Item quoque Elei, Piseique, apud quos Olympiorum spectacula solita sunt celebrari non patiebantur illum ad illud certamen admitti, qui parentes, & stirpem generis sui honestam, & omni labe carentem docere non possent. Fertur propterea de Pomponio Leto uiro eruditissimo: quod is quum esset Calabris natus, atque sua ætate fama percelebris, tamen pudore natalium (nam illegittime natus) pertesus patriam, atque parentes quos claros habuit, quasi exul Romæ perpetuo uixerit, ubi dissimulata cognatione, & antiquato priori nomine, genesim suam in occulto semper habuit, malens plane terræ filius (ut aiunt) haberi, quàm nothus: ac obscuris quàm impudicis ac incertis parentibus natus. Vulgo autem nasci censetur, quisquis expellice nascitur, quasi nullus ei possit esse certus pater, cui mater sine certa matrimonii lege contigerit. Iccirco uetant legitimæ sanctiones eum esse cuiusquam patris legittimũ hæredem, quem mater illegitime ex uiro alieno concepit. Et propterea probe factum, ut ex ea incertitudine filiorum, non qui pater putatur, filio notho succedat, sed tantum mater: quod ea solummodo certa sit mater habenda, quæ peperit: pater uero omnino incertus: nec ideo ei magis hæres, quàm populus. Extat non illepidum Diogenis dictum aduersus adolescentem soluta, et impudica matre natum, Nam quum is saxa in forum iaceret. Caue puer, inquit, ne ferias patrem, si populum ferias: innuens populi filium censendum esse, quicunque de innupta muliere sit natus.

De legitimo hærede parando absque fornicatione. Cap. XXVII.

uxorem, nullam mulierem antea cognouisse feratur et postea in bellnm profectus Munatium: ex familiaribus suis intimum iuxta se semper cubare uoluit in suæ pudicitiæ testimonium, quàm in discessu uxori se promiserat seruaturum: qua scilicet ratione uxorẽ quoque suo exẽplo fidelẽ reddi absenti sibi nõ immerito sperabat. Non putaui hic Christianorum nostrorum exempla referenda esse, quum nec uere Christianus sit habendus, qui nõ idem præstet legis precepto, quod ethnici quidam præstiterunt solo amore pudicitiæ, Errat ergo profecto multũ, si quis existimat tuto sibi licere alienas cõtrectare uxores, et non idem licere putet & aliis eisdem legibus contrectare suam. Iniqua, & impudens admodum querela est hominis, qui ab aliis pati, quod in alios & ipse fecerit, indignatur. Vulgare dictum: Ab alio expectes, alteri qđ
Math.7 feceris. Vulgatius quoq; illud seruatoris nostri uerbum. In qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur uobis. Atque id diuino solet plærunque prouenire iudicio, ut quæ quis inique fecerit, eadem & ipse iustẽ postea patiatur: & qualis in alium fuerit, tales sentiat & in se alios. Sit autem nobis in his, quę dicimus, exemplo Dauidis adul
2.Reg.11. terium: quod uriæ militis sui uxori intulerat, quomodo post diuino iudicio fuerit iudicatum. Nam is à filio Absalone, multo iniquius quàm ab alieno, in uxoribus suis pati coactus est, quod ipse in alterius uxore patrarat. Im
2.Reg.16. probus enim filius cõcubuinas patris eo ipso loco, quo ipse Bersaben prius corruperat, sub parato ad id tentorio, non minus impie, quàm fœde, in conspectu populi publice palamq; incestuosissimo polluit adulterio. Nouit & hanc æquitatem uilionis antea iustissimus uir Iob: qui hanc sibi uelut æquam addulterii uindictam præcatus est, si quando in eiusmodi flagitium prolapsus fuisset, Si deceptum est inquit cor meum super muliere, et si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius fiat uxor mea, & super illam incuruentur alii. Hoc enim ne

fas est, & iniquitas maxima, & ignis deuorans, & omnia eradicans germina. Hactenus Iob, nos quæ reliqua sunt prosequamur.

Non esse ꝙ quisquam uxori meretricem præponat propter formam. Cap. XIX.

QVid nam est (ut te interim alloquar homo turpissime) ꝙ adulteriorum fœditate in iniuriam Dei, et proximi tantopere detesteris? Fare quæso, quid est, ꝙ quum ad euitandam fornicationem uxorem noris esse ducendam, non tamen uerearis post ductá uxorem nunc multo fœdius peccare adulter, quàm peccaras sine uxore antea fornicator? Quid enim est aliud profiteri matrimonium, quàm renunciare fornicationibus stupris, adulteriis, et ab omnibus impudicitiis abstinere? & esse unica uxore contentum? Quid nam tibi lupanaria turpiter præstare in ea re amplius possunt, quòd tua domus itidem honeste non possit? Non est sane ꝙ lustra thalamo præferas: modo uelis, ut par est, uti honesto, & naturali usu ueneris, et non intemperanter abuti interdicto concubitu fœminarum. Si quidem hæc, quàm tu tanti facis meretrix, fœmina est, sicut & uxor tua quã contemnis. Mirum ꝙ tibi impudica, et scelesta meretrix, pudica et honesta uxore plus placeat. Formam, inquis, amo, blanditias, illecebras artem. Teneo: te decepit his fraudibus diabolus, atq; his ipsis nequiter te alligauit dolis. Sed quid tu quæso uxorem accœpisti deformem, si te tantopere muliebris forma delectabat, ut præter hanc nihil quicquam magis in fœmina adamandum putares? Fateor hæc in meretrice solent in primis quæri: at uxor honestate magis atq; simplicitate matronali placere debet marito: quàm fœmina adultera forma, blandiciis ue aut illecebris ac fraudibus meretriciis. Nihil profecto in fœmina tam deforme, ac contemptibile uideri debet,

quàm impudicitiæ turpitudo. Honestæ siquidem mulieri minime dari uitio debet, esse, quod nata est: siue obtorto naso, uel limis oculis, uel labio porrecto, uel breuis, aut ruffa, fuscaue fuerit, quod quidem natura, non cuiusq; culpa contingit. At qui uera uirtus mulieris, est excoluisse pręceptis animum, & honestis syncerisq; moribus exornasse sese, non fucis. Et id certe pluris faciendum est, q̃ forma, aut ullus corporis cultus, atq; magis in uxore q̃ ullum lenocinium pulchritudinis quærendum. Vana quidem est hæc querela & indigna uiro probo: qui & uirili, & cõstanti animo esse debet: & nullo pacto quã semel probauerit uxoris formam, mutata subinde sententia reprobare. Vxor quidem quæcunq; obtigit, placere debet marito: & forma illius uideri, quecunq; sit, bona: ut de poemate dici solet: quod suum cuiq; poetæ uidetur optimum: iuxta prouerbium illud. Tua te delectant, me mea. An forte nescis, mulierem pulchram, & inueniri, & custodiri semper fuisse difficile? Nusquam quidem tutum est, quod in prætio est, aut quod multis placet: & ad quod totius populi uota suspirant. Inde fit, ut multo minori solicitudine uxor deformis habeatur, q̃ formosa seruetur: adeo rara est concordia formæ, & pudicitiæ. Plurimas quidem insignis forma corporis fecit adulteras, castam uero nullam. Hic nihil sane refert enumerare infinita penè exempla illorũ, quibus ærumnosa fuit uxorum forma: satis quidem constat, & quotidianis casibus edocemur. Quare parum facienda est muliebris pulchritudo: quandoquidem foris tantummodo niteat, intus uero fœditatis, atq; molestiarum plena sit. Extat Salomonis prouerbium. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Spectandum quidem in uxore non quod uulgus tãtum stupeat, & quod
Prou. 11. bonum tantum sit in oculis spectantium, sed multomagis quod solidum, & æquale sit bonum, Diogenes phylosophus speciosam mulierem templum dicebat esse

super cloacam ædificatum. Nec minus scite qui hanc eandem sepulchrum appellitauerit dealbatum, picturis nitens extrinsecus, intrinsecus uero sordens cadaueribus mortuorum.

Quæ forma sit in uxore probanda. Cap.XX.

AT qui si te tantopere elegantia formæ, & mulieris pulchritudo delectat, quid hærent in superficie sola oculi? excute pectus, & mentis oculo introspice: & illa interior uenustas, ac secretior animi species ad imaginem Dei facta ad æternam illam pulchritudinem meditandam te cõmoueat: ut inde discas moderatius amare caducum illum, atque fugacem decorem, qui ut est ad tempus datus, ita non nisi ad tempus conciliat amicitiam. Magnus error profecto, ac cecitas miserabilis, hominem maritum animi illius cælestis negligere pulchritudinem, & fucis inhiare terrestribus. Transferẽdus siquidem est omnis effectus ad illum animi nitorem, cui omnis corporeus cultus, si conferatur fimus est; & uana, inanisq; pictura: atque considerandus ille decor interior quo, si nosci contigerit, nihil esse potest in uxore iucundius, aut amabilius: neque quod magis alliciat, excitetq; maritum ad castum, atque pudicum amorem. Illicium sane est amoris certissimum, probi, & pudici mores. Quid autem sit potissimum in uxore optandum, Seneca suis istis carminibus optime nobis tragica grauitate demonstrat. Probitas, fidesq; coniugis mores, pudor. Placeant marito, sola hæc perpetuo manent. Subiecta nulli, mentis, atque animi bona. Florẽ decoris singuli carpũt dies. Con uenit cum hac sententia dictum illud domitiani principis ita ad amicam scribentis. Scias nil gratius esse

plus excitari pudicitia, quàm forma: quæ & suspecta haberi sæpe solet, & semper ferè superba. Vnde poeta: (Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formā.) Quam ob rem si æqui æstimatores esse uoluerimus, corporis formæ animorum pulchritudinē præferemus. Laudandam hic equidem censeo quorundam populorū in mercandis equis consuetudinem, qui ne possint decipi forma, non nisi opertos eos sibi exhiberi permittunt: pluris faciendam esse existimantes probitatem, quàm formā, & usum ipsum, q̄ decorem: quem ideo occultari uelint, ne interim dum mercentur, decoris aspectu periclitetur iudicium probitatis. Et.n. qui aspernatus cætera formam tantum in uxore miratur: is similis est pueris, qui in ludo litterarum picturas, magis q̄ seria speculantur: uel illis, qui in tempore ueris plus amœnitate florum, q̄ in autumno ubertate fructuum delectātur. Vxor itaq; uel speciosa, uel deformis æquo animo ferēda est modo sit sapiēs, & pudica: quādoquidem ad usum naturalem matrimonii, atq; ad explendam libidinem, quacunq; forma uxor fuerit ęque faciat ac formosa. Exploratum, est.n. omnem cibum qui uires sustentet, esse esurienti gratissimum, nec ullum insuaue poculum, quod sitim leuet. Darius Persarum rex negauit se unquā bibisse suauius, q̄ in fuga, dum aquā bibisset turbidā limo, & sordibus inquinatā: siti nāq; uehemētissima ardebat. Quod aūt p̄ferant a multis meretrices uxorib' q̄si pulchriores, non id tam oculorū iudicio, q̄ diaboli præstigiis solet euenire. Constat.n. malum demonem turpi, & illicito amori sese immiscere, atque efficere arte sua, ut ea uideatur cuipiam formosa, quę sordeat: & contra sordescere quæ niteat: & sic miseris amatoribus peruerso amore deceptis uafer ille præstigiator imponit. Et.n. quotidie uidemus quosdam illusos demonum maleficiis, & nescio quo œstro percitos spretis legitimis thalamis deperire scorta uulgaria, & ardere sordidissimas meretrices: quæ uxoribus suis absq; ullo du-

bio forma ipsa corporis longe inferiores sunt: & defor mismæ iudicio cæterorum,

Quam perniciosum sit maritum suspicionem pellicis iniicere uel re uel temere uxori. Cap. XXI.

DElirat, ac plane desipit maritus quicunq; non intelligit, quo errore ducatur, quantoq; in periculo sit, quotq; ex eo, & domi, & foris sibi hostes compares, q̃diu in eiusmodi incontinẽtiæ lubrico lutoq; uersatur: & si id minime timeat. At qui sane magnum discrimen interea imminet utrinq; ei domi siquidem periculo est sibi amor, & domesticæ fraudes uxoris: foris uero odium, insidiæq; uel mariti læsi, uel æmulorũ, & corriualium. Neque contemnas, q̃ dixerim uxoris fraudes pertimescendas esse tibi: nam ut fremit tragicus uates.

Tam cruentus fœminas stimulat dolor.
Cum patuit unam pellici, & nuptæ domus.
Vt Scylla, & Charybdis Sicula torquens freta.
Minus sit timenda.
Nulla non melior fera.

Et reliqua, quæ de hac ipsa re in ea tragædia immansa, simulq; nefaria ab ipso poeta referuntur. Inde tibi sane tunc erunt parata hæc mala omnia: cũ uidelicet uxore, dissensiones, rixæ, diuortia, dissidia, iurgia, & erumnæ mille: cum propinquis uero & affinibus, & ciuibus & uicinis discordiæ, & inimicitiæ, ac etiam cædes. Addas hic etiam, si uis (quod contra naturam est) odium atq; contemptum cõmunium liberorũ, sicut de Progne legitur: quæ in ultionẽ uiolati tori quũ aliter nequiret sese ulcisci immanius, regiæ mensæ cõem filium coctum apposuit uorandũ patri. Quid cõmemorẽ inuocationes dæmonum, & ꝑquisita undiq;, & quoquomodo ueneficia, quæ maritis ĩ eiusmodi suspiciõibus ab iratis mulieribus so

lent apparari? Amare ſunt mulieres, inquit Comicus, nec facile poſſunt hæc ferre. Nullus quidem mulieri eſt dolor hac ſuſpicione maior, nulla rabies acrior, nulla perniciosior machinatio. Deianira pellicis ſuſpicione percuſſa, dum inſano ſuo mederi ſperat amori, Herculem maritum medicata tunica perdidit. Cœſonia Caligulæ Augusti credens amatorio poculo uirum à conſuetudine pellicis auocare, dum amantem ſperat maritum facere, amentem reddidit. Haud diſpar exitus multis etiam ætatis noſtræ adulteris contingere ſæpius ſolet, ſed male ſibi conſciæ uxores ſuum tantum facinus metu, & uerecundia diſsimulant. Neque uerò ſolæ uxores ſuſpicione pellicum id facere conſueuere, ſed etiam pellices ipſæ ſuſpicione uxorum ſemper enim ſuſpectum habent ueterem amorem: uerenturq; aſsidue, nequando reſipiſcant amatores ſui, & reconciliatis ſibi uxoribus ipſæ deſerantur. Vtrinque ergo ex eo tibi inſtruuntur inſidiæ, ut diutius euadere incolumis omnino non poſsis, quin aliquando opprimaris malis medicaminibus: & te, aut hæc, aut illa ſuis conficiat, atque excantet ueneficiis. Quid ꝗ reperiantur etiam uxores, quæ eouſq; moleſte ferant ſe contemni, ut non tam reuocare ad ſe medicato poculo, quàm tollere cogitent maritos? uel ſic ſeſe ulciſcantur egregie: uel ſibi ui ros alios poſtea obſequentiores per ſecundas poſsint nuptias copulare? Quam uero id ferant moleſte, ac grauiter mulieres, Thebe nobiliſsima fœmina ſit nobis exemplo: quæ in ultionem pellicatus, Alexandrum Phæræum regem, uirum ſibi alioqui dilectiſsimum, propriis manibus interremit. Sed ne agam uerboſius, quid eſt, quod domos, urbes, regna, & quicquid tragædiæ tonant, tam ſæpe ſubuertat, quàm uxorũ, pellicumq; mortifera, & pernicioſiſsima odia? & occultæ ſimultates coniugiorũ? quæ interdumue maximæ, ex parua ẽt ſuſpicione generantur? Cauẽdum itaq; eſt in primis, ne contaminetur illo pacto pudicitia con-

egrini amoris timetur. Nihil est.n.à coniugali charitate magis auersum,q̃ eiusmodi suspiciones uel ioco, uel serio matrimoniis commiscere. Nam qui amor, quæ charitas esse potest uxoris ad uirum, aut uiri ad uxorem, si quod æquo iure inter se commune est, diuulgetur turpiter ad extraneos? Hem quid hoc est? si contumelia non est? & quidem grauissima? Non.n.quum ipsa tua sit, tu alterius esse debes: quoniam ut dicit Appstolus. Vir nõ habet potestatem sui corporis, sed uxor. Nam quæ erit in matrimonio amicitia: quę præcipua esse debet, si fides uioletur, quæ hosti etiam seruanda est, ne dum coniugi? Et.n.inter omnia amicitiæ fœdera longe præcellit connubialis fides, mutuaq́;, & domestica consuetudo coniugum christianorum: quibus iure omnia communia sunt, siue corporis, siue animi bona siue fortunæ fuerint. Siquidem matrimonii uinculum ita fortunas fortunis, ita corpus corporis, ita animum animo connectit, confunditq́;, ut duo dicantur esse in carnem unam, sicut in sacris litteris legitur, et quemadmodum Pythagoras diffiniuit esse ueram amicitiam, duo corpora in anima una. Magnus quidem debetur honor parentibus, præcipuus amor liberis, ingens consensus fratribus, syncera beniuolentia amicis: at uxoribus fides in primis, & subinde hæc simul omnia. Adeo nanq; superat connubialis charitas omnia fœdera, & arctissima quæq; uincula, ac omnes cuius uis necessitudinis affectus, ut iure meritoq́; (sicut in eisdem litteris tradit) relinquere possit homo patrem, & matrem, & sorores, & adhærere uxori. Quod sane dictum tantam, & tam arctam consuetudinem præ se fert ut quid expressius dici, aut quid magis ad coniunctionem animorũ, corporumue attinere possit non uideã. Quatenus uero diligenda sit uxor, ita edocet nos paucis nerbis apostolus. Viri, inquit, diligite uxores uestras, sicut, & Christus dilexit ecclesiam. Quæ dilectio maxima certe fuit, atq; suprema. Neq; enim quispiam maio

1. Cor. 7

Gen. 1.

Gen. 2.

Ephe. 5.

rem charitatem habere potest (ut ait dominus) quàm ut
Ioan.15. animam suam exponat pro amicis suis. Tu ergo ex con
silio Apostoli eandem debes charitatem, atq; dilectio-
nem uxori, quam exhibuit seruator noster ecclesiæ, qua
nulla excogitari maior potest, ut scilicet pro fide, & sa-
lute uxoris te totum exponas, paratus etiam uitam, si sit
opus, impendere, ut fecit ipse pro ecclesiæ salute. Dilige
ergo uxorem ut decet, & non scortum, teq; serua, cui
debes, & cuius es post Deum quicquid es totus. Neq;
enim si deflorescat in ea nitor puellaris, & decor iuuen-
tutis propterea contemnenda est, sed eo plus honoris
& amoris, illi ipsi impendendum, & quod deest corpo-
ri, animi est charitate pensandum. Quanto autem inho-
nore, & precio esse debeat dilectio, & concordia coniu-
galis, ex his quæ in Ecclesiastici uolumine referuntur, pla
Ecce.25. ne liquet, In tribus inquit Ecclesiasticus placitum est spi-
ritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus.
Concordia fratrum: Amor proximorum: Vir & mu-
lier bene consentientes.

De nimio amore quorundam erga pro-
prias uxores. Cap. XXIII.

SEd quoniam iam satis dictum arbitror, quomodo à Christianis hominibus uxores amandæ sint, ac simul quàm grauiter delinquant, qui amorē, quem uxoribus debent, iniquē, & fœde ad meretrices conuertant: superest modo ut breuiter de immoderato etiam quorundā amore dicamus, qui & si erga uxores æquus, & legittimus esse uideatur: tamen propter immodestiā, & ipse reprehensibilis est, & maxime fugiendus. Sunt enim qui adeo deperditē uxores ament suas, ut interim, dum eis omnia immodestè permittunt, serui, & (quod turpius est) lenones efficiantur uxorum, potius q̄ mariti. In matrimoniis quidem sicut semper odiū, ita & nimius

& importunis quandoq; zelus, & amor est improbandus: is maxime q inducat seruitutẽ, & præpostere subiiciat uxori maritum, atq; efficiat eum ex dño uile mancipium. Porro lege, ac moribus gentium, naturaq; factum est, ut ubiq; uiri mulieribus præsint: quæ est ergo insania tã peruersa ultro eis sese summittere? Aliter.n. statuit dñs in principio creatiõis, q dixit mulieri. In dolere paries filios, & sub uiri ptãte eris, et ipse dñabitur tui. Vir igitur quũ caput sit mulieris agere dñm debet, nõ seruum: nec rursus tñ tyrannũ, sed principẽ. Præsidet is qdem uxori, et filiis, nõ ut seruis, sed liberis, filiis uero ẽt regiẽ, at uxori aliquãto summissius: nã sicut nõ decet uirũ effici seruum uxori, pari quoq; rõne non licet ei uxorẽ hr̃e pro serua. Apud Persas, oẽs habebãtur regis serui, quacũq; dignitate pollerent, pter uxorẽ, q̃ cõpar, et consors regni dicebatur esse, non regis serua. Esse itaq; oportet in societate matrimonii, penes uirũ auctoritatẽ, penes uxorẽ timorẽ, et reuerentiã: penes utrosq; amorẽ concordiã, charitatẽ, mutuamq; dilectionẽ: ita ut uxor reuereatur maritũ, ut dñm. amet, ut fratrẽ pareat, ut maiori: maritus uero uxorẽ regat, ut subditã: honoret, ut cõparẽ, cõsulat, ut cõsortem, diligat, ut sororẽ, utatur, fruatur deniq; ut uxore. Gen. 3.

Nõ esse fastidiendã uxorẽ pptr sterilitatẽ. Ca. XXIII.

Non decet ẽt si qs forte uxorẽ sterilẽ sortitus sit, ita id ferre moleste, ut fœde pptercã aliũde liberos sibi qrẽdos putet: sed potiꝰ æquanimiter tolerare debet, nec tã de habẽdis liberis (ut Socrates sapienter admonuit) q̃ de difficultatibꝰ educãdi potiꝰ cogitare. Non est.n. ꝙ quisq̃ tãtopere quoquomodo flegret hr̃e liberos: nec ut tanti faciat se effici prẽm: ut obliuiscat se esse Christianã, et Christianis legibꝰ uiuere: q̃ sane multo pluris faciunt in matrimoniis fidem, q̃ prolem, et pudicitiam q̃ propagationem: quorum alter, in arbitrio, et in

nulli mortalium explorata satis esse posit, aut planè certa uxoris continentia, quemadmodum de Psyllis, & Celtis quidam perhibent. Non.n.est nostris Medoacis, aut Pado, siue Athesi, uel Mintio, aut ullis usquam fluminibus reliquis, quod olim dicitur fuisse Rheno ingenium: quem ferunt pusillos Celtarum infantulos in suas undas coniectos, si polluta esset matris pudicitia, tanquam impuros rapidis mox uorticibus absorbere solitum: aeditos uero legitima foetura ueluti sinu complexos placido alueo sustinere: inq; trepidātes parentum manus, eos tanquam è balneo reddere, salute infantis maternae pudicitiae testimonium perhibente. Psyllorum quoq; genti in Lybia idem fermè experimentum legimus fuisse, qđ Celtis in Gallia, discrimine licet diuerso. Mos.n.fuit illis genitos statim infantes serpentibus obiicere: eorūmq; indicio experiri coniugum pudicitiam: si serpentes eos ipsos filios, sicut & parētes innoxii fugerent. Alium quoque morem superioris Lybiae populis in dignoscendi liberis tradit Aristoteles, quem hic nunc animi causa referendum putaui. Dicit.n.qua ratione apud illos, quū mulieres essent communes, certos tamen liberos parentes agnoscerent. Asserit namq; eos infantes suos secundum diuersas similitudines, ut cuiq; similis quisque erat, inter se partiri solitos atq; alere pro suis. Sunt.n.mulieres in illis regionibus ceu equae, boues, canesq; in nostro coelo, quarum ea fere natura est, ut simillimos genitoribus foetus aedant. Sed & aquila experimētum de filiis facit, si ueri sint, an degeneres: quippe quae pullos suos, quicūq; aduersos solis radios acie oculorum perferre possunt, nutrit, & educat pro suis: qui autem perferre nequeant, ut nothos eiicit, atq; contemnit. At qui modo nostris parentibus nullum certius esse potest suae prolis indicium, q̄ q̄ sit (iuxta uulgi sermonem) intra limen, laresq; nata.

Quam incerto patre sint q̄q; degeneres esse soleant illegitime nati. Cap. XXVI.

VErum si liberi, qui ex honestis, & legittimis nuptiis procreantur, uix certi haberi possunt: quanto incertiores censendi, qui extra matrimonium ex concubinis illegittime concepti domi forisue pro filiis nutriuntur? Nam quū tu suscipiendæ prolis gratia uxore relicta ingrederis ad extraneam: qui scis, an à te sit, an ab uxore sterilitas? Si à te ea culpa fuerit: quid acta agis? Orbus quicquid agas morieris: & si fallax meretricis ingenium, uel per suppostitios partus, uel procuratā clanculum & aliunde fœturam pariat potius hostem tibi, q̃ filium: quem tu postmodum ueluti simplex curruca, credulus foueas, atq; enutrias pro tuo. Heu nescius, q̃d (ut est in ueteri prouerbio iactatum) luporum tibi catulos educas. qui effecti grandiores, te postea, ut imbellem ouiculam deglabrent, & lanient. Exploratissimum reddit experientia (absit uerbis inuidia) eos ferè, qui incestuose, alioue illegittimo modo nati sunt, flagitiosos, ac improbos euadere, atq; semper ad omnem turpitudinem esse propēsiores, quàm qui & rite ex legittimo cōnubio generantur: & domi ingenua eruditione honeste à parentibus educantur. Nec mirum, ad semen quidem nata respondent. Hinc est, q̃ hi, qui ita nascuntur, uel eo ipso, q̃ sic nati sunt, infames semper habeantur, quasi parentum similes euasuri sitit, uel peiores, & iccirco, ueluti ad ignominiam, & probrum natis nec sacris initiari, nec ingredi curiam, cum cæteris, licet. Quin etiam inglorii, atq; degeneres, nullum certum familiæ nomen tenent: tantum obest, ut familię cuiusquam gloriam augeant, propter quod uideris potissimum uelle genuisse. Vnde Pythagoras ille phylosophns eiusmodi filios, qui nō è matrimonio sacro, & ex optimis parentibus nati essent, in disciplinam suam admittere omnino recusabat. Dicebat enim q̃ ut rami, & surculi praui, tortuosiq; natura, quāuis manu tractentur, & emoliantur nunquam tamen redigi ad rectum possunt: sic eos, qui parum nati

honeste, & parum ingenue educati sunt continue humum spectare: hoc est uilissima quęque ministeria suo tantum animo complecti: nec rectas unquam, aut liberas in sublime mentes attollere. Item quoque Elei, Piseique, apud quos Olympiorum spectacula solita sunt celebrari non patiebantur illum ad illud certamen admitti, qui parentes, & stirpem generis sui honestam, & omni labe carentem docere non possent. Fertur propterea de Pomponio Leto uiro eruditissimo: quod is quum esset Calabris natus, atque sua ætate fama percelebris, tamen pudore natalium (nam illegittime natus) pertesus patriam, atque parentes quos claros habuit, quasi exul Romæ perpetuo uixerit, ubi dissimulata cognatione, & antiquato priori nomine, genesim suam in occulto semper habuit, malens plane terræ filius (ut aiunt) haberi, quàm nothus: ac obscuris quàm impudicis ac incertis parentibus natus. Vulgo autem nasci censetur, quisquis expellice nascitur, quasi nullus ei possit esse certus pater, cui mater sine certa matrimonii lege contigerit. Iccirco uetant legitimæ sanctiones eum esse cuiusquam patris legittimū hæredem, quem mater illegitime ex uiro alieno concepit. Et propterea probe factum, ut ex ea incertitudine filiorum, non qui pater putatur, filio notho succedat, sed tantum mater: quod ea solummodo certa sit mater habenda, quæ peperit: pater uero omnino incertus: nec ideo ei magis hæres, quàm populus. Extat non illepidum Diogenis dictum aduersus adolescentem soluta, et impudica matre natum, Nam quum is saxa in forum iaceret. Caue puer, inquit, ne ferias patrem, si populum ferias: innuens populi filium censendum esse, quicunque de innupta muliere sit natus.

De legitimo hærede parando absque fornicatione. Cap. XXVII.

des,quos iudicio tuo tibi sic eligas, q̃ quos, uelis nolis, habere cogaris. Friuola ergo ratio excusandæ noxæ est prolis desiderium: quando tam facile absq; adulterio, & absq; ulla fœditate, sibi quisq; constituere possit pro arbitrio hæredem. Quid q̃ nulli deesse possunt hæredes: nisi cui non est, quod relinquat? Celebratissimum est, quod uulgo dicitur, Acquiras facito, nunquam deerit, qui partis gaudeat. Attalus rex. S.P.Q.R. sibi hæredem instituit. Horatius, & Virgilius celeberrimi poetæ hæredem scripsere Augustum. At qui nō forte id probas. Vt iubet: alios ostendam, quos honestius, laudabiliusq; tibi facias hæredes: modo, ut uideris uelle, nil ultra ex hoc tuo adulterio, q̃ hæredem quærites. En tibi ex consanguineorum, & amicorū numero quicunq;, uel si piè magis agendum censes: ecce tibi ubiq; obuia turba pauperum: ecce noua collegia orphanorum, & pupillorum, & uiduarum quæ mauis tibi elige, uel si plus placet, simul omnia. At qui uero si audire beatum Hieronymum uelimus, nullam curam habebimus de hęredum successione post nos: quum multo certior hæreditas sit, ut ipse scribit, dum uiuis, bene uti facultate tuo labore parta, quàm in usus incertos cuiquam legare post obitum.

Vanam esse curam familiæ propagandæ. Cap. XXVIII.

QVid est præterea q̃ tantopere de propaganda familia tibi elaborandum putes? quando nobis christianis spiritualiter propagari multo satius sit, q̃ carnaliter. Nam iuxta illud Apostolicum dictum. Qui seminat in carne sua de carne & metet corruptionem: q autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Quid ad nos quæso ubi non erimus, etsi multi post nos fuerint, qui nostrum nomen uel cognomen ferant, ac demittant aliquādiu per successiones ad

Gala. 6.

posteros? Vana profecto cura, & cassa solicitudo relinquēdi nominis post nos: tum q uel multi sunt, qui absq; ullo nostro negocio eodem plane nomine, & cognomine quo nos dicantur: tum q nomina huiusmodi, atque cognomina in annos paucos antiquata, penitus dilabuntur: & intereunt, ut est in multis antiquis familiis uidere: quæ quottidie deficiunt, aliis subinde nominibus, pro eis recenter exurgentibus. Et tu tamen inique tanta fœditate propagare familiam per fas, nefas q; moliris: nihil ueritus, ne dum tu, tibi tam peruerse hæredem paras, cohæres Christi esse desistas. Quid enim stultius esse potest, quàm tam anxie de hærede curare, cui hæreditatē post te relinquas tuam: & non potius prouidere de hæreditate ipsi tibi qui propediē exutus cunctis his bonis egēs, rebus omnibus migraturus es ad ignotas regiones? Vetus est uerbum. Omnes homines melius sibi esse malle quàm alteri. At tu contrarium agis: de aliis curas, ut bene post te sit eis: et tu te interim negligis, ac nil prouides, ut bene quoq; sit tibi, post mortem. Saluti sanè tue satius est ꝓuidere, quàm hæredi, ac tibi, quàm rebus, quibus nullo potest pacto hæres quandoq; deesse, uel dominus. Nam res tua alium post alium sortietur dominum, usq; in sempiternum, ut nulla sit excusatio desertæ sine hęrede domus. Vnde Horatius poeta.

Sic quia perpetuus nulli datur usus: & hæres.
Hæredem alterius, uelut unda superuenit undam.

Quam luctuosum plerisq; fuerit liberos genuisse. Cap. XXIX.

INsuper quid est q debeas tam anxie, & tanto studio quoquomodo contra leges prolem tibi parare? quasi incommodum aliquod, uel maximum sit, carere liberis: quum facile, dum sic male tibi procuras filios, & tollere, & educare pro filio, ac in filio hostem

posſis,qui aliquando magnam tibi perniciem,inferat ac etiam cædem. Nam ex his quoq; reperti ſunt multi qni non ſint ueriti in necem exitiumq; parentum impias manus iniicere. Dauid(ut à populo ſanctiori incipiam) uir iuſtus,mitis,& ſanctus,cum Abſalone filio de regno armis contendere coactus eſt. Senecharib peius,in templo deorum ſuorum à filiis,& regno,et uita priuatur. Mithridates,et ipſe cum Pharnace filio de regno hoſtiliter decertauit, et obſeſſus in turri munitisſima uenenum tandem hauſit,ut ſic uel morte hoſtiles manus, et immanẽ filii ſæuitiam poſſet euadere: quod quum parum faceret ad celeritatem mortis,à milite,à quo,ut adiuuaretur mori,petierat interemptus eſt. Nihilo Pharmace mitius Darius aduerſus Artaxerxem patrẽ ſuum Perſarũ regẽ ſeſe habuit: quinimmo tãto ſceleratior eſt habẽdus, q̃to obligatior patri fuerat, q̃ Pharnaces: ut pote q a uiuo patre iam rex factus eſſet. Auxit atrocitatẽ facti ſocietas ſceleris. Nam minus ſceleratus uideri poterat,ſi ſolus parricidiũ perpetrare ſtatuiſſet,et non feciſſet quinquaginta fratres aſſumptos in ſocietatẽ facinoris q̃tum in ſe fuit, ẽt parricidas. Oſtenti ꝑſus genus: oẽs eo inter ſe aio fuiſſe ut in tanto populo filiorũ, nemo fuerit inuẽtus, quẽ aut paterna maieſtas,aut ueneratio ſenectutis,aut indulgẽtia pr̃is,à tãta immanitate deterreret. Sed accidit diuino iudicio,ut inter moliẽdũ facinus deprehẽſi una oẽs parricidii pœnas darent: et tanq̃ id parum foret ad ultionẽ tanti ſceleris,coniuges quoq; cum liberis,ac omni ſpe poſteritatis,ne qđ ueſtigium tam ſceleſti generis extaret pariter necatæ ſunt. Miſerrimus uero pater ubi ſe tam infœliciter ultus eſſet,morbo ex dolore cõtracto, et ipſe mox interiit nihilo ſanè innocentior filiis parricidis. Sariaſter quoque & ipſe aduerſus patrem ſuum Tigranem Armeniæ regem impie cum paternis hoſtibus coniurauit. Sic et Romæ protoconſulis Bruti filius, qui dum Tarquinio exuli, et parentem, et patriam prodere

moliretur, deprehensus Iudicio patris publice securi per=
cussus est, Fœlicius succesit Thesimaco scelus aduersus
patrem suum Pisistratum Orthomeniorum regem: qui
quum studiosus plæbis esset, filii proditione à patribus
in curia discerptus est, & minutim concisus, indeq; inscia
plæbe sublatus. Verum concepta suspitione plæbs in cu=
riam irrumpens a Thesimaco occisi regis filio conspira=
tionis conscio eo commento repressa est: ꝙ diceret pa=
rentem suum supra mortalem speciem ad Pisæum mō=
tem magna uelocitate delatum, atq; iam diuinitatem as=
secutum fuisse. Credidit ei imperita multitudo nihil tunc
mali suspicata de filio: ac subinde destitit quærere defun
ctum in terris, quem iam deum factū opinabatur in cœ=
lis uiuere. Ariobaszenes, & ipse in paternum hostem mi=
sericors fuit, & impius in parentem; Is nanq; beniuolen=
tia Alexandri, quem nimium amabat, in Darium Persa=
rum regem, patrem suum insidias fecit; sed Darius com
perto scelere proditori filio caput iussit abscidi. At quā=
to infœlicius euenit Orodi Parthorum regi, qui a filio
Phraate insidiis circunuentus euadere non potuit, quin
aconito filii fraude parato necaretr̄. Quid de Ioue quē
Gentiles uti hominum, deorumq; regem summa uene=
ratione colebant? non ne si uera sunt, quæ de eo refe=
runtur, Saturnum patrem regno expulit? ultus fortassis
Cœlii, aui sui paterui iniuriam, quem antea ab ipso filio
Saturno pari impietate non priuatum tantum regno, ue=
rum & genitalibus truncatum poetæ cecinerunt. Quid
nec Alexander quoq; magnus ab eiusmodi suspicione
immunis fuit, ꝗꝗ per dissimulationem acerrime patris
cædem in quosdam nihil fortasse eius rei conscios uin=
dicauerit? Cyriades tyrannus breui tempore direptis the
sauris paternis, quum omnem penè orientem suo subiu
gasset imperio, & Augusti quoq; nomē iam sibi sua po=
tētia comparasset, patrem demum quasi parum perpes=
sum in spoliatione rerum, uti minus suis obsequentem
imperii

imperiis occidi mandauit. Sed ut ad Romanos iterum redeam. Fuit & Albinus: quum Augustus diceretur: per insidias unius, uel (ut dicunt quidam) duorum filiorum proditus, & à militibus cæsus. G. Turanius proscripti patris latebras, ætatē, insuper & notas corporis, quibus discerni posset, centurionibus indicauit: à quibus filii indicio repertus mox transfigitur. Marius filium deprehensum in parricidio, cognita causa, mitior Bruto exilii tantum pena damnauit. Idem euenit Darii alterius regis filio, qui accepta proditiōe cogniturus de filii crimine aduocauit in consilium Cæsarem Aug. qui comperto scelere relegādum, quo uideretur patri, edixit: asserens mollissimo genere poenæ contentum esse debere parētem in filio adolescente impulso fraude in id sceleris, potius ꝙ consilio. Leges siquidem Romanæ culleos serpentes, simias in parricidas statuerunt: nec tamen poterant tanti supplicii metu ab impiis filiorū manibus parentes eripere. Scribit Annæus Seneca Claudium Augustum plures intra quinquennium culleo insuisse, ꝙ omnibus sæculis antea insuti fuissent: adeo pessimo loco paterna pietas fuerat ea tempestate: ut pote quæ plures fere culleos, ꝙ cruces uiderat: id est plures filios impios in parentes, ꝙ seruos inobsequentes in dominos. Herodes quoq; (ut rursus regrediar in Iudæam) accusatus à filiis, Romam ad causam dicendam proficisci coactus est: qui absolutus tandem, atq; in patriam remissus, simulata aliquādiu cum filiis concordia, sese interim ab ultione continuit: sed ut erat immanis, atq; atrocissimi ingenii, Aristobolum deniq;, atq; Alexandrum adhuc adolescentes, & doctos litterarum, quippe qui Romæ apud Cæs. Aug. fuerāt educati (quum minime putaretur) ambos laqueo suffocauit. Nec multo secius Demetrius: qui (ut meminit Seuerinns Boetius) eadem immanitate furens, duos, & ipse filios parricidii suspectos interemit: dūque simili sæuitia in tertium debaccharetur, obsessus filii exercitu,

desperansq; posse aliter melius uictoris manus euadere, sua sese manu infœlicissimus pater occidit. Tradunt etiã Masinissam, cuius imperio tota quõdam Africa paruit, adeo parum fisum esse liberis, ut corporis sui custodiã, amotis inde filiis, canibus commendarit, quos ad id aluerat ferocissimos. Tantum.n. aberat ut prudentissimus rex liberis fideret, ut multo fideliores existimaret canes sibi fore, q̃ filios. Maximianus uero Diocletiani imperatoris collega, quum depositis imperii insignibus, priuatus uiueret, à Maxentio filio in urbe Roma tyrannidem exercente expulsus, ad Constantinum imperatorem supplex confugere coactus est. Cosdròes uero Persarũ rex quum ab Heraclio imperatore tertio profligatus, desperatis rebus ad Cthesiphõtem aufugisset: tãdẽ qui nõ potuit toties uictus ab Heraclio hoste interimi, à Siroe filio est interfectus: ꝙ sibi, ut æquũ erat, fratrem natu minorẽ in successione regni prætulisset. Non minus infœliciter & si magis prospere res successit, Arthus Britaniæ dux (ut ad Christianos quoq; nostros deueniam) Moditem filium molientem sibi insidias, deinde palam oppugnãtẽ acri prælio superauit, & occidit. Henricus quoq; quartus Romanorum imperator in Henricum .iii. parentem suum magnos exercitus duxit, eumq; prælio superatũ, ac captum, perpetua custodia damnauit: ubi miserabiliter mori coactus est. Sed & Federicus secundus Ro. imperator Panormi Manfredi filii nothi dolo necatus fuisse perhibetur. Idem Franciscus Estensis (ut & de recentioribus dicamus) Accio parẽti præstitit. Nam iratus ꝙ sibi nouercam induxisset, Ferraria paterna urbe potitus eum in carcere mori coegit: & si paulo post ipse quoq; in ultionem parricidii digne ac merito & ditione, & uita priuatus fuerit. Nostra ætate Pazaites Turcarũ rex Maumeticæ sectæ à Selino filio regno pulsus est: & ab eodẽ oẽs fratres cum uniuersa stirpe crudelissime interempti. Celebratur etiam in recentioribus historiis Frãcisci Fo

scari Venetorum ducis in hac eadem re infoelicitas: qui flagitiosum filium, postq̃ ægre eum aliquãdiu perpessus esset, affectum sæpe supplicio carceris, tortumq; eculeo: tandem propter parricidii suspicionem perpetuo exilio damnauit. Sed quid attinet regum tantummodo, & principum commemorare miserias? quasi priuatorum innumera, & quotidiana exempla desint: quæ hic à nobis aptissime referantur? Quæ nam ciuitas est, quod oppidũ, qui uicus, quæ deniq; uicinia, ubi parentũ quotidie ærũnæ non audiantur? Hic eiicit à se patrem: alter uerberat, ille conuitiis, & maledictis incessit, iste pertrahit ad iudicium, cõuincit, spoliat, abnegat, dedignatur. Aliquis rem absumit alea: quidam meretricibus, alius deniq; aliis modis exacerbat, & excarneficat miseri patris senectam. At quia hęc notissima priuatim cuilibet nostrum sunt, & homines publice notos recensere odiosum est: obscuros uero & incognitos uanum iccirco non putaui expedire ut eiusmodi nomina hic palam in exemplum cunctis mortalibus adducerem: alioqui retulissem hic illustris cuiusdam ciuis nostri impium, & miserabile parricidium: & cædẽ à filio notho illatã crudelissime: sed q̃m facinus recẽs est, ac nimis atrox memoratu, metuẽda est merito inuidia, si scriptiõi mãdet̃. Quo aũt tẽpore hęc scribebã allatũ est Bassiani qđ est Venetiæ oppidũ, patrẽ iam senem, quũ flexis genibus more supplicãdũ ad filii iaceret pedes, & pro dono uitã exposceret', ab ipso filio multis uulneribus interẽptũ. Hisdẽ ferme diebus Patauii de notho quodã, q similli furore patrẽ suũ Venetũ patricium occiderat, publice suppliciũ sumptũ est: atq; in frustra illius mẽbra resecta sunt, in exẽplum ad urbis portas extra moenia furcis suspẽsa. Quid q̃ ne filiæ qdem à ꝓdẽdis parẽtibus imunes extiterint? Prodidit Nisum Scylla, Minoen Ariadna, Oetã Medea. Multo ẽt immanius Tullia Seruii Tullii Romanorum regis filia, quæ ut Tarquinium regem salutaret, supra cruentũ patris cadauer carpento

lætabunda transcẽdit, et de paterna nece marito regi gratulata est. Augustus Cæsar filias suas sibi maxime infensas habuit, & idcirco eas sua carcinomata appellitare cõsueuerat: quas tandẽ quum tolerare non posset, à suo cõspectu perpetuo relegauit. Sed qd refert coaceruare tot exempla paternæ infœlicitatis? ubi rerum testimonia ad sunt, nihil opus est uerbis. Itaq;(ut semel finiam) in tot tãtisq; parentũ malis haud immerito Euripidis Tropii sententia à multis laudatur, qui hominem carentem liberis hoc uno infortunio dicebat esse fortunatũ, atq; ex ea orbitate fœlicẽ. Quo circa. M. Aureliũ Antoninũ hoc uno solo duntaxat facto legimus iudicatũ fuisse infœlicem: ꝙ commodum filium degenerem, & paternarum uirtutum hostem, cum maximo. R. P. Romanæ incommodo reliquerit imperii successorem. Item quoq; nemĩnem fuisse Seuerio Septemio fœliciorem creditum est, modo Basstanum immanissimum omnium nunquam genuisset. Sic & Priamus Troianorum rex fœlicissimus omnium haberetur, si liberis semper caruisset: quorum culpa Troia diruta, atq; incensa fuit: & ipse miserabili, & impia cæde interemptus. Quanto ergo melius, multis nullos nasci liberos, q̃ hos ipsos eis cum summo mœrore inter ærumnas, & domesticas clades habere? Præclare dixit Rutilius declamator, nullo cõsilio filios procreari: quum ex illis plus semper doloris, & mœroris capiatur, quàm uoluptatis. Sed de hoc superius quarto uolumine latius pertractauimus: ubi multa dicũtur, quæ hic merito desiderari potuissent. Ibi nanq; tot, tantæq; erumnæ, atq; solicitudines parentibus annumerantur, ut constare satis possit, nemini esse de uxoris sterilitate plus æquo dolendum, neq; sobolem turpiter malis artibus cum peccato parandam. Tantæ ergo solicitudines, & ærumnæ, quibus premuntur, qui liberos improbos habent consolentur eos qui liberis carent, atq; absterreant ab hoc infami studio sobolis nequiter comparendæ: etsi

per se flagitium ipsum ab absterrendum satis non fuerit, absterreat metus,& incõmodum imminẽtis calamitatis.

Maximam fieri a parentibus iniuriam nothis, ꝙ infames sunt,& ab hæreditate exclu- duntur. Cap. XXX.

De his uero quid dicemus,qui legitima licet prole fœcundi sint,non tamen ab alienis mulieribus sese abstinent: seminantes ubi infœliciter tantũmodo pro fruge mortiferam cicutam, & perniciosa zizania seu lolium sint messuri? Quid tu insane facis? Draconis(ut aiunt)dentes seminas: qui exorti immaniter in tuam ipsius caniciem, familiamq; grassentur. Tu labruscam putas,ex qua lurida aconita,& pestifera postea uenena haurias.Perses,& Iugurta utriq; de adulterio nati: alter Macedoniæ:alter Numidiæ exclusis legitimis hæredibus,regnum sibi malis artibus usurparunt. Quo circa & ipsi postmodum una cũ familia regia inde expulsi, translato in alios regno,periere. Si tu quidem ex adulterio natos tollis,dedecus sane tibi paris nõ mediocre, illis uero insignem etiam contumeliam. Quippe qui tuam ob culpam,ꝙ sic nati sunt,infames sunt, & abiectissimi omnium:ut pote & publici honoris,et patrimonii expertes:domo scilicet exclusi,& curia:pessimum utrunq; malum,inopia,& dedecus.Quid ꝙ multi etiam non egestatem grauius,quàm probra natalium, & conuitia criminosi partus ferant? usque adeo ut multo plures reperias, qui inopiæ quantumlibet grauis notam,et uitii cullusuis probrum sibi obiici malint,quàm natalium.Cuius rei satis illustre exemplum, et scitu dignum præbuit Guilielmus Carraria: qui quum a Iacobino Carraria Patauinis tunc imperante per iurgium spurius appellatus aliquando fuisset,adeo moleste tulit obiectam nataliũ notam:ut indignationẽ eo probro conceptam,nõ ualuerit

nec ferre æquo animo, nec dissimulare diutius. Nam, q̃ primũ ulciscendæ iniuriæ fuit sibi occasio data, patruum (erat.n.patris frater non pater, ut quidam falso scribunt) à mensa euocatum, tanquam secreti aliquid haberet, nihil tale suspicantem, gladio eduᴄto transfodit: & ueluti qui moriturus esset, uulnera ingeminans, nõ euelli ab eo prius potuit, q̃ et ipse transfossus una cũ principe expirauerit. Amor ergo & gratia, quam ueri, & legitimi filii parentibus debent, quo ad turpiter genitos, odium est, & querela. Vnde Ecclesiastes. De patre, inquit, impio queruntur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

Eccle.41. Filios nothos male semper audire, & infensos semper esse nouercis. Cap. XXXI.

QVam molestum autem, & quàm erumnosum sæpe fuerit parentibus suscepisse eiusmodi liberos: quanq; perniciosum legitimis filiis habuisse eiusmodi fratres, satis superq; satis, & antiquis, & quotidianis exemplis liquet: ut superfluũ possit uideri, si hæc acutius indagemus: tædiosum autem, si copiosius referamus. Suspectos aũt eos cuiuspiã improbitatis semp, & ubiq; reddunt nefarii, & impudici natales. Est enim hæc uulgo ab omnibus approbata sententia. Ex bonis bonos, ex malis malos gigni solere. Quo circa commodus imperator. M. Antonini filius non ob aliud habitus est ex adulterio natus q̃ ob suam improbitatem, ꝗ tam dissimilibus moribus degenerasset à patre. Nihil sane mirum, si ex bonis parentibus bonos, & si ex impudicis nasci quosq; uideamus liberos impudicos. Referimus ferè aut patrem, aut matrem, aut, utrunq;. Huc accedit, ꝗ ii negligentius educãtur, q̃ qui legitimo matrimonio generantur: ideo facile ad seruiles mores deflectunt: nec nisi rari ad aliquod egregiũ attollũt animos. Solus Iepte apud Hebræos, Themistocles apud Græcos, & Io. Andreas illustrissimus pontificii iuris interpres pro cõpertis apud Latinos referuntur, qui gestarũ rerum gloria, &

disciplinarum doctrina, & uitæ, morumq; honestate, abstersa prorsus natalium nota refulserint. Hic illud sapientissimi Solomonis dictũ nullo pacto tacendum est. Multigena, inquit, impiorum multitudo non erit utilis: et spuria uitulamina, seu adulterinæ plantationes (ut interpretatur Augustinus) non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt: & si in ramis, & in tempore germinauerint, infirmiter posita a uento commouebuntur: confringentur.n. rami inconfirmati, et fructus illorum inutiles erunt et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti. Ex iniquis.n. oẽs filii, qui nascentur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatiõe sua. Hactenus Salomon & expresse, & sapienter et copiose omnia, ut nihil addi hic à nobis ultra conueniat. Illud quoq; antiquum prouerbium minime prætereundũ censui, quod uulgo dici solet, Mali corui malũ ouum. Nec illud similiter Esaiæ. De radice colubri egredie regulus. Eiice ergo, ut ait scriptura ancillam, & filium eius, et bigam istã tam male copulatam iam dissoluas: iugumq; tale cito confringas: non bene profecto super additur uxori concubina: nec hæres erit filius ancillę cũ filio liberę. Quanto aũt odio esse soleant, q̃q; ingrati eiusmodi geniti, et priuigni oẽs nouercis, nemo ignorat. Hipodamia uxor Pelopis Chrisippum priuignum, illegitime natum, uerita ne præriperet aliq̃n filiis legitimis ditionem, ut de Iugurta legitur, sopitum multa nocte gladio iugulauit. Haud nihilo secius Nuceria Helii uxor, quæ firmum priuignum, ubi frustra legitimos fratres in eius necem stimulauerat, manu propria tandem toro iacentem occidit. Quid Hele, & Phrixus à nouerca nõ sustinuerunt? Sed quid attinet de nouercarum odiis disceptare? q̃n extet parœmia illa notissima, & Græcorum et latinorum literis celebrata. Odiũ nouercale: quod dicitur, quum quis uelit odium quodpiam immane notare, ac tale quo non possit quicquam nec excogitari crudelius, nec atrocius perpetrari.

Sapi. 4.
Esai. 14.
Gen. 21.

Quàm semper damnabile fuerit apud omnes gentes adulterium. Cap. XXXII.

NVnc uero ne cui mirum uideri possit, quid sit, quod apud Christianos homines adulteria tantopere & humana, et diuina lege damnentur: hic breuiter et Hebræorum, & Romanorum, ceterarumque gentium leges, atque instituta in medium proferamus, ut constare possit planissime adulteria summo ubique gentium probro fuisse: atque pœnis semper punita maximis apud omnes nationes. Primum apud Hebræos, à quibus merito ordiendum est, mœchus, et adulteris capitalis pœna diuinis legibus constituta est. Sic.n. præcepit in Leuitico dominus. Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, et adulterium perpetrauerit cum uxore proximi, morte moriatur mœchus, et adultera. Sed neque apud Romanos impune unquam fuit adulterium, & præsertim Iulii Cæsaris tẽporibus, à quo seuerissima lege cautum fuerat ne adulteri forent, et depræhensi grauissimo supplicio dederẽtur. Macrinus item imperator, uir alioqui turpissimus, adulteris tamen ita infensus fuit ut adulterii reos uiuos iunctis corporibus iuberet igne cremari. Multo clæmentius cum his agendum censuit in suis legibus Plato, qui adolteros grauissima tãtum infamia notandos sanxit. Sic.n. suis illis legibus præcipit. Si quis inquit aliis mulieribus commisceatur quàm cum his, quæ cum diis, sacrisq; nuptiis domum uenerint, infamis esto, & honoribus ciuitatis uniuersis, ceu peregrinus aliquis priuatus maneat. Attamen adulterum deprehensum à marito impune occidi posse, et is illis ipsis leges edicit. Aristoteles quoque et ipse in suis politicis libris edicit omnem coitum alterius q̃ coniuges esse omnino interdictũ. Et in œconomicis, eam inter maritum et uxorem dicit charitatem, atque amicitiam esse debere, qua maior inter homines esse non possit. At q̃to effusius hic in ea re laudandi sunt Lacedœmonii, quibus adeo insuetum fuerat

Leuit. 20.

adulterium,ut ne lex quidem apud eos ulla,quę hoc puniret,necessaria putaret. Vnde pcelebre est apophthegma cuiusdam Lacedæmonii, qui interrogatus aliquando ab hospite,quæ poena foret cõstituta adulteris apud Lacœdemonios:negauit ullos esse adulteros apud Lacœdemonios: quumq; ille rursus instaret. Quid si quis existeret? quam pœnam daret? Is iterum, taurum maximum(inquit)dependeret pro pœna, qui porrecto ultra Taygetum montem capite,biberet ex Eurota fluuio. Cui hospes ille rursum arridens. Hui, unde(inquit)tam uastus taurus in mundo? Tunc Lacedæmonius. Et unde apud Lacedæmona adulter? Summa profecto prudentia gentis alioqui ferocissimæ, quæ maluit uelut incredibile factu flagitium præterire, q̃ ferendo legẽ ostendere posse fieri. Apud Chios quoq; (ut refert Plutarchus(tantæ temperantię uiros,atq; mulieres fuisse perhibent, ut neq; adulterium, neq; illegitimum quemplam concubitum accidisse cuiquam apud eos memoretur. Apud Arabes uero(ut meminit Eusebius) adulteræ deprehensę sine ulla spe ueniæ occidebantur,suspectæ autem uel ob solam suspicionem acriter uerberabantur. Apud Ægyptios ius erat conuictos adulterii,uirum mille plagis cædi,fœminæ nasum amputari:ut qua potissimum parte corporis placuerat,eadem,ob uiolatam turpiter pudicitiam, fœdaretur: & testimonium patrati criminis manifestum daret. Ei uero qui mulierem liberam uiolasset uirilia execabantur: q; uno commisso ut ipsi dicebant,tria non mediocria scelera copulasset: iniuriam scilicet,corruptelam,& liberorum conceptorum confusionem. Legem quoque fuisse apud Seres idem auctor affirmat,tantæ seueritatis,atq; tantæ obseruantiæ, ut nulla in ea regione meretrix,nulla adultera inueniret. Quid q; & Parthi seuitia infames, quum nullis ferme legibus uiuant,sintq; in libidinem,& sua, & regionis ipsius natura maxime proni:nulla tamen delicta(ut scribit Iustinus)

adulterio grauius ulciscuntur: & ob eam rem, non con-
uiuia tantum uirorum, uerum etiam conspectū suis pro-
sus uxoribus interdicunt. Hinc eadem ratione Spartiatis
mos factus, ut puellæ aperta facie, uxoris autem uelatæ
in propatulum ꝓdeant. De qua re Charilaus spartiata à
quopiā interrogatus, ita serio respondit. Puellis uiri sunt
inueniendi: at uxoribus uiri seruandi. Erubescant hoc di-
cto nostrates matronæ, quæ quidem pudicæ haberi ue-
lint, quum tamen plus fere sui corporis ostentēt uniuerso
populo in theatris, ac tēplis palam: q̃ adulteræ mœchis
suis in secreto in cubilibus, & impudicitiis. Priscis uero
Romanis tm̃ olim seruandi pudoris studium fuisse cō-
perimus: ut non modo uiolatam pudicitiam publicè, pri
uatimq; semper seuerissimè ulti fuerint: uerum etiā quo
mulierum, atq; uirorum corda de libidine ad pudicitiā
fœliciori auspicio, q̃ ultionis sæuitia uerterentur, ad suo-
rum quoq; deorum auxilia confugerint, et uotis publice
nuncupatis Veneri uerticordiæ simulachrum sacerdo-
tesq;, & ritum cærimoniarum more suo legitime conse-
crarint. Sed & tanto probro in eadem ciuitate fuere adul
teria ut Augustum Cæsarem præstantissimum, atq; lau-
datissimum alioqui uirum hoc uero flagitio oēs uulgo
damnarēt, q̧ adulteria sectaretur, obscuraretq; tot uirtu-
tes uno uitio. At qui eum impensius adamauerant, id so
lerti potius factum consilio, q̃ libidine contendebant: ut
eo scilicet cōtubernio parata sibi familiaritate nobilium
fœminarum, quid earum uiri aduersus se agerent, moli-
renrur uē, facilius ea occasione deprehenderet. Sed q̃to
laudabilius extitit in eo Alexandri Epirotarū regis inge-
nium, qui quum in multā noctem puellā ad se adductā
interrogasset, quid tam sero: respondissetq;, se quoad uir
suus consopiretur, moratam. Indignatus admodū ex eo
rex à se illam statim reiecit, atque in seruos animaduertit
grauiter, quoniam quātum in eis fuerat, adulterium per-
petrasset. Neq; secius exosus fuit adulterii scelus Diony-

sius tyrannus, qui ubi comperit filium suum ingenui cuiusdam ciuis uxorem adulterasse: statim eum ad se uenire iussit, & interrogauit, an unquam tale quicq̃ de patre audiuerit? cui adolescens respondit. Tibi non fuit pater rex. At ille ei rursum: nec tibi filius rex erit, nisi talia perpetrare desistas, atque comminatus grauiter si quid tale de eo dici amplius audierit castigatum, et oneratum iurgiis à se dimisit. Scipionis quoq; Africani illustrissimi imperatoris pudicitia hoc loco prætereunda non est, qui uix quartum & uicesimũ ætatis suæ annum agens, quũ in Hispania Noua Carthagine oppressa eximię pulchritudinis uirgo inter multas obsides, quas in ea urbe clausas habuerant Pœni, in suam fuisset potestatem redacta: ubi comperit iam alteri desponsatam esse, accersitis parentibus, sponso, cui iam pacta fuerat, integram, inuiolatamq; restituit. Nec diuersi ab eo Diocletianus, & Maximus Augusti fuere: qui capta uxore Narsei Persarum regis, eadem continentia usi, & matrem: & liberos seruauerunt intactos. Qua honestate Persæ plusquam armis commoti, pacem, quam prius contempserant, ultro postea Romanis imperatoribus obtulerunt. Africani, & Augustorum continentiæ, in consimili genere laudis, æmulum sese ostendit Aurelianus, & ipse Augustus. Is enim adulteria adeo obhorruisse memoratur, ut nullum unquam flagitium seuerius uindicauerit, nam militem, qui adulterium cum hospitis uxore commiserat, inflexis duarum arborum uerticibus alligari iussit per pedes, atque easdem subito liberas in aera dimitti: ut scissus ea ui medius utrinque penderet: ut esset cunctis exemplo, ne quis auderet deinceps talia perpetrare, tanti supplicii atrocitate deterritus. Quantopere etiam Ægyptii olim adulteria eiusmodi abominati fuerint, ex ipsis quoque litteris sacris, scire possumus: in quibus legitur, Abraham patriarcham, dum inter Ægyptios uersaretur, uxorem suam

Saram appellasse fororē:ne fortè Ægyptii uolentes eam
Gen.12. ob pulchritudinem,qua maxime præstabat,regis libidi-
ni substituere,se prius interimerent ꝙ eam non prius ac-
cepturum regem scirent,q̄ solutam cognouisset.Neque
Gen.26. in eo quicquam ab Ægyptiis dissentiebant Palæstino-
rum mores:quorum rex Abimelech,quum Rebeccam
quam Isaac sororem dixerat,eius postmodum uxorem
esse cognouisset,adulterii patrandi periculo territus, sic
Isaac dicitur increpasse. Quare tu sic imposuisti nobis?
potuit.n.coire quispiam de populo ignoranter cū uxo-
re tua,et induxisses super nos peccatū graue.Græci quo-
que usqueadeo ægre tulerunt Helenæ adulteriū, ut uio-
lata matrimonii iura cum totius Græciæ discrimine ulci-
scenda putarent:atq; propterea in Asiam cum maxima
classe profecti,Troiam per integrum decennium obses-
sam,ac tandem crudelissima strage captam:incenderūt.
Sed quid attinet de adulterii grauitate plura referre? Satis
planè liquet, quantum semper, & ubiq; gentium matri-
moniali pudicitiæ delatum sit,quando eam omnes gen-
tes tanta diligentia & tantopere coluerint:ac ne macula-
retur,tot legibus,atq; institutis,pœnisq; cauerint.

Quàm turpe sit, Christiano homini uiolare
matrimonium,nec esse una uxore con-
tento. Cap. XXXIII.

AT q uero si tm̄ reuerētię,atq; honoris usq;quaq;
Gentiles,& barbari homines matrimoniali pudi-
citiæ deferre consueuerint? quid faciendū Chri-
stianis hominibus censemus? qui uerum Deum colunt,
& quibus non ab alienis tantum uxoribus, quæ non nisi
graui periculo attingi possunt, uerum etiam a publicis,
uulgatisq; corporibus abstinendum est? Audes fortasse
dicere, ꝙ plæriq; impudentes: te continere non posse,
nec unam tibi esse uxorem satis.O fœdam,atq; ferinam

libidinē, uel potius in furorem despicabilem salacissim␣ę belluæ. Vxorem habes, & ab alienis continere non potes? Vna mulier apta, potensq; lassare multos uiros, uni tibi satis non est? procacitatis quidem ac petulantiæ est, hoc flagitium potius q̃ infirmitatis, aut impotentiæ, siue inopiæ fœminarum. Satis superq; satis est una uni, ita ut non sit uel ad usum, uel ad sedandam libidinem prætere requirendum. Quo uultu audes hāc excusationem prætendere tuæ immoderatæ libidini, ꝙ tibi uxor una nō suppetat quum uideas multos cœlibes, nullam habentes mulierem, caste uiuere, & continentes permanere. Non præuales ueneris ardorem perferre, uxor tibi præsto est: non est cur aliunde quæras exaturare libidinem quum adire tibi uxorem liceat quum libeat. Icciirco Paulus apostolus, Propter fornicationem dixit unumquenq; habere licite posse uxorem suam, & unamquāq; uirum suum: & alterum alteri ita deberi, ut neuter liberam sui corporis habeat potestatē. Quid tu ergo agis? Si nec dotis munera, nec illius facultates tibi alienare ullo pacto licet, quanto minus tuum ei corpus debitum, & matrimonii fœdere: & strictissimo fidei uinculo obligatum? Nihil.n. neq; magis suum esse, neque quicquam magis à uiro præstādum sibi uxor existimat, q̃ sanctam, & intemeratam coniugii societatem. Si te allicit meretricis aspectus reuolue quæso intra temetipsum uim huius Apostolici dicti. Vir nō habet potestatem sui corporis, sed uxor: & tunc tecum dicito. Non committam ut efficiar tantæ perfidiæ reus, ut me interim uxori subtraham, & alteri donem, quum in eo nec mei iuris sim, nec habeam mei corporis potestatem. Nihil est profecto, si sapis, & si tuæ salutis rationem habere uelis, cur tantopere ueneri indulgeas, ut una tibi fœmina satis non sit: quum nihil æq; deturbet mentem, uiresq; frangat, atque acceleret mortem, quàm frequens, & immoderatus concubitus, ut iam tibi non ab alienis tantum: uerum etiam à

propria uxore sit plerunq; ualetudinis causa temperandum, quæ propterea uiro sane prudenti uideri n mia potius, q̃ parca potest. Et hinc est: q̄ cauisse etiam lege Licurgus memoratur, ne uir unà cum uxore assiduus eodem lecto dormiret: ut & noctes quiesceret suauius, & interdiu postmodū in foro, in curia, cū amicis, & æqualibus magis experrectus appareret, raro autem cum unica uxore sua ad procreandos liberos congredi, clamq́;, & cum pudore uolebat. Sed id potius coniugatorum consilio atq; prudentię arbitror esse relinquendum, q̃ de eo quicq̃ præcipiendum præter morem. Et eo magis q̄
1. Cor.7. ex præcepto Apostoli, cui standum est, nisi mutuo consensu à coniugibus minime secubādum esse censemus. Illud quoq; latere non debet, frequentem concubitum non solum officere uiribus solere & bonæ ualetudini, uerum etiam ad procreandos mares esse maxime aduersum. Nam, ut dicunt physici, quo calidius est semen, eo est ad mares filios procreandos accommodatius: atque hinc esse, q̄ senes frequētius q̃ iuuenes gignant ex se mares, quoniam rarius coeunt q̃ iuuenes, quorum semen, & si natura potentius est, nimio tamen usu ueneris, frigidius reputatur, & propterea ad marium procreationem imbecillius. Cæterum non est id ad certam coniugiorum normam restringendum, sed ad naturam cuiusq;: & (ut dixi) pro prudentia coniugum, consilioq́;, & iudicio moderandum.

De pudicitia uxoris, & amore erga maritum, Cap. XXXIIII.

SEd sicut uiris abstinendum est ab adulterio, ita etiā uel multo magis, uel saltem nihilo minus, mulieribus, quarum peculiaris, ac præcipua uirtus est pu-

dicitia. Mulier.n.pudica optime primum de maioribus meretur, quod eorum genus furtiua, & subdititia non corrumpit sobole, quæ ab eis postea & moribus, & natura degeneret. Secũdo de posteris, quod illis neque de matribus erubescendum est, neque de patribus ambigendum, Itaque sicuti uiros honestant, atque illustrant magistratuum insignia, rerumq; gestarum gloria, scientiaue iuris ciuilis, aut facundia dicendi, siue philosophia, & alia denique multa eiusmodi, quæ præclara ingenia nobilitare cõsueuerunt: ita fœminarum uniuersum decus est pudicitia, quæ uel sola præstare eis potest omnia ornamenta, quæ diximus. Hęc enim ditat, dotatq; pauperes, commendat nobiles, humiles exaltat, deformes conciliat, pulchras exornat. Contra uero, nihil omnino boni constare potest mulieri, amissa pudicitia. Hinc Romana illa Lucretia à Sexto Tarquinio uim passa, ubi se purgauit apud domesticos, in ultionem rapti pudoris sibi mortem consciuit. At qui Susanna Hæbrea longe sapientius in ea re sese habuit aduersus duos iudices, quàm Lucretia aduersus solum regulum. Hæc nanque nihil uerita falsum rumorem hominum, mori ante delegit, quàm mœchari: contemnens quicquid de se interim uulgus loqueretur modo integra, & incorrupta coram Deo, ut mente, ita & carne constaret: pluris sane faciens pudicitiæ detrimentum, quàm uitæ, aut famæ dispendium. Sapientissima illa quidem uox, & uiro quamuis forti, nedum puella trepidante dignissima. Nam dum aut famæ, aut pudicitiæ sibi subeundum esset discrimen, exclamauit pudicissima matrona. Angustiæ mihi sunt undique. Si.n.hoc egero, mors mihi est: sin autem non egero, nõ effugiam manus uestras, sed melius est mihi absque opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conspectu Dei. Præclara consultatio, qua quidem probe docemur magnipendẽdam quidem esse omnino pudicitiæ famam, sed multo magis Deum timendum, in cuius

conspectu peccamus: & quem fallere nullo modo ua-
lemus. Danda igitur opera, ut uxores sese in primis ca-
stas, & pudicas exhibeant, subinde morigeras, et obse-
quentes iustis, & honestis imperiis maritorum. Quæcū-
que.n.hoc respuit, haud scio quid rei in matrimonio pr̨-
stare amplius possit, q̃ excarnificare uirum. Quid obsit
prorsus à legitima, & pudica uxore: cui præcipuum stu-
dium esse debet, quo pacto à uiro suo, ob fidem, et leni-
tatem suam in dies uehementius redametur. Hanc glo-
riam consecutæ sunt apud antiquos innumeræ penè mu
lieres, quæ a poetis ubiq;, et ab historicis elegantissime
celebrantur: inter quas Penelope Vlysis obtinet princi
patum, quæ dum uirum expectat absentem, lanificii, ac
telæ ministerio assidue occupata, nunquã potuit à quo-
quam (& si multi eam infestassent proci) aut precio, aut
amore corrumpi. Nec minoris gloriæ fuit apud anti-
quos Alceste, quæ tanto amore erga uirum suum fla-
grasse perhibetur: ut illius fatum subire, & pro eo mori
non dubitauerit. Quis non miretur Euannem in defun
cti mariti rogum insilientem uiuam ultro, atque cum
illo ardere? Nec eiusmodi pudicitiæ laude caruit Lau-
domia, quæ educta è cœra imagine absentis mariti, desi
derium, atq; angorem animi, qua poterat arte leuabat &
coquentes sui casti amoris curas quandiu potuit, refri-
gerata inani illo aspectu, solabatur. Tulit hanc ferè laudẽ
et Artemisa regina Alicarnassi, quæ Mausolum uirum
suum iam defunctum tanto est amore prosecuta, ut se-
pulchrum ei, tali tantoq; opere, et apparatu condiderit,
ut illud inter septem mirabilia totius orbis opera, tum
Græci, tum Latini auctores annumerent. Cornelia item
Romana optima, atq; spectatissima fœmina in grauissi
mo ciuilium bellorum tumultu Pompeium uirū suum,
quem licet senem ardentissime tñ amabat, per mille re-
rum pericula persequi uerita non est: malens cū eo peri-
clitari in exilio: quàm illo absente domi in patria tutò, ac
fœliciter

foeliciter uiuere. Nec secus amasse Hipsicratęum Mitridatem Ponti regem ferunt: quæ ei per quadraginta, & amplius annos in multis bellis uaria fortuna gestis semper comes affuit, tonsa coma, & depositis foemineis uestimentis, equo & armis assueta uirilibus. Inter has omnes haud postremum sibi uendicat locum Portia Catonis filia, & uxor Bruti, quæ audita uiri morte tanta ilico tristitia consternitur, ut repente ferrum ad mortem sibi consciscendam quæsierit: quod quum habere non posset, intrepida ardentes ex proximo foco prunas exhausit. Ex quo dubium merito factum sit, uter gloriosius, an pater pro patriæ libertate, an filia, pro cõiugis amore sese interemerit. Quid Aria Patauina rarissimi uxor exempli: nunquid tacitam hoc loco præteribo? quæ in conspectu Pœti Transeæ uiri sui impiæ nec à Nerone propter inuidiam destinati, sese priorem gladio spõte transfodit, ut suo facto edoceret uirum fortiter, ac patienter mori. Vnde extat illud elegantissimum Martialis epigramma hic memoratu dignissimum,

Casta suo gladium quum traderet Aria Pœto,
Quem de uisceribus traxerat ipsa suis.
Si qua fidei, uulnus quod feci non dolet inquit,
Sed quod tu facies, hoc mihi Pœte dolet.

De hac autem ipsa re latius dictum in his commentariis, quæ de Patauinis illustribus scribimus, hæc pro tempore satis. Sed quid opus est hoc loco plura exempla referre earum, quæ nimio amore, & si legitimo in suos uiros exarserint? quum minime imitandæ sint, in eo, q̃ ita sese temere occiderint, atq; tam perperam, & immodeste proprios etiam uiros amauerint. Amore etenim pudico, & fide syncera stabilienda sunt matrimonia, non autem immoderato zelo, uel furore potius importuno, quo percitæ uxores, sic impie, crudeliterq; sese interimant. Syncere amarunt Sara Abraham Rebecca Isac, Rachel Iacob: Anna Ioachin & hæ sunt à nostris chri

stianis mulieribus imitandæ. Verum quia satis superq; liquet per ea, quæ hactenus diximus, grauissimum peccatum esse adulterium, absq; eo quod etiam maximæ molestiæ, & ærumnæ inde proueniant, discat iam tandem unusquisq; tantis edoctus malis, esse una uxore contentus, & alienis parcere matrimoniis. Nos interim quoniā satis huius uoluminis magnitudo iam creuit, omissis quæ ad matrimonium spectant (utcunq; res accepta fuerit) ad cœlibes reuertamur.

BERNARDINI SCARDÆONII PATAVINI DE CASTITATE. LIBER SEPTIMVS.

DE RATIONE COERCENDÆ LIBIDINIS.

EXORDIVM.



PER Parum quidem fecisse uideri possim extulisse hactenus castitatem, damnauisseq; incontinentiam, nisi præcepta subinde tradidissem, quæ nos instruerent, qua ratione castitas ipsa à nobis seruari recte possit: & si cui forte labi contigerit, quibus remediis, & quando opportune per pœnitētiam reparetur. Ferrum enim de corpore euellere, uulnusq; manibus attractare tantum modo nec ullis postea fomentis mitigare dolorem exasperare est sanè morbum magis quàm sanare. Peritus siquidem medicus non ægrotum duntaxat uisit, & morbum noscit, sed multomagis intendit, quo pacto possit adhibitis remediis pristinam ei ualetudinem restituere, restitutamq; seruare. Nihil secius hic modo nobis agendum est, ad curandos ægros animos, & ad eos qui

ſani ſunt, conſeruandos. Nam utriſq; remedia neceſſa-
ria ſunt illis, ut a uitiis conualeſcant: his ne rurſus reci-
dāt in langorem. Attentas ergo præſtate aures: & ad
haurienda præcepta, quæ tradimus quæſo animum ad-
uertite: ut ſi qua fuerint libidinis ulcera: aut ſi qua ma-
neat male curata cicatrix, ne qua per inſidias pœſtilens
turpitudo ſubrepat. Quo circa qui hactenus curationes
noſtras aliquanto grauiores patienter ſubſtinuit, ne gra-
uetur modo conſilia, & monita ferre æquo animo. Hæc
duo ſane nobis in hac re, uel in primis ſcire conuenit,
morbum ſcilicet, ut curare minime negligamus: reme-
dia uero, ut curare ſciamus: quæ quidem quum ſatis
iam nobis & comperta, & explorata per ætatem, &
longa literarum ſtudia eſſe confidimus: eadem quoq;
nos edocturos alios polliceri iure, meritoq; ualemus.
Quanquam quæ deinceps dicturi ſumus, non ſermo-
ne, aut ſcripto ab aliis magis, quàm a nobis ipſis didi-
cimus, iam longo uſu, & aſſidua experientia in his ipſis
rebus optime edocti, atq; exercitati. Nullæ ſiquidem do-
ctiores ſunt ſcholæ, quàm in quibus ſedens experientia
ipſa magiſtra doceat. Quamobrem nequaquam ueren-
dum eſt, ut hic de me illud merito dici poſſit, quod de
Phormione Græco illo rhetore olim dictū fuit. Is nāq;,
Hānibale ſummo illo imperatore inuitato, fertur aliquot
horas eo præſente de imperatoris officio, deq; uniuerſa
re militari copioſe facūdeq; dixiſſe: quod quum cæteri,
qui audierant, mirarentur, approbarentq;, quod homo
copioſiſſime retuliſſet: arriſit tunc leniter Hannibal, ac
percunctantibus quid de eo ipſe ſentiret: ita ingenue libe
req; reſpondit. Multos ſe deliros ſenes ſæpe uidiſſe: ſed
qui magis, q̃ hic Phormio deliraſſet aliū neminē: quippe
qui Hānibali q per tot annos cū. P. R o. oīum gētiū uicto
re de imperio multis uictoriis cōtendiſſet, p̄cepta de re
militari daret: quum ipſe domi intra domeſticos parietes
ad eā diē cōmoratus, nunq̃ hoſtē nec ſomniaſſet q̄dem

minusq; castra uidisset. Libere quidem Hannibal de tanto rhetore: haud iniuria tamen. Nam quid arrogantius, aut loquacius, fieri potuit, q̃ uelle edocere expertū probè, quæ nescias? Hoc mihi in hac re obiici merito posse non timeo: quoniam ea tradimus, que nobis ipsis maxime profuerūt: quæ obseruauimus, & quæ secuti nosmet sumus in hoc incōtinētiæ certamine. Verū sciri, uel in primis oportet: nullis neq; uigiliis, neq; laborib⁹ neq; cautionibus, aut remediis q̃tūlibet opportunis, quenq̃ mortaliū perpetuò puram, & immaculatam corporis, & animę castitatem seruare posse, nisi qui diuinæ gratiæ auxilio subleuetur: & nisi assidua illa impugnatio carnis, quæ nos agitat, præpotenti manu domini reprimatur. Quam ob rem admoneo ut nequaquam uideamns de nostra uirtute confidere, nihilve arrogare nobis de studiò, aut diligentia, si uincimus, sed fateri, & credere id totum à gratia, & à misericordia diuina ꝓcędere. Id autem faciētes euitabimùs superbiam, & cum omni humilitate excubando in orationibus; & pro uirili nostra concupiscentiis resistendo, atq; cauendo, prout infra docebimus, illibatam illam, quam optamus, castimoniā consequemur. Sed hæc pauca præfari iam præcepta continentiæ, quæ ex ipsius rei experientia deprompsimus quibusue satis fœliciter per Dei gratiam hactenus usi sumus, dicere incipiamus.

Quæ faciant ad reprimendam libidinem, & in primis de mulierum consortio penitus fugiendo. Cap. I.

VT ualeamus ergo tam illibatam seruare, quàm amissam recuperare castimoniam: quæ est basis, & fundamentum uitæ spiritualis, adhibendæ interim nobis sunt multæ cautiones, quibus & tutò stare, & intrepide reluctari contra libidinis impetum, furoremq;

pōssimus: & si fortè labi contingat (quod Deus auertat) ab ipso etiam casu q̃ primum resurgere. Sed quoniam homines uariis modis in uitium libidinis incidunt, uaria quoq;, & diuersa remedia sunt tradenda: ut si unum forte non proderit, prosit aliud. Multos enim illaqueat muliebris aspectus multos crapula, quosdam ocium, et cogitationes sordidæ: nonnullos nimia occasio, & opportunitas mali: alios exempla sociorum, plærosq; turpià colloquia siue lectiones lasciuæ, aut spectacula, & alia deniq; multa, quæ castis mentibus infensa sunt, & insidiantur assidue proposito castitatis: cui modo à nobis diuina fretis gratia succurrendi prouincia suscepta est. Erit itaq; primum, præcipuumq; præceptum in uniuersa ratione tuendæ castitatis, quam tradimus, ut mulierũ contubernia omnino fugiamus, quæ quanto blandius usui uirorum naturæq; arrident, tanto perniciosius eorũ insidiantur pudicitiæ. Est enim fœmina natura mentibus castis infensa, ut non possit illecebroso suo consortio cũ maribus sine grauissimo pudicitię periculo diuturne uersari. Adeo nanq; blandiciosa res est fœminæ consuetudo, ut mulierem etiam dolentem conspicere absq; ueneris illecebra non possis, neque ferè allicit, ac demulcet minus fœmina uirorum mentes lachrymis, q̃ blanditiis: immo etiam magis. Vnde Terẽtianus Parmeno ad herum suum amicæ absenti iratum, atque ei uerbis crudelibus acerrime comminãtem dicit. Hæc uerba inquit, una mehercle falsa lachrymulà, quam oculos tergendo misere uix ui expresserit, restinguet: & te ultro accusabis, & dabis ei ultro supplicium. Quam ob rem haud iniuria maris, fœminæq; amicitia adeo semper apud Latinos suspitionis plena fuit: ut amicitiæ nomen, quum alioqui apud omnes gentes semper habitum sit sanctissimum, attamen si referatur ad fœminam, impudica, ac turpis semper sit appellatio: ut idem sonet apud hos amica, quod scortum. Ex quo docemur fœminã nullo prorsus

pacto quatenus licite fieri posſit, admittẽdam nobis eſſe in aliquod huius uitæ cõmercium. Fieri quidem poteſt ut aſſueti eiuſmodi conſuetudine aliquandiu pudicitiam ſeruent, arduum tamẽ eſt, ac penè impoſsibile, ut ex hac frequenti inſpectione mens quantũuis ſancta illicitis quã-doq; non æſtuet deſyderiis, & caro ipſa modica ſaltem titillatione non pruriat. Nam & ſi prius nulla libido, & nulla peccandi uoluntas ſit in uoto: & nihil niſi honeſtũ & ſanctum in uerbis ſonet: eſt tamen in ipſo obuio con-greſſu motus quidam animi, ſeu ſenſus, nobis natura cõ-paratus, ut ſtatim uelis, nolis in corde ſexus diuerſitas ſentiatur. Fœminarum ſiquidem intuitus, ut baliſta fe-rit, ſermo, ut ignis cõburit, tactus, ut letalis uiperæ mor-ſus interficit. Iccirco, Sapiens ille. In medio, inquit, mulie rum noli commorari, quia ſicut à ueſtimento procedit tinea: ita & à muliere iniquitas uiri. De carbonibus ait Beatus Auguſtinus, ſcintillæ diſsiliunt, de ferro rubigo nutritur, morbos Aſpides ſibilant: mulier fundit con-cupiſcentiæ peſtilentiam. Ita ſane, res ſe habet: fœmi-na ut ſcorpius, non tantum timenda eſt, quum ferit: ſed aſsidue, & ubiq; obſeruanda, & tunc magis cum pal-pat, & blandiri uidetur. Habet enim aculeum abſcon-ditum, quantoq́; amabilior eſt, tanto eſſe nocentior re-peritur. Hæc eſt uenenoſum uiſcum, & tenax gluten libidinis: quo callidiſsimus ille auceps Diabolus alle-ctas blandiciis animas doloſe, uelut ſimplices, & in-cautas auiculas, aucupatur. Vſitatus eſt is quidem ſe-xus ad decipiendum, nec aliter ferè uiros fideles conſue-ſcit Dæmon durius oppugnare, quàm per fœminam. Heu quot animas hoc uiſco implicat, & hoc rhete con-uoluit, & hac rhumphea trucidat ille inſidiator nequiſ-ſimus. Hoſpitiolum ergo tuum (iuxta. D. Hiero-nymi conſilium) ſi ſapis, aut raro, aut nunquam mu-lierum pedes terant: quando nihil æque faciat ad per-

turbandam optimi cuiusque uiri pudicitiam, atque mulierum frequens, & continuatus accessus. Sicut enim interdicti potus, aut noxii cibi conspectus amoueri expedit ab obtutu corporis ægrotantis, ne conspectu uetitæ rei desyderium acrius accendatur: ita referre arbitror ægrotanti animo, pari modo alterius sexus speciem non offerri, ne interpellata scilicet ea forma mens ruat in concupiscentiam oculorum: quando hac illecebra capiantur, & ad perniciem delabantur plærunque ingenia etiam solertissima. Quo circa sanctissimus, idemque sapientissimus uir Augustinus relegauit se à propria domo, & à patria: nec uoluit cum sorore habitare, dictitans, quæ cum sorore sua essent, sorores suas non esse. Tanti uiri cautio haud parua debet esse nobis instructio in re tam ancipiti, & in tam manifesto, & prompto decidendi periculo. Non ab re certe factum est, ut eiusmodi conuersatio tantopere à uiris sanctis formidata fuerit: quum lapsu præcedentium soleat cadendi, magnam trepidationem subsequentibus inferre. Quis enim cum extraneis mulieribus uersari tutò speret, quum legerit in sacris uoluminibus Ammonem ex licentia domesticæ consuetudinis in nefandos sororis suæ Thamar exarsisse concubitus? sicut & apud gentiles Machareum: cantaturq; à poetis de Iunone: & soror & coniunx Iouis. Obiectus est & .P. Clodio sororis incœstus: sed et alii reperti sunt qui etiam conuicti dignas flagitio suo pœnas dederunt. Verum absit, ut suspicari quenquam uelim de Christianis hominibus tale nefas, ac id exempli causa retulimus, non quod frequenter accidat, sed quod factu possibile sit, & accidere quandoque possit, quamuis natura, & hominis ratio istud abhorreat. Prouidus autem suæ salutis amator, uitat omne periculum, & casu præmonitus

alieno discit cautius ambulare. Cyprianus proinde doctissimus, atque sanctissimus episcopus, idemq; martyr inclytus in opere quodam suo, elegantissime multis scripturarum testimoniis nititur dissuadere clericis consortia fœminarum, affirmans id etiam sibi reuelatum diuinitus, ut præciperet, ne clerici cum fœminis commorentur: nam hi tum primum cœperant ex eiusmodi cohabitatione male audire, & subire incontinentiæ suspitionem. Cōtubernii huius periculum optime per similitudinem ignis & paleæ a doctissimis uiris demonstrari solitum est: at multo etiam clarius idem intelligi posse arbitror per proprietatem ignis ad naphtham, quod bituminis genus, ex cognatione maxima, quæ ei est cum igne, tam promptum est ad exardescendum, ut in se igne undecunque uiso etiam ex interuallo suscipiat flammam, sed tum uel maxime, quum flatus etiam accesserit uentorū. At hic in eiusmodi consortio certo scias, nunquam defore suffitorem dæmonem, qui & buccis, & follibus, instet assidue: quatenus suscitet, uel in ferreas mentes, atque adamantina corda lasciui amoris incendiū. De hoc igne poeta quoque Terentius alludens ait. Accede huc ad ignē: iam calesces plus satis: intelligens pro igne amicam cuius amore adolescens ille accensus ardebat. Quid quod dominum quoque nostrum Iesum Christum, non propter carnis infirmitatem, quæ ei in ea parte nulla penitus fuerat, sed potius in exemplum nostrum, à familiaritate mulierum usqueadeo semper declinasse compertum est, ut eius discipuli, quum enim iuxta puteum Iacob loquen-
Ioan.4. tem fortè cum muliere Samaritana reperissent: rei nouitate, quod non esset cum mulieribus loqui solitus, ita admirati sunt, ut obstupuerint ea re magis, quàm quum plusquam quinque milia hominum ex quinque panibus
Luce.7. ordeaceis, & duobus piscibus saturari uidissent: ac collegissent ex reliquiis duodecim cophinos fragmētorum.

Nulla uis acrior ad profligandam continentiam q̃ muliebris aſpectus. Cap. II.

QVid mirum ſi mulierum conuerſatio uiris tantopere aduerſa eſſe dicatur, ac ſi plurimum officiat propoſito caſtitatis? quum ſoleat uel ſolus fœminæ conſpectus uno intuitu ita letaliter uirorũ præcordia uulnerare: ut iam quotidianis periculis, & exemplis ſatis conſtet, non tantum bonum eſſe mulierem nõ tangere, (ſicut ſcribit Apoſtolus) uerum etiam non aſpicere, quæ linea prima amoris eſſe, & potisſima dicitur ad profligandam caſtitatem. Carpit enim uires paulatim uritq; uidendo fœmina, ut ait poeta: quatenus multi in corde ſuo ſæpius ſolo etiã uiſu mœchentur: iuxta illud ſaluatoris noſtri dictum. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendã eã iam mœchatus eſt in corde ſuo. Neq; ergo cõuerſatio ſola metuẽda eſt: q̃ deiiciẽdis, ac ſubſternẽdis cœlibib⁹ apta impugnatiõe graſſat, ſed ẽt cõſpectus cauẽdus, ac formidãdus à longe: quũ inde latẽter ſubrepat cõcupiſcentię cõtagiũ: & p hunc occultis acceſsibus in cor hominis ſeſe ſpiritus fornicationis inſinuet. Penetrat enim amor mulieris in uirorum corda per intuitum oculorum ut ſpiculum per baliſtam contortum. Hinc illud. Iſti tui oculi per meos oculos ad intima delapſi præcordia: meis medullis acerrimum commouent incendium. Extat & Iob illius conſtantisſimi uerbum. Pepigi inquit fœdus cum oculis meis, ut ne de uirgine cogitarem. Cum oculis quidem ſanxit fœdus, quia difficile eſt, in ea re, ſi ſpecies muliebris offeratur, auertere mentem ab oculis: per quos contagium fœdæ cogitationis, & occultæ fornicationis infunditur: ut ex eo per quàm difficile ſit omnino fœdæ rei deſiderium continere, quod ex illecebroſi illius aſpectus ſtimulis concitatur. Animo nanq; penitus inſidet noſtro, quicquid à ſenſu trahitur oculorum: unde Ieremia propheta cuiuſcunq; noſtrum

1. Cor. 7.

Matth. 5.

Iob. 31.

personam referens conqueritur, dicens. Oculus meus
Thren. 3. depredatus est animam meam. Non ab re ergo poetæ amoris duces, & antesignanos oculos solent appellare. Et propterea ἔρως à Græcis dicatus est amor: quod (ut interpretatur sapientissimus Plato in Cratylo) is influit extrinsecus per oculos. Est ergo magna ubique oculorum habenda moderatio, quicunque castitati studet, & statuit se ab impetu libidinis custodire. Nam qui se neglexerit & magno studio non sibi præcauerit, facile ex hoc ipso conspectu captiuus impinget in amorem mulierum: à quo postea etiam quum maxime optauerit, redimere sese non poterit. Amor quidem animi arbitrio admittitur: sed non item protinus, quum libitum fuerit, ex animo eiicitur. Nostra etenim in manu est incipere amare, at ubi cœperimus ægre & inuiti amare cogemur. Obstandum itaque principiis, & auertendi subito oculi à periculo: atque acriter coercendi, ne improuidi & imprudentes, ut scari pisces turpiter irretiamur: qui præcipites (ut scribitur ad uisam sui generis fœminam accurrentes à piscatoribus facillime capiuntur: sic & euenire coturnicibus uidemus: qui ad uocem fœminę aduolantes ab aucupibus decipiuntur. Vulgatissima hæc est profecto sententia, atque diuina, Ascendit mors per fenestras uestras.
Ier. 9. Fenestræ sane corporis nostri oculi sunt, per quos ita uitiis, & concupiscentiis ad animum ingressus patet, ut is
Matth. 6. aliunde facilius superari, non possit. Vnde dictum est à domino si oculus tuus simplex fuerit totum corpus tuū lucidum erit. Legitur propterea in ecclesiastico. Auerte
Eccle. 9. faciem tuam à muliere compta, & ne circunspicias faciem alienam, quia propter speciem mulierum multi periere. Quod quàm uerum habitum semper fuerit, & re uera sit: uel hoc uno Israelitici populi facto constare satis potest. Nam quum Israelitæ ex Ægipto in pro

uincias sibi à Deo promissas uictores diuino auxilio
ubique penetrarent, Balach Madianitarum res despe- Nume.25.
rans ulla sua, aut suorum ui posse tutus euadere inex-
pugnabilem exercitum, ex consilio Balaam contra eos
non uirtute militum, sed mulierum decore: neque ar-
morum acie, sed fœminarum mollicie nequiter de-
certandum censuit: ut fornicati cum illis, & a gratia
Dei, & simul à uictoria deciderent. Quam ob rem
amota armatorum manu, adducta est contra eos mul-
titudo puellarum, ætate, formaq; præstantium, quæ
ut iussum sibi fuerat, ludentes pedibus, manibusq;
plaudentes, decore suo uicerunt armatos. Nam ut
uident eos manus iam dedisse libidini, & peccato fe-
rocissimas inclinasse ceruices, non prius (ut eis præ-
cœperat rex semetipsos cupientibus præbuere, quàm
illi contra præceptum domini acquieuerint degusta-
re unà cum eis de sacrificiis idolorum: propter quod
protinus ira Dei cecidit super eos, & occisi sunt ui-
ginti quatuor milia. Oculos ergo domitos habere
oportet prudentem uirum, quicunque intrepidus con-
tra libidinis furores stare desiderat: quod non fecerunt
Israelitæ: & ideo perierunt. Scribit Plinius in sua
naturali historia, atque post eum Aulus Gellius, fuis-
se in Illyriis fœminas quasdam uisui tam nocentes, ut
interimerent uidendo, & eas duplices pupillas in sin-
gulis oculis habuisse. At modo qui cupit tutus esse
ab his malis, credat duplices esse omnibus mulieri-
bus pupillas: & omnes esse uisu æque noxias, atque
iccirco omnes pariter fugiendas. Muliebris profecto
aspectus nõ aliter ad se uirum pertrahit q̃ magnes ferrũ
aut (sicut nuper dicebam) quàm naphtha flammam,
aut succina paleam. Et proinde Alexandri Macedo-
nis prudentia in ea re summis est laudibus prosequenda,

dignaq; certe, quam in eo omnes æmulentur. Is enim deuicto Dario potentisſimo Perſarum rege, quum eius uxorem præſtantisſima forma, atq; filias pulcherrimas teneret captiuas (mira res) conſpicere puellas nunquam uoluit, uxorem tantum ſemel, ueritus ne qui in Perſia potentisſimis uirorum armis ſuperari non poterat, mollisſimo fœminarum intuitu caperetur: turpisſimum dicens ſibi fore, ſi qui uiros uiciſſet armatos, à fœminis poſtmodum inermibus uinceretur. Scripſit idem cuidã amico, fœminas Perſicas morbum eſſe oculorum. Pari modo Iulianus ſecundus Romanorum imperator capta Perſarum urbe nec ipſe captiuas mulieres uidere unquam uoluit, ſed cuſtodiendas in templo diligenter, atque intactas uiris, ac parentibus ſuis reſtituendas mandauit. Cyrus item Perſarum rex, ut eſt apud Xenophontem ſcriptum, quum ex Asſiriorum preda, quos deuicerat, pulcherrima ſibi mulier Suſiorum regina adducta fuiſſet, nunquam aſpicere eam uoluit, ſed cuidam Medo ſeruandam dedit: cui, quum poſtea Medus ille mulieris illius pulchritudinem ſupra modum commendaret: tunc Cyrus ſe propterea minus minusq; factum cupidum uidendi dixit, ne forte hæc ſibi aliquando foret impedimẽto ad pertractãda bellica negocia, quæ ſibi erant eo tempore peragenda. Legitur & apud Plutarchum, Pompeium illum cognomento magnũ præter ſuæ naturæ morem, inhumane, atque illiberaliter ſeſe habuiſſe erga Demetrii liberti ſui uxorem, ꝙ uerebatur, ne illius pulchritudine uictus qua illa præſtabat, cohibere ſeſe ab eius concubitu non ualeret: quod putabat fore iniquisſimũ. Non ab re certe factum, ut inuictisſimi imperatores tanto ſtudio fœminarum conſpectum formidauerint: forma.n. uincit armatos, & ſpecie ſæpe uincuntur, qui in præliis, & certaminibus armorum fuerant inſuperabiles. Quid mirum quando fœmina oculis ut tormẽtum fulminet, nec ſecus atque Baſiliſcus occidat intuitu, et ſuo ueneno uiſa

inficiat ante contactum? Et iccirco legimus plærosq; ex phylosophiæ sectatoribus, etiam apud ethnicos urbium reliquisse frequentiam, & suburbanos petiisse secessus, ne mulierum aspectu fortitudo animi fracta quãdoq; mollesceret, & euocaretur eo lenocinio animus ipse à studiis sapientiæ. Non enim expedit ibi esse, ubi crebro conspicias a qbus & fascinari, & capi, uel solo uisu possit. Proinde stoicos in sacris ædibus, ut nunc nostri monachi seorsum à fœminarum consuetudine uersari solitos legimus: ut solitudine, & augustioris habitaculi sanctitate cõfirmati luxum, & libidinem spernerent, & nil magis, q̃ de literis, & uirtute cogitarent.

Quantopere à conspectu fœminarum abstinendum sit personarum exempla. Cap. III.

PAulus abbas (ut ad nostros diuertamus) sicut legitur in uitis sanctorum patrum, non modo uultum fœmineum, sed ne uestimenta quidem sexus illius conspectui suo patiebatur offerri, et quum quadam die ad senioris cuiusdam cellam pergeret, casu mulieri factus obuius, adeo exterritus fuit uisione inusitata, ut remenso, quod arripuerat itinere, ea fuga monasterium repetierit quanta nullus unquam à facie leænæ, uel immanissimi draconis aufugit. Notum est ex eisdem literis, et Arsenii abbatis factum: qui assidue metuens ne quando oculorum cõcupiscentia caperetur, adeo in ea re sibi cauit, ut fœminas, maresq; iuxta uitaret: sed accidit forte fortuna ut aliquando matronæ cuidam nobilissimæ obuiaret, à qua uersus statim in pedes festinus aufugit, rogantiq; mulieri ne tãto impetu curreret, & ut in suis præcationibus Deum sui memor oraret: ut erat in cursu præceps, & anhelans, in reuersim: orabo, inquit, & lubens, ne unquã amplius reminiscar tui. Pion quoq; Antonii abbatis discipulus nihilo fidentius unquam muliebri sese

conspectui credidit: quin piis sororis suæ præcibus diutius fatigatus, ut se affectam diutino morbo semel uiseret, ob iussum tandem abbatis, quum id ultra pernegare non posset, luminibus clausus per manum ductus, ut oculus captus sororis domum ingreditur, à qua uisus, nec tamen pro fratre cognitus, eodem ductu, nequa eundo, aut redeundo aspectus muliebris occurreret, ad monasterium rediit. Secus accidit Amiano Alexandriæ antistiti, qui quum nimium sibi fideret, & propterea parum caute fœminam quandam esset intuitus, statim in concupiscentiam oculorum prolapsus est: in cuius noxæ ultionem protinus ipse sibi oculum effodit. Verum enimuero tanto postmodum labore, & dolore corpus suum afflixit, tanta inedia: & frigore macerauit, ut ad eam sit tandem perfectionem uitæ perductus, ut pro christiana fide asserenda (mons sit ab eo ut ferunt) ex Numidia in Babilonem trāslatus. Non abre ergo Ioannes anachorita ita sibi cauit, ut ex quo eremum adiit, fœminam uidere nunquam uoluerit, nec ab ulla quoque ipse uideri: et usque adeo fuit huius propositi tenax, ut quum tribunus quidam illustris eum diutius rogasset, ut se ab uxore sua pateretur uel tantum semel conspici, quod iam diu pie & innocenter optauerat. Videbit me (respondit) insomnis. Nec defuit promissis fides: nam mulier somnians per quietem hominem conspexit, quem antea nullo unquam tempore uiderat. Ita enim corporis totius formam, habitum, linia mentaq; uultus aperte referebat, ut fidem faceret, non eam uisionem uanā fuisse, sed ueram. Vide quali quantaq; cautione usi sunt uiri sancti in auertendis oculis à contemplatione mulierum: ne forte allecti eiusmodi inspectione, in aliquam fœditatem præcipites laberentur, & Dauidis illius & regis, & prophetæ sanctissimi
2.Reg.11. exemplo perirent: qui dum temere in Bersabem for

mosissimam fœminam oculos iniecisset, captus amore illius statim duo simul enormia crimina ꝑpetrauit: adulterium uidelicet, & homicidium. Quid de illis duobus senibus Danielis dicam, qui ea ætate, qua refriguisse debuerat omnis libidinis feruor, uisa tamen Susannæ pulchritudine exarserunt iuueniliter in concupiscentiam oculorum. Ideo scriptum est in Daniele. Semen Chanaam, & non iuda, species decepit te, et concupiscentia subuertit cor tuũ. Quid mirum de senibus? si aspectu eodem capti sunt, & illi qui habebantur in numero filiorum Dei? Dicit enim scriptura. Videntes filii Dei filias hominum ꝙ essent pulchræ, acceperunt eas sibi in uxores. Quod de spiritibus incubis plerique interpretati sunt: alii de his, qui uerum Deum colebant ex progenie Seth, & ideo filii Dei uocitati: filias autem hominum eas esse autumant, quæ descenderant ex progenie Cayn, quæ Deum non norant. Sed quoquomodo intelligas, aspectus muliebris & scortationis, & intemperantiæ eis occasionem præstitit. Hinc etiam conqueritur pastor ille Virgilianus, ac mœrens ait. Vt uidi, ut perii, ut me malus extulit error.

Dani. 13.

Gen. 6.

Quidnam quæso sibi uult Actæon ille fabulosus apud poetas? (ut ficta ueris immisceam) qui obtutu improuiso temere in Dianam coniecto conuersus statim esse dicitur in ceruum, & à propriis canibus laceratus? Nempe docere uoluerunt eo figmento poetæ, hominem capi mulierum aspectu, et decidere à ratione, ac subinde immutatum curis, ac sollicitudinibus, quasi rabidorum canum morsibus laniari. Quid item sibi uult Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus: ad cuius conspectũ hoĩes repente in lapides, mormorea signa uertebãtur? nisi indicare formã mulierũ esse uisu pestiferã, et homines ad illius conspectũ ita extra se poni qñꝗ, ut uero hominis sensu careant, nõ secus

ac lapis:qualis habetur homo male sensatus, iuxta pro-
uerbium, Lapis super lapidem. Non sunt hæc sane ab
illustribus,& sapientissimis uiris consicta temere, ac per
tot secula sine causa celebrata. Et enim compertum est,
atq; exemplis tam antiquis,q̃ nouis apertissime declara-
tum,quoscunq; lasciuo,& curioso obtutu fœminas aspi
cere delectat,diu tutos esse non posse: nec euadere à cō
cupiscẽtiæ telis illæsos. Timeant ergo qui continere de-
syderant externarum sese obtutibus committere fœmi-
narum : ac præmoniti aliorum exemplis prouideant ne
aliquando in nudam Dianam, aut Meduseum conspe-
ctum imprudenter incurrant,et aut in lapides,aut ceruos
uersi,sensum rationis amittant, et intus à propriis ac do-
mesticis concupiscentiis lacerentur.Multo sane p̃stat,uel
frustra quandoq; timere,quàm male fidere:atq; plus ex-
pedit existimare se infirmum, et stare, q̃ dum mauis ui-
deri fortis, ire periculis obuiam, impingere in laqueum
Prou. 14. concupiscentiæ et cadere.Scriptum est enim,sapiens qui
timet declinabit ab omni malo. Parere quidem cautio-
nem metus,solet,securitas uero periculum. Caue dicas,
nihil pericli est,scio me,meamq; constantiam probe no
ui:nam multo sanè conducibilius esse existimo,nostram
noscere infirmitatem,& intelligere imbecillitatem, et ui-
dere quàm sit fragile uas, quod assidue circũferimus,et
tam in plano quàm excelso semper timere, ne quando
aut impingamus,aut ruamus ubi minime formidamus.
Quid tu es ? quum qui uis hominum utiq; mendax sit,
Psal. 115. et superari à carnis cōcupiscentia facile possit?At qui for
te religiosum, et spirituale iam te credis:esto, nihil con-
tendo ; uerum et spirituales percuti possunt,quia adhuc
in carne sunt. Sed ad quid, quæso uel leues occasiones
cum periculo,et malo sæpe nostro ineundæ gratis?quũ
improba carnis natura et nos ultro oppugnet, et nunq̃
nos tranquillos esse permittat,absq; eo q addamus ma
lo nostro quicquam peius. Itaq; fratres si sapimus, id
semper

ſemper in memoria, ac imo pectore penitus habeamus, ut omnium fœminarum,& maxime earum, quæ aliqua forma præcellunt,nedum conſpectum,ſed nec umbram propius intueamur: non aliter fœminas ipſas declinantes,q̃ aut inter nauigandum ſcopulum,aut intereundum prædones. Neque enim uiſæ aliquando mulieris, facile, quum uolumus, poſſumus obliuiſci: nam iuxta illud poeticum.

Hærent infixi pectore uultus,
Verbaq́;,nec placidam membris dat cura quietem.

Minime tutum eſſe uel ſpiritualibus uiris cum conſecratis Deo uirginibus frequens, diuturnúq́; colloquium. Cap. IIII.

HOc uero qđ priuatim de ſæcularibus mulieribus monuimus,idem quoq;, & multo quidem cautius circa uirgines ſacras obſeruandum eſſe cenſemus. Valde enim periculoſum eſt,ſi cui tantam unquã iniquus dæmon ſecuritatem ſuadeat, ut ſperet intrepide tutoq́; ſe in harum frequenti conuerſatione poſſe diutius commorari. Artificialia ſanè ſunt,& percallida ſemper & in omnes commenta diaboli, ſed aduerſus caſtimoniæ deditos multo acriora,ſimulq; occultiora:ut uix poſſint uel à ſanctiſſimis, & ſapientiſſimis uiris intelligi: & propterea ne callidus ille,atq; occultus inimicus ſeſe nobis fraudulenter inſinuet, ſtudioſiſſime præcauendum eſt. Nam uafer iſte machinator diabolus conſueuit in principio conſuetudinis bonos uiros, ad proficiẽdum in rebus ſpiritualibus,ex ea occaſione doloſis quibuſdã machinationibus adiuuare,et mutua auxilia ad ſalutem callide per eam conſuetudinem ſic conuerſantibus miniſtrare. Dũ enim aſtutiſſimus ueterator, et aſſentator iniquus timet,ne ſuborta aliqua ſuſpitione diabolicæ fraudis,tam arctæ conſuetudinis uincula relaxentur, ſuggerit

Interim maiora quædam spiritualis disciplinæ argumenta, reddēs eos exinde per ea affabiles, & de suis inuicem profectibus differentes, atq; suauissimis sermonibus, & iocundissima cōfabulatione cōsilia spiritualis profectus in alterutrum conferentes. At interim fraudolens deceptor tempus obseruat, donec dolosa surreptitiæ societatis initia maturescant, atq; firmentur: & quousq; creduli homines putent magna Dei esse beneficia, quæ maxima sunt diaboli maleficia: nā dum in tranquillo se sperant esse maxime, tum suborta repentina procella, ab inopinata tempestate deprehensi, quod minime cogitauerunt, castitatis quandoq; naufragium patiuntur. Sic igitur iniquus dæmon solet cōpescere aduersa, suggerere prospera, & fraudes tegere, quousq; subtractis omnibus auxiliis, incautos uectores in occultos scopulos, & uadosas syrtes illiserit. Quam ob rem formidolosa debet esse in hoc mari omnis tranquillitas, quoniā improuisus nō nunquam turbo suboritur, & tempestas procellosa cietur, ubi minime putabatur, quæ tanto nocentior existit quanto minus præuisa suspectaq; contingit. Et.n. callidissimus præstigiator diabolus tam diu sopitum ignem sine flammis occultat, donec ambas faculas communicato inuicem ardore succendat: atq; latenter de simplici charitate aliciat amorem profanum, & sub prætextu sanctitatis moliatur incestum. Non est ergo in tantis uersutiis dæmonum, ut speret se quisquam, tutò posse consistere & ex hoc libidinis pelago, quo assidue iactamur, recto cursu ad continentiæ portū pertingere, nisi pauide, & circūspecte sibi caueat, & habeat oēm tranquillitatē suspectam. Est uia, inquit Salomon, quæ uidetur homini iusta, nouissima aūt eius deducunt ad mortem. Itaq; solicite nobis prouidendum est, ac prudentiæ præsidiis, diaboli fraudibus occurrendum, nec in his spiritualibus officiis agendum quicq̄ temere, aut prorsus fidendum, quando & in his sæpe spiritalis negotia misceatur. Hoc dictū uelim

de his duntaxat, qui imprudenter, ne dicam impudēter, & nimis arcte, ac licenter sese assuunt uelatis uirginibus: quibus tanto interdū conglutinantur affectu, ut à se ipsis facilius, q̄ ab earū conuersatione recederēt: qui & si forte cum eis nō agant quicq̄ turpiter, tñ iustæ suspitionis præbentes de se materiam, uitam suam, q̄uis alioqui mundam, maculis sinistræ opinionis inficiunt. Quo circa ad euitandam oēm suspitionem, ac ēt periculum, sicut tenemur eis diuina sacramenta præstare, ita pari modo earūdem familiaritates uitare, et sicut in rebus sacris nusquam eis nostra neganda est opera, ita in rebus aliis nostra sine urgenti necessitate non est communicāda præsentia.

Quo pacto habere se debeāt sacerdotes erga mulieres in administrandis sacramentis. Ca. V.

Dicendum est autem modo quid in ea re sacerdotibus statuendū sit, q̄bus ex officio, qđ sibi incūbit, ab his periculis oīno abesse nō licet: & tñ ab oībus uenereis uoluptatibus necesse est cōtinere. Nā iuxta sententiā saluatoris nostri, ista oportuit facere, et illa nō omittere. Nō.n. debet is q̄ præest, & populi sibi commissi cura distringitur, uiroꝶ tm̄ cōmodis excubare: quū officiū sacerdotis antistitis sit inuisere fœminas dū ęgrotant, consolari dū mœrent, corrigere si errāt, audire peccata dū pœnitet, & deniq; oīa ꝓuidere, q̄ faciāt eis ad salutē. Neq; est ꝓfectò ꝙ usq; adeo paueāt sacerdotes, ut à tātæ necessitatis officiis existiment ꝓpter humanā imbecillitatē esse sibi desistendū, & reiiciendas necessarias actiões, quū certo sciant in eiusmodi piis opibus sibi de cœlo firmissima adiumēta nō defutura, mō uelint, et cupiāt adiuuari: & nihil temere agēdū censeāt, ubi sciūt grauissimū iminere discrimē: ueꝶ tāto acrius instādū est, q̄to periculum maius inest, uti in tempestate à nauigantibus solet fieri. Nam quum cœli minantur desuper, & fluctus quatiunt deorsum, et uenti undiq; ex aduerso luctantur Luc. 11.

tunc peritus magister fortius insurgit, atque assidet attentius gubernaculo, mente & oculis in mare, & in cœlum semper intentus: ac undique quicquid imminet discriminis circumlustrans, ne forte aut ab impendenti tempestate, aut ab improuisis obruatur procellis. Conuenienda igitur tibi necessario est mulier, fac tibi non desit seueritas, quæ ad parendum fœminam possit obstringere: ita tamen apposite, ut consolationem spiritualem inde recipiat cum ueneratione, & timore. Hic autem prouidendum est tibi maxime, ut ex tuis moribus in his omnibus tuæ clarescant indicia puritatis, & signa mundissimæ honestatis: cauendæq; super omnia adulationis, atque blanditiæ, quæ infensæ admodum sunt castitati. Fugiendum etiam ne nimis eas licenter adeas, ne nimium frequenter uisas, ne earum domos importunis horis solus introeas, quum uero introieris pauidus, uerecundus, atque etiam suspensus, tanquam ad aliquem concupiscentię scopulum appulsurus incedito: ibique sedulo sine mora festine, plene que agito quicquid fuerit peragendum. Absque uero causa rationabili solus cum sola seorsum remotis arbitris nunquam sedeas. Valde quidem periculosæ sunt, ac plenæ suspicionis productiores seorsum cũ fœminis sessiones: præsertim cum de rebus profanis, & mundi actionibus mutuo sermone ultro citroq; digeritur: nam animus his cõfabulationibus paululum relaxatus, facile ad uana incitamenta cupidinis prolabitur, quo circa & hic, & ubique in quouis periculo tutius est timere, quàm fidere, optimum est ergo circunspicere undique pericula, & tanquam in acie dimicaturos, galeatos, loricatosq; semper stare: ne (ut aiunt) nudi agamus excubias. Non.n. bene succedere cuipiam solet quod temere agatur: neque uel honestum, uel sanctũ, etiam quod sit sanctum, aut honestum, uidetur: nisi idem honeste, sancteq; fiat: quum ex his etiam honestis officiis multas occasiões malignus hostis inueniat, quibus mentes quamuis pias quandoque decipiat. Versari quidem sic

temere in his, nec lędi, miraculum certe est potius quàm uirtus cēsendum. Quamobrem à superfluis colloquiis & conuersationibus (ut proxime dicebam) est omnino abstinendum: ac nihil quicquam imprudenter, ac temere agendum ne quid ex eo scandali, aut suspicionis possit merito, aut uerisimiliter exoriri. Sacerdotis siquidem partes sunt, & in his, & in omnibus officiis omnia caute peragere, & confidere in domino: atq; animo prompto, & infracto, tenere mordicus propositum castitatis. Verum si quando nos ex nostra infirmitate titillationibus carnis contigerit impugnari, constantissime reluctandum est: atq; illa nobis comparanda perfugia, quæ infra dicētur.

Non nisi diu expertum admittendum esse ad audiendas sacrarum uirginum confessiones. Cap. VI.

PRobatissimæ ergo uitæ esse oportet quicunque præficiendus est, ut eiusmodi uirginibus sacramēta ministret: ne fortè circunuētos (quisquis ille sit) ignota dæmens fraude, succumbat, corruatq; sub eo ipso fasce, quo se alios exoneraturum crediderat. Pastor enim sæpe dum errabundam ouem passim, & inconsulte queritat ipse quoq; deuius à recto tramite aberrat. Itidem & medicus plærunq; dum ferre opem ęgroto studet, in ualetudinem, & ipse aduersam incidit, & nescius et imprudens eadem contagione afficitur cum infirmo. Itaq; non accedat quispiam ad id muneris, nisi multum antea in his fuerit exercitatus, atq; saluberrimis prius antidotis præparatus: ut possit quum opus fuerit, & pugnare uiriliter, & in pestilentissimo quouis loco absque ullo integritatis, atq; pudoris sui damno uersari: iuxta illud. Prius antidotum, q̃ uenenum. Vt de Mithridate rege Ponti legimus: cui quotidie haurienti post antidota uenenum, consuetudine factum est ei uenenum ipsum

innoxium. Magnum ergo & præcipuum studium adhi-bendum est huic rei, tentandaq; diu ante animi nostri cō-stantia, periclitādæ uires, quoad res fert, & securitas pati-tur: quatenus animus ipse in illis rebus exercitatus callere cœperit optimā decertandi & obsistendi rōnem. Nō.n. prodeunt gladiatores in certamen, in puluerē, in specta-culū, in clamorem, nisi diutina prius certandi meditatio-ne domi intra parietes occultis fuerint concertationibus assueti: atq; umbratili exercitatione uerā digladiandi pe-ritiam adepti. Tutò qdem: ac gloriose, in eā, quam quisq; norit artem, sese exercet. Nam sicut homo parū peritus equitandi facile ab equo sternace excuti solet, ita qcunq; concupiscentiæ suæ fræna nō didicerit adhibere, nullo fe rè negocio impulsus ab illecebris uoluptatis, à ꝓposito decidit castitatis. Habenda planè in ea re tibi colūbæ sim plicitas est, ne cuiq̄ machineris dolum: insimulq; & ser-pentis astutia, ne & tu à quoq̄ decipiaris incautus. Par fer me uitiū est in eo. & decipere, et falli. Nimirū prudentia sine simplicitate malitia est: simplicitas uero absq; prudē-tia stoliditas mera. Simplex qdem poteris haberi, si nulli insidias tetēderis: prudens uero si paratas tibi ab alio ꝓ-uide cauteq; delūseris. Vt de beato Iob legitur, qui erat simplex, et rectus. Simplex erat quia neminē læserat: re-ctus autem quia nullius insidiis flecti unq̄ poterat ad ne-fas. Et.n. quicunq; in hac procella imperturbatum illum tenorem continentiæ custodierit, omnibus sanè mona-chis uitæ sanctitate præstabit. Miramur esse quædam ani malia quæ per ignes medios sine noxa corporis natura ꝑtranseant: at q̄to id ē mirabilius, ut uir natura fragilis, so la Dei gratia morūq; disciplina munitus ꝑ hostes, ꝑ ignes & flammas securus, et illæsus transiliat. In summa ergo sicut non est fidēdum quicquam temere in hac re: sic nec committendum ut ob pusillanimitatem animi, tam ube-rem merendi materiam quispiam derelinquat: & fœmi-narum curā negligat, quas tueri, & docere sicut & uiros

ex officio tenetur. Fidelis, inquit Apostolus, est Deus, & non permittet tentari quenq̃ supra id quod pôt. Quin- 1.Cor.10.
immo si quid afflictionis ex eo fortasse contigerit, accipiet cum tentatione prouentum, & præmiũ laboris centuplum, neq; n. ex ea pietate patietur dominus quenq̃ labi, sed sic temperabit euentum, ꝙ si non prorsus absque perturbatione carnis, saltem sine noxa, & sine lapsu perstabit. Nimirum sicut tres pueri in accensa fornace Caldeorum positi, neq; consumpti, neq; combusti sunt, immo excussis superno rore flammis, multo clariores eo experimẽto fuere: sic & uobis, quum opus fuerit ex officio uestro tentationum subire fornacem, nihil uerẽdum est: mõ sitis (ut diximus) bene præparato pectore, idq; pie agat s: flamma quidem in rorem, & incendium ipsum in refrigerium cõmutabitur. Nec multum moueamini ꝙ humana tentatio in uestris sensibus perseueret, quando nec ad illorum quidem puerorum preces fuerit extinctus ignis, sed iniectos igni pueros uetitum est affari. Itidem neq; uos, & si tentationis ardor non cesset, ullus tamen libidinis æstus corripiet: quin etiam in media illa tentationum fornace gelido diuinæ gratiæ rore conspersos ita fouebit uos Deus, ut nulla interim flãma libidinis urat, nec ullus infamiæ fumus denigret. Quam ob rem uobis bene præparatis absq; cunctatione prudẽter cum Dei gratia gerenda res est: quando non aliter melius, aut regi Christiana res publica, aut dilectio nostra erga dominum apertius demonstrari possit, quàm quum proximi procuramus salutẽ: dicente domino apostolorũ principi Petro, Simon si me diligis, pasce oues meas.

De improbis desyderiis, & lasciuis cogitationibus reprimendis. Cap. VII.

SEd cõtinere se à mulierib' tñ, ac uitarẽ eaꝝ cõsuetudinẽ, satis nõ erit, ad hoc ut merito qs uel esse uel dici & castus & pudicus possit, sed oportet etiã ut

omnis mulierositas (sic nanque appellat Cicero cupiditatem mulieris) arceatur etiam prorsus animo, ne. s. latenter irrepant, ac penetrent penitus mentem lasciuæ, atque pestiferæ cogitationes, hæreantq; subinde cordi tenacius, quam ut postea aliquo possint studio, aut ratione reuelli. Hinc est enim fons & origo omnis concupiscentiæ, et peccati: qua re antequam diffundantur, sunt in suo fonte omnino cohibendæ, ne quando sensui aduersus rationē procaciter insurgenti aditum patefaciant. Nimirum tanta est uis cogitationis (ne forte eam parum cures) ut ad actum libidinis nisi cogitatione præuia homo adduci non possit. Quam ob rem (ut. D. Basilius differit) ante omnia in mente nostra beata est ipsa puritas, quoniam cogitatio, mentisq; consilium initium est earum, quæ in corpore fiunt actionū. Nam libido in corde hominis uoluptuarii primo concipitur & generatur: & inde in libidinem coeundi: & contaminationem carnis prorumpit. Vnde

Matth. 15 Dominus, Intus sunt, inquit, quæ coinquinant hominē. Hic propterea laborandum uel maxime nobis est quando omnes natura faciles, & proni sumus, ne dicam præcipites, ad fœdas cogitationes. Et ideo quo promptius est in his peccatum, eo diligentior est adhibenda custodia, ne peccemus. Peccata enim quæ in facto consistunt, & tempus, & opportunitatem, & socios, & adiumenta alia multa perquirunt: ac quæ uel sola cogitatione intus in corde perficiuntur: absque ullo exteriori negocio, aut labore facillime committuntur. Quo circa multi sunt, qui pudicitiam, modestiam, grauitatem, & cæteras eiusmodi uirtutes exterius in conspectu hominum facile seruent, qui tamen interim in mente, & in occulta officina cordis fabricant immania, atque exhorrescenda flagitia. Qua re quum hic facilis, & promptus sit casus, prompta quoque & accelerata sunt apparanda præsidia: ut medicum peritissimum facere uidemus, qui ubi suspicio est impendentis alicuius ægritudinis, ad occurrendum peri-

culo multo ante idonea solet remedia præparare, ne sit in mora: & possit, quum opus fuerit, ægrotanti succurrere. Medicina autem uera, & præsentaneum remedium ad auertendas eiusmodi cogitationes est, profugere statim ad orationem, lectionem, ieiunium uigilias uerberationes, confesfionem, labores, & ad alias eiusmodi exercitationes, ac distractiones mentis, & totis machinis (ut aiunt) longe ab animo propulsare libidinis fomenta, ac cæca dæmonis obsidentis præstigia: abducentes protinus animum à fœdis cogitationibus, ad memoriam nouissimorum, & ad cogitationem cœlestium, ac etiam infernorum: ut assueta frequenter bonis meditationibus mens discat id quod rectum est, ac sanctum, libētius meditari: & aspernari fœda, & perniciosa maligni spiritus consilia. Non enim melius carnales concupiscentiæ extruduntur à corde, q̃ si in earum loco spirituales meditationes protinus inducātur: quibus innixus firmiter animus ibidē iugis & assiduus immoretur, ne uacet ei ullo tempore eiusmodi nequitias cogitare. Scriptum est.n. ꝙ peruersæ cogitationes separant nos à Deo. Quo circa obstruendus est his prorsus aditus, ne per ignauiam, & secordiam nostram, furtim per corporeos sensus admissæ totam occupent mentem, ac subinde diripiant quicquid ibi repererint reconditum boni. Quare ut primum hæ sese insinuant, statim reprimendæ sunt, & propere à finibus, ut immanissimus hostis arcēdæ, ne si aut nimis appropinquauerint, aut portis sese cordis intulerint, non possint à nobis postmodum, etiam quum maxime uelimus, amplius effugari: q̄n postea nobiscū ꝑpetuo, ut inseparabiles comites rusticētur, peregrinentꝗ, pernoctent, uigilant: ac semper domi, ac peregre nobis hæreant, molestissimis stimulis iugiter infestātes. Optimum id sane est atqꝫ obseruandum consilium: quod qui neglexerit, ueneno profecto serpentis, quod sinu fouet abscōditum, citò pereat necesse est. Quicunqꝫ.n. errata q̄uis

Sapi. 1.

modica paruipendere consuescet, breui morula in profundum peccatorum descendet: sic & paruula scintilla, nisi celeriter extinguatur, ex paruis quantumuis initiis, maximum suscitare solet incendium. Itidem & olei macula, nisi cito eluatur, late diffunditur, atque inhæret tenacius, quàm ut eximi post facile possit, ut prius. Interficiatur ergo uiperæ fœtus, dum paruus est, et obruatur mortifera sementis in semine, antequam perducatur ad frugem: quæ in malis seminibus solet uberius abundare. Omne nanque uitium dum nascitur facile opprimitur, inueteratum inhærescit penitus, fitque mora, & consuetudine robustius. Inuigilandum itaque in principiis cogitationum, & omnes occasiones procul fugiendæ: ne sensim allecti uoluptatum blandiciis inconsulte deferamur in præceps, unde emergere amplius nequeamus. Atque hic sane uerendum est in paruis, sicut in magnis periculis: quando sæpius, ubi minime timetur, decidimus: & dum minima contemnimus pericula, in maxima incurrimus. Ideo noster sapiens, qui spernit modica paulatim decidet. Et neglecta solent (inquit Horatius) incendia
Eccle. 19. sumere uires. Nisi enim obstruantur fontes malorum, non desistent emanare, quæ scaturiunt inde fluenta. Nam nihil refert, si decurrens riuus alicubi intercipiatur mole aggeris, si ex quo defluit, fons integer maneat: quoniam uel rimam alicubi nactus exiguam alia uia elabitur: uel auctus aquis erumpit superne, & deuastat late omnia. Siquidem in his uoluptatibus fœdis, sicut in corpore ulceroso, nisi influentem prius humorem sistas, incassum adhibeas medicamina. A radice euellenda est uiuax ficus, quam cupis radicitus mori: nam si succidatur truncus superne, mox repullulabit, & rursum uberius fructicabit ,Expedit

hic quidem unumquenque intelligere infirmitatem suam: & quod infirmius in se cognoscit, id maiori præsidio custodire: atque undique præmunire, & obfirmare tutiori apparatu: sicuti in mœnibus urbiū fieri consueuit, ut ea quæ natura loci minus munita sint, acrius defensentur. Quam ob rem consideret unusquisque quàm iniquo loco certet, quove cum hoste dimicet: atque ut in bello martio, ita aduersus uenerem in pugna carnis nunquam fidendum putet: sed insidias, perfidiam, atque hostilia ubique etiam in tutò formidet, ne forte ubi, et quando minime timebit, opprimatur imprudens. Non enim tam graue ab hostibus armatis uidetur uitæ nostræ periculum imminere: quale ab circumfusis undique cogitationibus uoluptatum nostræ imminet pudicitiæ discrimen: ne quando corrumpatur, & pereat. Vitiorum siquidem initia facilius est cohibere, quàm impetus regere. Hæ sunt illæ paruulæ uulpes, quæ demoliuntur uineam: quas capi sibi Salomonia sponsa mandabat, dicens. Capite mihi uulpes paruulas, quæ demoliuntur uineam. Pusillæ siquidem, & adhuc recenti cogitationi facile resistitur, ne quid damni inferat uineæ animæ nostræ, at effecta grandior acrius sæuit, quàm ut fugari de corde pro arbitrio nostro possit. Vnde alibi scriptum est. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram: petra autem est Christus. Dum adhuc ergo paruulus est iste conceptus non miseraris eius, nec parcas ei, sed statim interfice, antequam augeatur, & roboretur, ut superari non queat. Paruam intelligo cogitationē de quacunque re sit illa, quæ uenit transiens: & tanquam aduentitia, & peregrina nihil in deliberatione moratur. Nam tunc, aut leue admodum, aut nullum est, omnino peccatum, quum sit naturalis atque humana

Cant. 2.

Psal. 136.

tentatio, & quæ inducat potius probationem, q̃ perdi-
tionem. Mentem autem non interpellari, nec pungi in-
terdum cogitatione aliqua mala, non penè minus im-
possibile est q̃ difficile, homini præsertim assidue aduer
sus diabolū in hac fragili, et mortali carne certanti. Quis
est enim adeo natura bene institutus, aut moribus adeo
bonis instructus, ut cupiditatum, & cogitationum mala-
rum stimulos quādoq; nō sentiat? Prauum est.n.cor ho-
minis natura, et procliue ad malum à iuuentute. Quam
ob rem nihil mirum si tam ex natura ipsius carnis, q̃ ex
dæmonis ministerio soleat etiā inuitis nobis sæpius eue
nire: ut tentemur, ita ut tam uideatur ferè esse officiū dæ-
monis propriū inducere malos cogitatus, q̃ munus om
nipotentis Dei obsistere, ne ueniant, et hominis natura ex
libera sua uoluntate nō consentire, ac à se reiicere, ne præ
ualeant, Porro neq; in nostra est potestate, neq; à nobis,
proficiscitur ut obstemus subitis, & concitatis motibus
animi, seu carnis: qui nos sæpe ex improuiso aggrediun
tur, sed fortassis nostrum est cum Dei gratia tamen resi-
stere insurgentibus, ac moderari furentibus, ne prorum-
pant ad illicita, & ad nefarios consensus, aut ad patrandā
aliquam nefandam turpitudinem nos alliciantur. Is nāq;
(ut. D. Hierony. ait) laudari debet, & prædicari beatus
qui statim, ut cœperit cogitare interficit cogitatus, & alli-
dit eos ad petram, petra autem est Christus: ad quem sa-
ne tanquam ad certum signū omnes nostros debemus
intendere cogitatus. Animorū siquidem, ut Cicero ele-
ganter differit duplex est motus, alter cogitationis, alter
appetitus, cogitatio in uero exquirendo uersatur: appe-
titus uero impellit nos ad agendum: usqueadeo, ut nun-
quam mens ab agitatione quiescat. Quo circa omnem
cogitationē, motumq; animi dicit oportere semper aut
in consiliis capiendis, ad bene beateq; uiuendum, aut in
studiis sapientiæ, uerīq; cognitione uersari. Hoc est assi-
due meditari in diuinis scripturis, in multitudine benefi-

ciorum Dei, et in infinita misecordia eius, et in immensa sapientia illius. Quod quidem, et si difficillimum est hominem tot mundanarum rerum curis implicitum perfecte præstare: quoniam multa sunt, et latissime patēt, quæ in hoc mortali corpore cum distrahant, atq; perturbēt: id tamen, nos qui cœlibem uitam degimus, sumusq; à tot molestiis liberi, si uoluerimus pro uirili nostra, et qua nobis à Deo donatur gratia, in his saluberrimis meditationibus assuescere, certissime consequemur. Et tunc menti ita fœliciter occupatæ ocium non erit inutilibus, et uanis cogitationibus indulgere: sed potius ex ea consuetudine continue cogitabit aliquid, quod uel ad suam uel ad proximi edificationem, salutemq; pertineat: uel saltem aliquid quod aduersus Deum nō sit: et si aliquando fortassis humanam quempiam utilitatem cōcernat. Prouidendum ergo est, et elaborandum maxime, ut intendamus rebus optimis, et mentem nostram nō nisi ad meditanda cœlestia et saluti necessaria conferamus: cogentes appetitum parere semper imperio consiliiq; rationis. Nam sicut cogitatio, quæ turpis est, puras quantumuis mentes inquinat, ita si fuerit honesta, et sancta etiā inquinatas purificat. Cæterum illud quoq; diligenter attendendum est, si quis præstiterit fortasse quidpiam præclari, ne propterea superbe sibi quicquam arroget, tanq̄ quicquam à se boni factū sit: sed potius id, quicquid boni erit, diuinæ clementiæ ferat acceptum. Nam licet bonum uoluntate nostra fiat, præ nostra tamen fragilitate, nisi diuina adiuti ope nos boni aliquid tanquam ex nobis præstare non possumus. Verumtamen, si quādo nos durius, atq; atrocius urgeat tentationum procella, nihil proinde diffidendum est de nobis, aut de diuina misericordia desperandum, sed magis magisq; piis precationibus insistendū, et desuper tranquillitas expetenda. Propterea primū toto corde orandum est, et quum id non sufficiat orandum et corpore: uidelicet manuum exten-

sione, tonsione pectoris, gemitibus, singultibus, suspiriis, eleuatione crebra oculorum in cœlum, genuflexionibus, lachrymis, & eiusmodi. Neminem profecto auxilium suppliciter exposcentem in tentationibus destituit unquam Deus, sed potius ei de tentatione ipsa prouentum donat: ut quondam Paulo apostolo, Hieronymo, Benedicto, Francisco, & cæteris sanctis: qui oppugnati in eo certamine castitatis acerrime, diuina tamen adiuti ope tentationum semper uictores fuerunt: utque maxime tentati sunt, ita & maxime exaltati. Dicit enim Anselmus tentationem, cui non assentitur, non modo peccatum non esse, sed meritum magis, & paratam exercendæ uirtutis materiam. Precandum igitur nobis est, non tam ut nulla subintret mentem tentatio (& si id optandum esset maxime) quàm ne nos capiat, & expugnet, ac nostrum extorqueat uiolenter assensum: quum perinde sit id, ac si perficiatur opere peccatum. Propterea Saram abbatissam Scithicam legimus tredecim annos acriter à fornicationis dæmone uexatam nunquam precatam fuisse, ut reiiceretur à se dæmon, sed tantum, ut non superaretur ab eo, dicens. Da mihi fortitudinem Deus meus. Sapienter ea quidem, quoniam sicut uno eodemque motu exagitatum cœnum fœtet, & unguentum fragrat: sic una eademque tentationum procella, casti prouehuntur ad gloriam, impudici demerguntur in gehennam.

Quæ sit humana tentatio, & quomodo moderanda sit. Cap. VIII.

Satis iam elucere arbitror, uel ex his quæ dicta sunt, aliud esse immundis cogitationibus agitari

& tentamenta carnis subſtinere: aliud ſordidis cupidita-
tibus inquinari, & tentationibus aſſentiri: quoniam nul-
la quamuis turpis cogitatio, ſeu tentatio uitio nobis
aſcribitur, niſi conſummatio peccati, ſeu ſaltem con-
ſenſus, ſiue delectatio fuerit aliquando ſubſecuta: quo-
niam non in uolucro carnalium cogitationum, ſed in
deliberatione, ſiue delectatione ineſt peccatum. Hinc
Paulus apoſtolus. Tentatio, inquit, uos non appræ- 1.Cor. 10.
hendat, niſi humana. Humana ſcilicet quæ inuitos
etiam adoritur: non enim arbitrio noſtræ uoluntatis
aduenit nobis, ſed in quadam naturali ſeſe inſinuans,
iudicium præuenit rationis. Vnde apoſtolus ad Ga-
latas dicit. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & Gal.5.
ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem ad-
uerſantur, ut non quæcunque uultis, illa faciatis. In-
ſunt quidem nobis uitiorum uelut igniculi quidam,
tam ex pondere humanæ corruptibilitatis, quam ex
uiſis, aut auditis, aut etiam per ſeſe conceptis imagi-
nibus, uel motibus quibuſdam rapidis, & in conſul-
tis, uel impulſu, atque perſuaſionibus dæmonum: qui-
bus ſi aſſenſus animus uoluntarie ſeſe aſtrinxerit, tunc
tandem dæmoniaca, & letalis efficitur tentatio, & de-
ſinit eſſe humana: quæ ex infirmitate humanæ fragi-
litatis abſque noxa homini euenire conceditur. Quis
eſt enim qui non ſubiaceat tentationi? quando & Ie-
ſus noſter ductus eſt à ſpiritu in deſertum ut tentaretur
à diabolo? & Iacobus zebedei apoſtolus, & cogna- Matth.4.
tus Chriſti dicat. Vnuſquiſque tentatur à ſua concu-
piſcentia, abſtractus et illectus, quum ea concepit, pec- Iaco.1.
catũ parit, peccatum uero conſummatum generat mor
tem. Et Iob. Tentatio ait, eſt uita hominis ſuper ter- Iob.7.
ram. Ita profecto res ſe habet: ut ſi quis uitam du-
cat abſque ulla tentatione, aut ignoratum à diabo-
lo (ut ſapiens quidam dicit) aut deſpectum ſe credat
quando uacare prorſus tentationibus, q̃diu in corpore

uiuimus,sit supra hominis fastigium, atq; angelicæ sane magis,q̃ humanæ uirtutis. Tribus modis (ut inquit Beda)agitur tentatio:suggestione, delectatione, consensu. Suggerere quidem aduersarii nostri est,delectari sensuũ, consentire autem tam humanæ fragilitatis esse potest q̃ malitiæ. Nam quicunq; et suggestioni resistit pugnans, uictoriæ corona dignus est, qui uero concepti in corde criminis delectatione afficitur,subito factus est dæmonis mancipium et æternæ mortis reus. Proinde ergo quum naturæ repugnare non possumus, atq; omnino fieri nequit,quin à propria concupiscentia et carnis ,et dæmonis suggestione tentemur,procurãdum nobis est (quod proxime dicebam)ut primo statim congressu, priusquã status mentis grauius agitetur,recens,ac nouella tentatio sopiatur. Hic autem in hac consultatione semper nobis in consilio adhibenda est domina,et magistra ratio, quæ nos doceat q̃ leue sit, quanq; momentaneum quicquid hic tantopere delectat,et afficit: quanq; anxium durum, fœdumq;,seruire libidini inhiare uoluptatibus, et carnis imperiis subiacere. Nam quicunq; licenter eiusmodi tentationis libere grassari permiserit, difficile erit postmodum,non efficere quicquid sibi diutina interim fuerit tentatione suggestum. De tentatione autem fornicationis, senex quidam ex illis patribus antiquis lepidissima quadam similitudine ita eleganter disseruit. Dicebat is nidori culinæ meritoriæ eiusmodi tentationem esse persimilẽ: quem quidem trãseuntium inde omnium nares olfaciunt:sed alii eo odore capti ingrediuntur tabernam, et epulantur nil nisi securitatem quærentes: alii uero de eo ipso nidore nihil curãtes,alicuius tantũ delicatioris assaturæ moniti,ultra uel famescentes pertrãseunt:quoniam nec olfatui consensit animus,nec suppressit appetitus rationem. Sic pari modo de obscœna tantatione existimandum esse dicebat: q; non magnopere curãdum est, si sine culpa nostra uariis perturbationibus impugnetur

sæpenumero

sæpenumero mens, & cõcutiat memoria uoluptatis mõ nõ supet assentiẽs tẽtatiõi,& ad nidorẽ nõ currat fœtẽtis libidinis,attractus blanda titillatione uoluptatis. Hic itaq; studiosissime cauendum est, ne quando fraudolenter,& occultis insidiis capiamur, & hosti nostro clandestina,ac intestina proditione tradamur. Nam & munitissimæ plerunq; urbes, quum diu multorum palàm obsidentium uiolẽtiam superauerint,occulta demum ciuis cuiuspiam defectione produntur, & qua hostis diuturna obsidione ferro,fame,tormentis,igneq; non poterat penetrare,sola deniq; unius ciuis perfidia adiutus irrumpit. Haud sane multo secius sæpe nos prodit insidiosa, atq; occulta tentatio: quã forte intra nos secure sine fraudis suspitione euagari permittimus, ut qui antea multis palàm oppugnationibus carnis diutius inuicti, ac intrepidi ualenter obstiterimus paruo subinde negocio, circunuenti dolosæ tentationis fraude succumbamus. Frustra quidem disponuntur præsidia in mœnibus,frustra portæ clauduntur,& claustra firmantur, si uel rima relinquatur incustodita,& aperta: per quam possit improuisus hostis irrumpere,& uiam inde sibi facere ad regiam capiendam: cuius potissima sedes est in corde: à quo omnis spiritualis uictoria triumphusq; dependet. Ideo extat sapientissimi regis consilium dicentis. Omni custodia serua cor tuum. Ibi quidem latent in insidiis hostes acerrimi, qui nos incautos trucidẽt. Vnde noster dominus. De corde inquit exeunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,fornicationes,& reliqua,quæ sequuntur.

Quomodo sit aduersariis nostris spiritualibus resistendum. Cap. IX.

prou.4.

NOn ab re profectò monemur omni diligentia obseruare & custodire cor nostrum quando id diabolus in primis tanquã præcipua munimẽta

sensuum exteriorum nitatur pro uiribus expugnare atq; non tam apertis oppugnationibus, q̃ occultis, & improuisis insidiis capere, & occupare. Transfigurat enim saepe se in angelum lucis, quum sit princeps tenebrarum, ut calidissimis dolis nos fallat, & sub alicuius boni specie comprehendat incautos. Hac spe igitur obsidere, & oppugnare cor nostrum uel occulto, uel palàm q̃diu uiuimus nunquam desistit. Nec mirum: quid enim expugnato corde habet praeterea homo uirium, quod non sit in illius potestate? Excubandum itaq; nobis est, & omni studio, & industria elaborandum, ut tanto hosti in nos tam immaniter saeuienti, fortiter, & uiriliter resistamus. Quo circa ut in bello solemus, quae uitalia sunt, & scuto, & armis protegere, & quae debilia sunt, munire firmiori praesidio, atq; tueri custodia potiori: sic, et in hoc certamine spirituali semper excubandum est, & nunquam intermittendae cordis excubiae. Caeterum non est nobis aduersus eiusmodi inuisibiles hostes armis fereis, & praesidiis corporalibus repugnandum, at potius spiritalibus inuisibilibus resistendum: quae sunt orationes, meditationes, uigiliae fatigationes, ieiunia lectiones, opera pietatis, uirtutumq; praesidia. Obsidet nos quidē Demon in hoc corpore uelut cinctos, septosq; non armis propriis, aut tutis moenibus, sed spe aduentantis praesidii, & auxiliorū expectatione securos: quare semper explorat, ac instat undiq; si quā forte minus stabilis minusq; fida par sit aliqua in nobis, per cuius aditum ad interiora, uel ui, uel fraude ualeat penetrare, atq; aliquando improuisos caede, incē-
1.Petri.5. dioq;, ac rapinis opprimere. Quā ob rem Petrus Apostolus, sobrii inquit estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quaerens quē deuoret, cui resistite fortis in fide. Proposuit idē certamen nobis prae oculis saluator noster Christus hac parabola
Luce. 11. dicens. Quum fortis armatus atrium suū custodit (idest cordis arcanum) in pace sunt omnia quae possidet. Vbi

uero fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Hoc contingit quum diabolus irrumpit in cor hominis, tollens omnem pudorem, & timorem, & omnem recte uiuendi disciplinam subuertens. Verum enim uero quũ nullum sit nec maius, nec magis præsentaneum remediũ in hoc tanto discrimine, quàm confugere ad Deum, & ab eo auxilium piis precationibus poscere, deinceps de ipsa oratione & præcatione dicamus.

De piis precationibus & diurno, & nocturno tempore frequentandis. Cap. X.

PRecationes ergo & orationes frequentes, & humiles nobis maxime necessariæ sunt ad expellendas malas cogitationes, & ad superãdas tentationes diaboli, atq; ad promerẽdam gratiam castitatis. Deprecatio siquidem est illa, quę ueri boni cognitionem inducit, quæ Dei amorem cõciliat, quæ nos denique reddit cõtra omnes impetus aduersantis cõcupiscentiæ fortes, & præmunitos. Nam ex facundissimi Ioannis Cassiani sententia, cum in omnibus uirtutum profectibus, & cunctorum expugnatione uitiorũ: tum in hoc præsertim certamine gratia domini uictoria speranda est: ubi p̃cipuo, ac peculiari dono Dei est opus. Non enim in multitudine exercitus uictoria belli huius acquiritur: sed (sicut legimus) de cœlo fortitudo est. Iccirco in ea re non fiducia uirium nitendum est nobis, sed uota facienda, sed auxiliũ desuper humilibus precibus impetrãdũ. Est.n. exire quodãmodo de carne est, hominẽ constitutũ in carne, desyderia carnis reiicere, ac blandis eius imperiis non parere. 1. Mach. 3 Ideo impossibile planè creditur quenquam mortalium posse suis (ut aiunt) pennis ad tam præcelsum donum, atq; cœleste officiũ subuolare. Nulla quidẽ alia uirtute tam proprie carnales homines angelicis spiritibus coæquantur, q̃ merito, & gratia castitatis: quæ quum subiecta sit ualidissimis insultibus carnalis concupiscentiæ,

tantæ fortitudinis esse non potest ut sua seipsa ope tuea-
tur. Quare assiduis precibus orandus est Deus, ut pro
sua pietate, & clementia præstet nos in ea re perseuerare
incorruptos. Et iccirco præter statas preces, & illud no-
strum horariũ officium, cui studiose, ac pie nobis quoti-
die uacandum est, addendæ sunt & aliæ laudationes, de-
precationes, & gratiarum actiones. Quin etiam ne pro-
pter nocturna tempora ulla sint intermissarum precum
dispendia, in ipso quoq; cubili ab oratione nõ est usque-
quaq; cessandũ: sed quoties exaturato longa quiete cor-
pore intermittitur somnus, cui castimoniæ cura est, psal-
mos, precesq; pias, uel semisopitus immurmuret, ut ue-
re dicere possit, quod legitur. Ego dormio cor meum
Cant.5. uigilat. Si uero senio, aut ægritudine, aut alia quapiã oc-
casione (ut fit quãdoq;) diutius uigilare in ipsis stratis cõ-
tingat: tunc meditando attentius psalmorum uerba sin-
gula, atq; sententias interpetrando, eo usq; de Deo cogi-
tet, quatenus mentem rerum sæcularium curis liberam,
ac diuina solũmodo meditantem, placidus rursum som
nus auferat. Solet enim in ipsis noctis tenebris experre-
cta mens acutius intueri, ac uelut clariori quodam lumi-
ne irradiata, misteria sanctiora, atq; secretiora rimari. Nã
facta intermissione curarum animus per soporem mem
brorum expeditior, ac promptior ad meditandum in-
surgit. Sed etiam mortis memoria tunc mordacius strin
git, quatitq; uehementius, quàm interdiu: quod ad tollẽ-
dam uoluptatum titillationem cõducere maxime uide-
tur. Hoc autem ideo admonendum censui, quoniã osci-
tantibus, ac ociose torpentibus nobis innumeræ dæmo-
num fallaciæ, & fœda cogitationum fantasmata nostris
solent animis obuersari, & cum his impudica desyderia,
fomentaq; atq; excitamenta libidinis. Quod quidem
Psal. 118. quum optime nosceret Dauid rex ille sanctissimus, & si
multis alioqui distractus negociis, septies tñ per diem, ac
media nocte surgens domino laudes decantabat, & in

matutinis meditabaţ quomodo is fuisset adiutor sibi:ut in suis canticis ipse de se contestatum reliquit. Quid nobis modo faciendum censetis?quibus illud redemptoris nostri Iesu assidue in auribus perstrepit, Vigilate,& orate,ne intretis in tentationem. Nempe oratio casta,et peruigil est illa,quę hominis animum adhuc intra carnis septa præclusum,& in terris degentē, miro quodā ascensu sublimem in cœlum tollit:& Deum ipsum,quantum fas optare mortalibus,mentali propius repræsentat obtutui. Hæc inquam est illa,per quam tanta in ipsum Deū, ac proximum accendimur charitate,ut nullæ niues, nulla frigora, nulli imbres beatum illud incendium possint extinguere. Hæc est deniq; qua usqueadeo à terrenis cupiditatibus abducimur, & à carnis desyderiis amouemur,ut nihil uilius existimemus quàm terrena:nihil facilius obliuiscamur quàm carnalium uoluptatum. Magna inquit Chrisostomus arma sunt preces,magna securitas, magnus thesaurus,magnus portus:indeprædabile præsidium:modo sobriæ sint,& mens nostra undecunq; collecta,ut nullus aditus inimico nostræ salutis fiat peruius. Sit ergo hæc precatio castis mentibus assidua comes,et admissa intimis penetralibus cordis, inde nunquam recedat. Hinc sibi quisq; constituat contra cōcupiscentias familiare prefugium : ut simulatq; ingruerit hostis, statim mentem ad cœlum tendat,atq; ardenter oret Deum,nihil hæsitans inde paratum affore sibi semper auxilium. Psal.90
Clamabit(inquit dominus)ad me,et ego exaudiam eū: cum ipso sum in tribulatione,eripiam eum, et glorificabo eum. Clamet ergo quisquis tentatur ad dominū, qui saluare nos potest:clamet autem non in contentione uocis,sed in lenitate potius et in simplicitate cordis,et dicat cum propheta. Miserere mei Deus quoniam infirmus Psal.6.
sum,et quoniam conturbata sunt omnia ossa mea,et lūbi mei impleti sunt illusionibus,et non est sanitas in carne mea. Exurge domine adiuua me, et refloreat caro

mea uigore pudicitię:& similia uerba. Is sanè sentiet, qui hoc fecerit, auxiliū de sancto, & inuisibiliter adiutus cantare mox poterit cum eodem propheta, Audiuit dn̄s, & misertus est mei, & ipse factus est adiutor meus. Verum inter orandum nobis solicitè aduigilandum est, ne ineptis, & uanis uagationibus ita mēte aberrimus; et abstrahamur à nobis ipsis, ut aliud ore, aliud corde dicamus: quum uocis sonus cum sensu cordis, in oratione absq; ulla discrepantia copulandus sit. Quæ.n. dementia nostra est, ab alienatis nobis, ac extra nos positis, uelle Deum attentum, & memorem nostri esse: ac nesciētibus nobis quid precamur, preces nostras audire. Non est id sane orare Deum, nec placare, sed Deum potius irritare, & infestū reddere ac contra nos ipsos prouocare. Quā ob rem orare dominum non labiis tantū, sed tota mente, & toto corde debemus, & tunc minime dubitandum est quin postea efficax, & fructuosa sit nostra precatio, et apprime nostris usibus profutura.

Psal. 92

De castigatione carnis. Cap. XI.

VEruntamen scias te tandiu esse tutum posse in hoc certamine q̄diu fœminarum consuetudinē, atq; conspectum caues: repellisq; obscœnas cogitationes, atq; clamas frequenter ad dominum, et propterea meminisse debes oportere te semper accinctum stare, et quocunq; locorum pergas hostem, qui cū assidue decertandum est semper in esse tibi. Intus enim et in te sunt insidiæ, intus periculum, intus bellum, et formidabile certamen: ut iam nihilo sane magis ab externis hostibus, q̄ ab intestinis odiis, et domesticis insidiis uerendū sit. Caro quidē sua, qua tenetur quisq; captiuus, qa prona est semper ad malum, et præcipue ad libidinem, nobis quotidie uel potius singulis horis, atq; momētis, bellū indicit, nos oppugnat, nobiscū certat, et infestis signis, nulla spe pacis, aut induciarū intermissione confligit. Pugnat inquit Apostolus caro aduersus spiritum, et spiritus

Gala. 5.

aduersus carnem. Ecce intestina bella dissidiumq; perpetuum atq; assiduus carnis spiritusq; conflictus absq; ulla penitus pacis spe. Hac ipsa pugna idem quoq; Paulus Rom. 7.
uas electionis, & usq; ad tertium coelum raptus, quum aliquando sentiret sese acrius agitari, q̃ uellet: ita secũ de semetipso expostulans scribit. Video, inquit, aliã legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Hinc & ille poeta ethnicus. Video meliora, proboq;, Deteriora sequor. Est ergo caro ipsa humana, ad omnem uoluptatem, & uitiũ sua pte natura procliuis, ut non nisi animi imperio coacta, ac ui spiritus subiugata, castimoniam, aut uirtutem omnino sequi uelit, aut possit. Quam ob rem quicunq; uoluerit in eiusmodi tam acerrimo conflictu uictor euadere, nec sue effici cõcupiscentiæ captiuus, oportebit interim perniciosa quæcũq;, & infesta uitare, & modis omnibus carnis petulantiam coercere, atq; eam ipsam continentiæ, et sobrietatis habenis compescere, & abstinentiæ, ieiuniorumq; parcitate reprimere. Est.n. caro nostra haud multum dissimilis equo pabulo, ocioq; nimio exultanti: qui q̃to ualidior, atq; ferocior fuerit, tãto illi & peritiori aurigа & acriori domitore. At opus. Q̃d' si forte negligẽtẽ, et pauldũ nactus fuerit magistrũ, aut sua eũ ferocitate decutiet dorso, aut in p̃rupta deducẽs inde stati dabit. Nõ est ergo ut studeos uegetũ, ac nimis ualens corpus habere, nã q̃to illud fuerit ualidius, tãto acrius urgebit spiritũ: et effectũ ex eo intractabile, egrius parebit imperio rõnis. Norat id optime sæpe memoratus, ac memorãdus 1.Cor.9.
Apostolus, qui de semetipso hæc scribit. Castigo, inquit, corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne quũ aliis p̃dicauerim ipse reprobus efficiar. Machariũ quoq; Alexandrinũ & ipsum hoc usum fuisse remedio legimus: q ad domãdam carnẽ saccũ sabulo plenũ ad extremã usq; lassitudinem sæpius circunferre solebat: & interrogatus aliq̃n à quodã, q̃d supuacua illa sibi uellet op̃a: respõdit. Nisi ita

corpus affligerem, animæ periclitandum fuisset. Idem ferme præstitit Lithoforus monachus: qui per trienniū, et ultra ex consilio senioris, cui sese in disciplinam tradiderat, pergrande saxum bis quotidie tria passuum milia humeris portare consueuerat: et tantū abfuit, ut perpessi tam diu laboris illum unquam pigeret: ut post hæc tempora alacrior ad corpus magis fatigādum adiici adhuc aliquid priori oneri precaretur. Neq; id temere, aut ab re à prudentissimis uiris factum fuisse credendum est. Nimirum (ut diximus) indomitaret effrænis est caro hominis, et nisi cura diligenti, et studio solicito castigetur, uti immanis fera missa è cauea, exhilarata libertatis munere, sæuit acrius, q̄ ut possit amplius comprehendi uinculis, et uincta sub custodia contineri. Cohibenda itaq; hæc ipsa in camo et freno, et ut equi ferocientis, non scite minus, quàm uiolenter, eius est coercenda, atq; domanda proteruitas: ut domita tandem discat parere habenis, sistiq;, et agi, ad nutum, libitumq; sessoris. Verum quia nemo est (modo is sanæ mentis sit) qui pro usu equitādi non sibi malit equum usitatum, et domitum, q̄ intractatum, et nouum: quam ob rem non is tātum quum opus fuerit equitare, exercendus erit, sed antea tempestiue: ut semper quum uelimus, instructum, et domitum habere possimus. Ita quoq; quicunq; perdomitam habere libidinem uelit, discat domare carnē ab adolescentia, et optimis præceptis communire sese antea: ut par esse periculis possit. Quibus potissimum rebus fiat iam dicere aggrediamur.

De uigilia, ieiunio, et parsimonia. Cap. XII.

QVicunq; autem caste uiuere, et carnem domare desyderat, uigiliis omnino intendere debet: neq; ullo pacto somno, desidiæq; uacare: hæc enim reddunt mentem ad resistendum tentationibus tardio-

rem, carnem uero ad excitandam, atque ad exercendam libidinem promptiorē: quare longa uigilia potius, quàm longo somno utendum est: utrinq; tamen pro incolumitate corporis seruanda modestia. Ait quidem Hippocrates in suis Aphorismis, somnum, & uigiliā, utrūq;, si modum excesserit, esse morbum. Non ab re profecto institutum fuisse uidemus, ut horis antelucanis surgant è stratis religiosi ad persoluendas laudes domino, ne uacet. s. experectis repetere somnum, aut per desidiam turpia cogitare. Tunc enim maxime excitatur, ac stimulatur caro libidine: quando ex longo somno reparatis uiribus discit ex ignauia luxuriari: unde prouerbium. Titillantium uoluptatum mater est culcitra. Quā ob rem statim ubi expergiscimur exurgendū est à cubitu, & abicienda opera tenebrarum, ut ait Apostolus, et induenda arma lucis. Rom. 13.
Et enim nihil est quod magis officiat proposito castitatis, q̄ post somnum desidiose iacere. Decet siquidem languidos artus fouere interdum quiete, & blandimentis quibusdam, sed quatenus tam corporis, quàm animi uigor interea reparetur: non autem ut turpiter langore, & desidia contabescat. Nam tunc potissimum in uaria uisa, & fœdas species somniorum incidimus: hinc proueniunt mirabiles sæpe turbationes, & inhonestę, & obscœnę pollutiones, quarum pudet postea etiam reminisci. Sunt quidam qui usque ad horam prandii dormitant, & pransi somno se iterum dedunt. O uitam miserandam eorū, qui sese tam molliter plumis sepelientes, ut paulo post duriter cum diuite illo splendido sepeliantur in inferno: de quo scriptum est. Mortuus est diues, & sepultus in inferno. Luc. 16.
At sunt qui pro maximo commodo habeant, si diutius dormiant, ueh quicunq; sit ille, qui euigilare faciat hanc spōsam, donec ipsa uelit. Endymionis per me somnum dormiat: illos alloquor qui cupiūt uigilare. Succedat autem uigiliæ, uel potius cōcurrat pro salutari remedio ad proterendā libidinem salutare ieiu-

nium: dicit enim scriptura diuina. Bona est oratio cum
Tobie. 12. ieiunio. Eiicere enim uolentibus carnalem concupiscen-
Matth. 17 tiam, uti pessimum dæmoniorum genus (quemadmodũ
saluator noster affirmat) opus est cum oratione ieiuniũ.
Facit id quidem egregie tum ad multa, tum ad dæmo-
num fallacias, & ad carnis concupiscentias superandas.
Scribit Porphirius philosophus, impius alioqui, et hostis
nominis Christiani (ut refert Christianus auctor Eusebi')
hominum corpora malorum dæmonum plena esse, eorũ
præsertim qui cibis delicatioribus uescuntur. Comeden-
tibus, inquit, adueniunt hi nobis: & hærent corpori: iccir-
co ieiunium, & castitatem maxime cõmendari, non tm̃
ꝙ Deus bonus principaliter istis placetur, sed ut recedãt
illi, qui sanguine, & immundicia delectantur. Hæc ille.
Quid ergo mirum, si dñs noster Iesus cũ dæmone cer-
taturus ad nos instruendos diutino sese prius ieiunio præ
munierat: indicans non posse dęmonis fraudes fœlicius
superari, q̃ ciborum, et lauticiarum abstinentia. Olim qui-
dem in publicis certaminibus athletarum, corpora solidio-
ra, ualidioraq́; ad pugnam certa quadam ciborum lege,
& continentia reddebantur: qm̃ corpus affatim satura-
tum efficitur imbelle, & graue, utpote opimum, & abdo
mine tardum, ac propterea minime idoneum ad ineun-
dum certamen cum fortibus. Feruent enim uenæ ci-
bi, ac potus nimia repletione succensæ: & uenere di-
stento, acrius, & uehementius genitalium pruritus ex-
æstuat. Nimirum satis constat, quicunque studiosius
gulæ, palatoq́; inseruit, eum intemperantiorem in dies
euadere, & ad uenerem fieri semper ardentiorem.
Subministrantur profecto his deliciis grandia fomen-
ta libidini: quo circa qui tollere eam cupit, nihil con-
ducibilius facere potest, quàm libidinis matrem inglu-
uiem prorsus tollere: à qua potissimum generatur, &
alitur uigor libidinosæ uoluptatis. Nam nihil æque in-
flammat, & titillat sensus, ac excitat membra, præsertim

obſcœna,ut cibus nimius,indigeſtus,& crudus. Ideo in quotidiana precatione cantat eccleſia. Carnis terat ſuperbiam,potus,cibiq; parcitas. Prout quiſq; ergo uel indulſerit,uel moderabitur uentri,ita pari modo & ueneri. In magna quidem ubertate, & ſaturitate ciborum neceſſario caro noſtra laſciuit:qua re ſicut opima nimis ſata depaſcenda ſunt ſtatim in herba:ita & carnis petulantia ſtatim à principio comprimenda:ne poſtmodum ex nimia irriguitate,luxuriet. Nam quemadmodum nimium pinguis,& humida terra ex ſe uermes tantum,muſcumq;,& inutilis herbas ipſa ſua feracitate producit,exiccata uero, & probè culta, fructus, & fruges optimas:ſic caro ipſa ſuperfluis irrigata epulis marceſcit libidinè, enutrita autē parce, & bene macerata ieiuniis, fructicatur abunde, & cum maxima continentiæ ubertate uireſcit. Hanc autem ſuperfluitatem ciborum adeo Plato uitandam duxit, ut diſcipulis ſuis uetaret,ne quis eorum bis in die ſatur fieret. Aſſerebat enim eum uti mente integra non poſſe, qui ſit ſuperfluo cibo, potuq; repletus. Galenus quoque medicæ artis princeps tradit, illorum corpora,quorum uita,atq; cura in ſagina eſt,nec ſana eſſe,nec diu poſſe ſuperuiuere : menteſq; eorum nimio ſanguine, et adipe, quaſi luto inuolutas, nihil ſubtile, nihil cœleſte meditari : ſed aſſiduè de cibo potu, uenere, et uentris ingluuie cogitare, et loqui. Vnde Ioannes Chriſoſtomus. Ieiunās(inquit)leuis,& alatus,et cum ſolertia orat, Deum placat, et in ſurgentem animum deprimit, et improbas extinguit concupiſcentias. Cum eius dicto conuenit illud frequens in ſacris uerbum. Ieiunium mentem eleuat, uirtutem largitur, et præmium. Nihil ſane fortius libidinem reſecat, iuuentamq; coercet, quàm ieiuniorum frequentia,et ſobrietas epularum. Quod quidem quàm ſit probabile, nemo compos mentis ignorat: quum quotidie id in ſe quiſque ſoleat experiri. Nimiuitæ ſiquidem in uerbis

Ionæ ad ieiunium conuersi, refrigerato libidinũ suarum
Gen. 19. ardore, flagitiis prioribus ueniam impetrarunt. Cõtra ue
ro Sodomitæ, & Gomorrei in saturitate, & ocio perdu-
rantes, & suos nefandissimos: concubitus prosequentes,
sulphure, & igne demisso cœlitus, in fauillam, & cinerẽ
una oẽs cum suis urbibus pariter abierunt. Iudæi quoq;
per Ieremiam à domino ob suam, securitatem arguun-
tur fornicationis. Saturaui inquit eos, & mœchati sunt: et
Iere. 5. in domo meretricis luxuriabantur. Et alibi. Sedit, inquit,
Exo. 32. populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Et
Deut. 32. rursum. Incrassatus & impinguatus est dilectus, & recal-
citrauit. Adam sane quandiu ieiunauit in paradiso uirgo
permansit, comedit, & statim eiectus est, & commixtus
uxori decorem uirginitatis amisit. Quicunq; ergo car-
nalem cupit refrænare petulantiam, tenui, ac simplici uta
tur cibo, & crebro ieiunet: quoniam qui in eo sibi tem-
perare nescit, à sua cõcupiscẽtia, cito fertur in preceps.
Carnis quidem natura truci tauro cõparari merito po-
test: qui saginatus amplissime, & liber abire permissus,
incedit superbus, calcitrat saliens cornu petit, & pedibus
(ut ille ait) spargit harenam: & toruum minitans, quibus-
cunq; fit obuius, etiam impetitus insultat: eum enim co-
git obesitas ferocire. At ubi aliquot diebus maceratus fa
me effectus est macilentus, repente omnis pristinus se-
datur furor, ac genuinus ille uigor, maxima ex parte re-
stinguitur: atq; ex eo factus mitis de uia cuiq; cedit, satu-
ritatem iam potius, quàm pugnam meditans. Inde fa-
ctum est, ut ferocium taurorũ cornibus fasciculos è fœ-
no alligare antiqui pastores consueuerint: ut scilicet insi-
nuarẽt nullam aliam ob rem, nimiam illam ferocitatem
eis, quàm propter nimiam saturitatem pabuli ꝓuenisse.
Et hinc emanasse ferunt frequens, usitatumq; prouerbiũ:
ut quãdo cauendum esse à quoq̃ significare uelimus, eũ
dicamus fœnum in cornu gestare. Celebratur quoque
in ea re præclarum Cratis philosophi dictum. Amorem,

inquit,ſedat fames,ſin minus,tempus: eis uero ſi uti non uales,laqueus. Prætereundum non eſt hoc loco, quod de Iudith illa nobilisſima Hebrȩa in ſacris uoluminibus legitur:quæ elegantisſimæ formæ, & florentis ætatis fœmina præter Sabbata,et Neomenias feſta Iudeorũ,quæ Iudith.8. non niſi hilariter mos eis fuerat celebrare,diebus ſingulis ieiunaſſe memoratur: non ob aliud, niſi ut domaret inedia iuuentutem, & macie reprimeret pulchritudinem, qua maxime præſtabat,atq; pariter ſtabiliret ea ſua tanta abſtinentia & mentis, et corporis caſtitatem:quoniã uigor pudicitiæ carnis infirmitate roboratur. Quid enim ſi recte perpendimus,eſt aliud ieiunium,quàm caſtigatio iuuentutis?pallor pulchritudinis?decus, ac ſingulare fomentum caſtimoniæ. Legitur propterea Pythagora antiquisſimus philoſophus:nunquam neq; ſaturitati, neq; ebrietati,neq; ueneri operam dediſſe?quæ tria bona inſeparabili ſanè amicitiæ nexu iungũtur:et pari ſaltu ad laudem,et gloriam uirtutis attingunt.

De temperato, et modico potu:deq; frugalitate in cibis utenda. Cap. XIII.

IN potu etiam non alius,aut minor modus nobis eſt adhibendus,quàm in cibo,ſed potius in utroq; præcipua,et obſeruanda frugalitas: nam nimio potu(ut multis contigere ſæpe uidemus) facile poſſumus in aliquod magnum dedecus labi. Vinum quidem modice ſumptum roborat uires,hauſtum uero immodice,ingenium hebetat,ſtatũ mentis euertit, et lumen rationis obſcurat. Noe ad unius horæ ebrietatem, nudauit turpiter fæmora, quæ per ſexcentos et amplius annos ſobrius, uſquequaq; contexerat. Loth licet iuſtus, et pudicus,tamen ob temulentiam extra ſe poſitus, quum quid ageret neſciret, imprudens cum filiabus ſuis, ab eis doloſe decœptus concubuit; quod ſobrius nec cogitauit unq̃,

nec cogitare potuisset: quum is unus dudum fuisset singulariter castus, et mundus, ex uniuerso ciuium suorum numero inuentus: et propterea, consumptis uno incen-
Luce.1. dio omnibus, solus præseruatus incolumis. De Ioanne Baptista legitur, neque uinum, neque aliud quic-
1.Timo.3 quam quod inebriare posset tanquam bibisse. Paulus apostolus Timotheo suo, qui iam longa sese abstinentia fregerat, et stomachum suum assidua potatione aquæ corruperat: uti modico uino propter stomachum, et frequentes eius infirmitates indulsit alioqui non uini potum suasurus, sed aquæ propter eius iu-
Leui.10. uentutem. In Leuitico legimus, Aaron summum sa-
Ezech.44 cerdotem, ac reliquos inferiores ingressuros templum, quandiu ibi deseruirent, non bibere solitos uinum.
Tit.2. Quod præceptum Apostolus quoque noui testamenti legatus confirmare uidetur, ubi mandat sacerdotes non debere esse uino multo seruientes, sed sobrios. Sed et apud Ægyptios (ut tradit Plutarchus) nefas erat sacerdotibus uinum gustare. Verum nobis quibus uini usus non interdicitur, et si non à uino more istorum abstinendum prorsus ducimus, sobrietati tamen uacandum esse et modico uino utendum arbitramur, et ut docet Apostolus, eluendum largiter merum, et omnem crapulam fugiendam. Scriptum est enim
Eccle.3. Exultatio animæ, et cordis, uinum moderate pota-
Ephe.25. tum. Et alibi. Nolite inebriari uino, in quo est luxu-
Prou.20. ria. Item, luxuriosa res est uinum, et tumultuosa ebrietas. Est quidem ebrietas intima, atque indiuidua comes libidinis. Nam iuxta Comici dictum. Si-
Eccle.19. ne cerere et baccho friget uenus. Duo referuntur in ecclesiasticis sententiis, quę apostata re faciant etiam sapien
Prou.23. tes uinum: et mulieres. Recte Salomon in prouerbiis dixit uinum blande ingredi, sed mordere tandem ut coluber, et sicut regulus uenena effundere. Plato quoque in libris quos de legibus edidit uetat pueros ad annum usque

duodeuigesimum uinum bibere, ne uini calor ad feruorem ætatis accedens, tantum incendium libidinis suscitet, quod postea succedente ætate, nullis posit aquis extingui, Hoc et Romani illi prisci probe norant, qui uino diu fœminis interdixerant: ne dum igni (ut aiunt) ignis accedit ebrietatis æstu correptæ libidinis flagrarent incendio. Solutior quidem esse solet post potum licentia: pudorq; ubi sobrietas abfuerit, facile euanescit, et mens subinde, uelut amisso ductore, impulsa temulentiæ impetu, ad omne nefas per lubricum libidinis rapitur. Et propterea recte quidam asseruit, pudicitiam sine his comitibus, abstinentia scilicet et sobrietate fidem sui facere nō posse. Valde quidem aberrat, quicunq; existimat, cibo, potuq; lautissime posse frui, et pariter uacare pudicitiæ: quum nil aliud sit uelle seruare in his fomentis castimoniam, quàm uelle, uel pice, uel oleo restinguere incendium. Non Ætnei ignes (ut eleganter. D. Hieronymus ait) non uulcania tellus, neque Vesæuus tantis ardoribus æstuant, ut iuueniles medullæ uino plenæ, et dapibus inflammatæ. Nolim tamen dum hæc referimus, ita nimio frugalitatis studio quenquam grauari (et si parum uerendum sit) ut sub ipso statim abstinentiæ onere, nimia parcitate succumbat. Aliis nanq; alia naturæ uis est, et pro corporis uiribus, est et abstinentia moderanda, et laxanda frugalitas: quatenus et cibus, et potus pareat necessitati, non uoluptati: uiresq; corporis instauret ad usum uitæ, non ad abusum uoluptatum, atque lasciuiæ: quæ ex eiusmodi consueuit repletionibus exoriri. Dixi hæc quidem, quoniam posset contingere, ut aliquis nimio quodam abstinentiæ feruore concitus, dum uirium suarum rationem non habet, nimia fractus inedia prius concidat in aliquam ægritudinem, q̄ reportet de suo proposito sanctitatem. Q uā ob rem tam in cibo, q̄ in potu (qn̄ præfiniri melius non potest) eā mediocritatis mensuram

seruandam,atq; eum semper modum tenendū esse existimo,ut quisq; tantum ex his capiat quantum ualetudini sit satis,non autem quantum edendi,aut bibendi libidini placeat:quæ et modo,et modestia carere plærunq; solet.Sedare quidem sitim debet uini potus, non accendere:cibusq; uigorem membris addere, nō torporem. Siquidem omnia moderate,parceq; sumpta semper innoxia sunt:ac immoderate,et sine discretione, sæpe mortifera.In summa autem considerandum est, quātum sibi natura cuiusq; requirat,et corpus ita alendum,ut uiuat,et ualeat,ac etiam uigeat:non autem ut crassescat,niteat, et lasciuiat.Propterea uitare oportet frequentes comessationes, ac nimis instructa conuiuia et apparatas epulas, eos,qui castitati student,quoniam in his locis,tum ob nimias cupedias, atq; lautitiā, tum ob sodaliū scurrilitatē, homo alioqui frugi,metam plærunq; frugalitatis excedit.Quis enim inter tot præciosa, et selecta uina potare sobrie,et inter tot liquamina,placentas,bellaria,et sexcētas id genus epulas, edere parce, aut frugaliter poterit? Quantum autem præstet sobrie et temperate, et cū appetētia comedere,quàm exquisitissimis, et luxuriosis eduliis saginari.M.Cicero pulcherrima nobis similitudine, sic quasi digito,monstrauit.Obesos enim atque refertos epulis, sudantes, ructantesq; tanquam opimos boues, siccis,et sobriis conferri iubet, et tunc demum ex ea cōparatione dicit constare posse,eos qui uoluptatem maxime sequuntur,ex ea mole corporis, et tædio, qđ obesitate contrahitur uoluptatem minime consequi,et propterea satis constare iucunditatem uictus esse in desyderio,et non in saturitate. Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet: ait Horatius. Celebrantur in hoc genere laudis frugi Lacedæmoniorum mores: qui olim tantæ fuerunt parsimoniæ,ut non nisi uenandi studio,labore,cursu,sudore,et fame,deniq; et siti,epulas suas condire consuescerent.Sed et persarum tam parcus uictus à

Xenophonte refertur, ut neget eos ad panem adhibere solitos quicquam præter nasturtiũ, ex quo à re uenerea semper habiti sunt continentissimi: usqueadeo ut nemo unquam nisi cum propria uxore misceretur: & esset in Persia nullus adulter: sicut superius dictũ est, quũ Christianorũ adulteria damnaremus. Apud Romanos quoq; ubi luxuria increuit, publicis epularum interdictis prouisum fuit, ne quid in mensa apponeretur uolucrum præter gallinam, quæ tamen non esset altilis. Studendum est ergo sobrietati, neq; corpori nisi eo usq; indulgendum, quatenus illius robore animus sustentetur, & uigeat: uerũ ab his, quæ incitamenta libidini subministrant, quæcunq; ea fuerint omnino abstinendum. Sed sciendum est, q; crapula non ad castitatem solummodo impediendã idonea est, sed ad omnem etiam actionem perturbandam promptissima. Propterea Romulum illum cõditorem urbis legimus uini fuisse parcissimum: q; in constituẽda tãta. R. P. maxima, & difficillima sibi essent negocia peragenda, quæ nisi a bene sobrio bene tractari, disponiq; non possent. Quam ob rem uocatus is ab amico quandoq; ad cœnam, quum ibi tũc minimum bibisset, eo q; postridie esset ei ualde serium negocium peragendum, dixit ei quidam ex familiaribus, quasi per iocum. Si ad istum modum bibant omnes homines, breui fore, ut uinum uilissime ueneat. Respondit ille. Immo uero carissime: si ut ego, quantum quisq; uolet bibat: nã bibi equidem quantum uolui. Id in quosdam intemperantes arbitror dictum, qui nunquam uidentur sibi esse satis repleti uino: ac se totos optant in spongias uerti, ut auidius, & plus uini hauriant. Bibunt hi quidem multum, & quantum possunt effusius: at non quantum uolunt abundantius. Hæc de potu, & sobrietate dixisse sufficiat, iam transeamus ad reliqua, quæ possunt inflammare libidinem.

De delectu ciborũ ad cohibẽdã libidinẽ. Ca. XIIII.

TRia esse in coitu necessaria tradunt medicæ artis scriptores: calorem scilicet inflammantem, inflationem alleuantem, humorem exundantem: & propterea quæcunque id præstant uitanda esse, ab his, qui restinguere æstum, ac pruritum, fluxumq; libidinis optant. Quæ autem ea sint quæ inflent potissimum quæve accendant, aut quæ frigere faciant, longum hic esset singula recensere: satis sit nobis, quæ uulgo notiora sunt, & quæ frequentius ueniūt in mensam paucis referre: si quis uero uelit diffusius noscere, reuoluet medicorum uolumina, à quibus copiosissime referuntur, quæcunque hic possunt desiderari. Ab Eruca ergo syluestri imprimis abstinendum est, quam maximum afferre ueneris incitamētum omnes affirmant: poeta etiam dicente. Venerem re uocans eruca morantem. Apio similiter parcēdum. Sic Capparibus: item Bulbis, Cartamo, Croco, Piperi, Mentæ, Dragunteæ, Sinapi, Asparago, Pestinacæ, Raphano, Rapæ, Napis, & eiusmodi. Hæc de oleribus. In leguminibus autem Fabarum præcipue, & Ciceris nimia repletio uitanda est: cæteris quoque leguminibus utēdum parce, quoniam humorem, ac uentum afferunt: concitantq; ob id ardentius libidinem. Quam ob rem auctore Cicerone, Pythagoreis interdictum fuisse putatur, ne fabæ uescerentur, quod magnam habeat is cibus inflationē, quæ mentis tranquillitatem cupienti est apprimè aduersa: & ueneri oppidò amica. Et propterea legimus Commodum Cæsarem ueneri deditissimum legumēti cuncta genera pro corroboranda libidine ad conuiuium iam desueta rursum suis temporibus reuocasse. Persica insuper (ut & de fructibus dicamus) in corpore calido, & sicco augent uehementer calorem: in aliis autem minus noxia. Mala uero, & pira, & uuæ & cætera eiusmodi in ea re maxime nocent: quo circa & his quoque temperandum est. At qui nuces, etiam & pistacea, & palmarum fructus sunt prorsus fugiendi. Corilorum autem, seu

auellanę, ac pinearum nuclei ob eam rē sunt maxime infames. Auium quoq; genera à pudica mensa, sunt procul arcenda: quæ alere unà cum corpore, uenerem maxime creduntur. Huius generis sunt Anas, Perdix, Turtur, Phasides aues, Passeres, ac cum his pariter caro omnis glutinosa. Sale quoque ex eo Ægyptios abstinuisse auctor est Plutarchus, ꝙ acriter irritare libidinem putabatur. Hinc ferunt ex salsis undis Venerem progenitam, ꝙ hæc impudicitiæ dea habita sit. Pisces præterea omnes recentes, eadem ratione cauendi sunt, sed in primis à Coclea. & à Sepia, & ab Ostreis in omnem uitam abstinendum: & unà cum eis ab his omnibus, quæ non tam usui, & necessitati adinuenta sunt, pro alimento corporis, quàm confecta pro oblectamento palati, & saturitatis ad uoluptatem. Ouis autem uereor maledicere, attamen & his, & caseo, & melle parum assuescendum est, præsertim iuuenibus: ut pote maximi nutrimenti, & caloris. Vitandus insuper usus frequens aromatum omnis generis: & in summa escæ omnes, seu poculenta, seu esculenta ea fuerint, quæ gignant membris calorem. & pro is, quantum per ætatem, & imbecillitatem ualetudinis licet, frigidioribus utendum quæ nec humori genitiuo uim præbeant, nec accendant, aut inflamment sensus intemperanter ad coitum. Hæc habui in præsenti, quæ dicerem de cibis uitandis, non ꝙ ab his tanquam lege uetitis abstinendum prorsus putem, sed ut usum potius nimium atq; intemperantiam ostenderem esse studiosis pudicitiæ fugiendam. Quæ uero ex aduerso reprimere possint libidinem, & mederi incontinentiæ ferè hæc sunt. Esum holerum inter cætera tradunt ualde conducere, parce sobrieq; uiuentibus. Rmo. 14
Vnde Apostolus, Qui infirmus est, inquit, olus manducet. In oleribus autem hæc præsertim censentur facere ad tuendam continentiam.

Primũ Lactuca, cuius semen (ut tradit Dioscorides) epotum frequentes libidinum imaginationes in somno cōpescit, & ueneri arcendæ plurimum suffragatur. Portulaca quoq; & ipsa ueneris impetum reprimit, & succo suo si potatur multum prodest. Idem præstare Allium crudum, Cucurbitam, Moraq; medici autumant. Addunt præterea medici multa alia olera eiusdem uis & uirtutis, quæ quidem haud satis ocii uisus sum mihi habuisse ad indagandum, nec satis idoneus auctor ad tradendum. In leguminibus autem Lentes optimæ habentur ad esum, pro continentiæ amatoribus. Inter carnes Palũbes prædicantur, & præcipuæ torquati. Inter pisces quæ iamdudum sunt alicuius præcii, sed ætate proxima parentum nostrorum maxime contemptibiles, ranæ, & similiter testudines, quæ idem facere credũtur. Sed de his satis, professio hæc medici magis est quàm theologi, aut (ut uerius dicam) sacerdotis imperiti.

De ocio fugiendo. Cap. XV.

Reliquum est, ut de fugiendo ocio deinceps dicamus: nam si uolumus ab immundis cogitationibus repurgare, atq; custodire præcordia, & proteruiam carnis summittere, parum proderit abstinentia ciborum, & ieiuniorum frequentia, nisi ocium, pariterq; desidiam fugiamus, quod malarum cogitationum, atq; omnium delitiarum, atq; flagitiorum pater est, pudicitiæ hostis, & honestissimi cuiusq; negocii acerrimus inimicus. Fugare autem ociũ facile poterimus, si digno quopiã opere ita semper occupati fuerimus, ut quotiescũq; aduersarius noster nos adire tentauerit, clausum aduersus se pectus inueniat, intentumq; negociis melioribus, ac præoccupatum spirituali præsidio, & diuina custodia præmunitum. Obseruat nanq; assidue inimicus ut nos inueniat uacantes, scopis mundatos, & ociosos: quo ua-

care posſimus doloſis ſuggeſtionibus ſuis, & machina-
mentis, quæ doloſe ceruicibus noſtris intendit. Quam ob rem nobis optandũ non eſt, id quod petulantes qui-
dam faciunt qui dies feſtos ideo appetunt, ut liceat ſibi per ocium intermisſis aliis neceſſariis, & honeſtis nego-
ciis, aleam, taloſq́;, aut teſſeras ludere, uentriq́;, & uolu-
ptatibus indulgere: aut rurſum ut inertes alii, quibus fe-
riæ ſemper ſunt, & in ſumma inertia, et in profundo ocio conſepulti uiuunt, ſi id uiuere merito dici poteſt, & non potius interire, quando talis uita, ſit mors uerius appellã-
da quàm uita. Inde ꝓfecto aſſumit ſibi libido uires, atq́; hoc potisſimum reparatur, & nutritur alimento. Nec ab re Ouidianum illud circunfertur uulgo notum.

Quaeritur Ægiſtus quare ſit factus adulter.
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Vnde alter poeta. Amor, inquit, iuuenta gignitur, luxu, & ocio, Nutritur inter læta fortunæ bona. Iccirco Cynicus ille Diogenes dixit amorem ocioſorum etiam negociũ: quoniam is maxime, & potisſimũ alligat ocio deditos, qui dum nullis ſeriis ac honeſtis rebus delectantur, facile amore capti in rem negocioſisſimam incurrunt. Senſerat & Dionyſius tyrannus id eſſe turpisſimum, qui percun-
ctanti cuidam, num fortè eſſet ocioſus, ut ſine ſua mole-
ſtia adiri poſſet. Abſit, inquit, ut hoc mihi accidat unquã. Vbi modo ſunt plæriq́;, uel noſtri etiam ordinis homi-
nes, qui maiorem diei, ac noctis partẽ ad fallendum tem-
pus, ludis nugiſq́; conterunt ut eos quandocunq́; adeas à ſeriis negociis ſemper inuenias ocioſos? Nihil eſt ſane rei, quod caſto propoſito officere peius posſit, q̃ eiuſmo-
di ignauia. Deuitãda eſt igitur, iuxta illud, improba Siren, deſidia: & impenſius ſemper honeſtæ cuipiam rei inten-
dendus animus: ne interim dum per ocium libera mens incautius euagatur, fiat dæmonum fraudibus obuia, im-
pingatq́; imprudenter in libidinis laqueos, & male ca-
piatur. Imposſibile dicit Ariſtotiles eſſe, nihil agentem

bene agere. Et ne quis forte parui negocii esse existimet, scire ocium fugere, ac me hic multum operę frustra perdere, audi quæso quid Chilo ille Lacedæmonius unus ex septē sapientibus Græciæ de hac ipsa re senserit. Is.n. interrogatus quid esset in uita difficile:ita respondit. Arcana reticere, & ocium recte, sapienterq; disponere. Optime sane, quandoquidem ocii uitium nisi honesto quopiam negocio rite discuti non possit: in quo multi errant falso iudicio decepti. Pessimum itaq; malum est ocium maximeq; fugiendum: ut pote quod docere, & suadere nefandissima quæq; soleat. Extat p̄clarū Catonis uerbū. Nihil agendo hoies male agere addiscere. Sed q̄to aptius nobis hoc loco recensendū est Antonii Abbatis factum, q̄ Catonis dictū. Hunc.n. quū ex dæmonis fraude plus solito longū solitudinis ociū affligeret, ita cœlitus, qua potissimū rōne resistere tētatori, admonitū ferūt. Ei nāq; Angelus, monachi p̄sonam referēs astare uisus est: qui quū aliquādiu humi p̄stratus orasset, surgēs fiscellas uicissim texebat, rursusq; orabat: at p̄ cōuersus deniq; ad Antoniū, qui hæc admirabūdus, & intra se tacitus cōfiderabat, dixit. Ita & tu Antoni facito. Et hoc dicto una cū uoce discessit. At uero Antonius deinceps huiuscemodi secutus oraculū, laboris, precumq; uicissitudine usus, & ocii, & solitudinis post hæc tædiū, unà cū fraudibus dæmonū facile superauit. Idē quoq; à multis aliis uiris sanctis accepimus fuisse seruatū: usq; adeo, ut sub Paconio abbate quingētos, & amplius monachos opera tm̄ manuum, nulla aliunde adiutos ope parasse sibi uictū, uestitumq; legamus. Fuit olim in uastissimis desertis Ægipti apud antiquos illos eremitas celebratissima sentētia: monachum operantem uno tm̄ dæmone uexari: at ociosum, innumeris. Non est ergo ut quisquā genus aliquod exercitationis, modo honestum sit, reiiciendum putet, ut ocium, & cū ocio dęmonem à se repellat: quod quibus sit exercitationibus præstandum, deinceps dicemus.

Lectionē diuinarum ſcripturarū optime facere ad obſeruantiam caſtitatis. Cap. XVI.

AD diſponendū rite ociū, atq; ad cōfirmādū animū in ꝓpoſito caſtitatis nihil utili⁹,nihilq; aptius eſſe pōt,& pſertim homini religioſo, q̄ diuinarū ſcripturarū lectionib⁹occupari. Legimus.n.D.Ioā.Chriſoſtomū faſſum ſe nullo potiori ſubſidio neq; facilius incēdia naturalis ardoris,quā diuinarū literarū ſtudiis ſuperaſſe. Neq; eſt.n.aliq̄ animorū eſca ſuauior,aut cib⁹gratior,q̄ ueſtigatio ueritatis,et oblectatio diuinarū ſcripturarum,quas quicūq; negligit,aut faſtidit, certe guſtū ueræ, puræq; ueritatis nō habet. Quid.n.ſuauius,quidve gratius homini recte ſentiēti,q̄ guſtare ſenſus arcanos, et fructus mirabiles ſacræ paginæ diuino odore fragrantes,et oī nectare dulciores ? Vnde extat parabola Salomonis dicētis. Cerua chariſſima,et gratiſſimus hynnulus,ubera eius inebriēt te in oi tpe,et in amore eius delectare iugiter. Quod de diuina pagina,& de ſtudio eius lectiōis,ſancti uiri aptiſſime interptanť. Hęc.n.nos primū tanq̄ infantes hiſtoriæ ueritate, ceu diuino, & cœleſti lacte nutrit: poſtmodū firmiores effectos iocūdiſſimis allegoriis, et ſpirituali intelligētia ita afficit,ut ab ubertate tātæ iocūditatis mens ebria,et diuino quodā furore repleta, uix humanis pedibus ſeſe cōtineat. Hæc ſane cor cōfortat,mētem diſpōit,actionē dirigit,dicēda,tacēdaq; docet. Hæc nos ſuo robore munit,armatq; cōtra diabolū:et tētationis īpetū,ardorēq; reſtinguit. Hęc addit ſtimulos,et incēdit faces,qbus ad diuinū nos amorē acrius inſtiget inflāmetq; ardēti⁹. Hęc ſegnes īpellit,ſomnolētos excitat,dubios cōfirmat,labātes fulcit,eliſos erigit,ęgrotos ſanat ſuſcitatq; ēt iam defunctos,et ad meliorē uitā reſtituit. Hęc ſolatur mœſtos, humiliat ſuperbos, et tam in aduerſis rebus,quàm in proſperis tutiſſimum præſtat refugium. Hæc eſt illa doctrina q̄ ex illo perenni,atq; nectareo fonte manat,q eſt i ſummo,ac cœleſti olympo:nō aūt ex eo,q

est in Pegaseo fabuloso, et uano, uel in bicipiti Parnaso, unde solæ quidē scatebræ nugarū ac uanitatis exurgunt. Est quidem in his sacris fontibus cœlestis quædam uis doctrinæ uiua, & efficax hybleis fauis, & omni nectare dulcior: quæ legentis animum, atq; piē intelligentis affectum, ad diuinum amorem admirabili quadam potestate compellit: præsertim si quod quisq; legendo intendit, idem corde secum uersando die, noctuq; meditetur. Ex quo fit, ut ualeat homo per mentis eleuationem, ueluti à
Psal. 33 sensibus abstractus bona cœlestia, interna quandoq; suauitate gustare, sicut adhortatur nos Propheta dicens: Gustate, & uidete, quoniam suauis est dominus. Amplectenda itaq; arctius nobis est omnium diuinarū scripturarum, & præsertim ueritatis euangelicæ disciplina, uenæq; eius altius perscrutandæ: ut aurire inde ualeamus aquam illam uiuam, quam qui semel bibit, non amplius sitiet. Neq;.n. superficiem tantum ac uerborum decorē admirari nos oportet, sed penitus in interiora penetrare, et sanguinem quoq; ipsum, ac medulam abditarum sententiarum atq; allegoriarū elicere. Et.n. quisquis ad limpidissimos sacri huius eloquii fontes sedulus potator accesserit, et non exteriora magis, quàm internos fontis latices gustare uoluerit, tanta profecto suauitate, et claritate replebitur, ut quicquid præterea sapit, aut nitet, præ ea nebulam, aut fecem putet. Hinc siquidem summa illa, et occulta ueritas, ac perfecta philosophia, quæ nostris quondam maioribus, uelut aqua in hydriis abdita latuit: modo uinum facta est: et ita hauritur suauissime, ut ad eius gustum ipse quoque rei nescius miretur architriclinus. Est quoq; in his ipsis studiis præter suauitatem, ueritatemq; doctrinæ, etiam tutus, ac patens portus, certum salutiferumq; perfugium, quo ab omni mentis, & corporis procellosa fluctuatione possit sese quisq; recipere in tutum: ibiq; commode extra irruentes carnis turbines, securo, & tranquillo animo quiescere. Et.n. te tam diu

ſcias contra feruorem, æſtumq; libidinis poſſe ſubſiſte-re, quãdiu literarum ſtudia, & maxime ſacrarum, ſtrictius amplexaberis. Has ergo nocturna uerſato manu, uerſato diurna. Hæ tibi ſemper uel manibus, uel ſinu adſint: Hæ faucibus reſonent oculis occurrant auribus obſtrepent, corde uolutentur. Hæ tecum peregrinentur, tecum ruſti-centur, tecum nauigent, tecum pernoctent, iaceantq; ſub puluino, ut de Alexandro illo magno perhibetur, qui tanto ſtudio legendi Homerum tenebatur, ut eius Illia-dem, rei militaris uiaticum appellare cõſueuerit: noctuq; eam unà cum pugiõe ſub puluino ſemper haberet. His ergo, ſi recte ſapis, totum te ſtudiis aſſeras: hoc ſit nego-cium tuum: hoc ocium, hic labor: hęc requies: hoc laxa-mentum unicum & animi, & corporis. Harũ tenenti tibi codicem ſomnus obrepat, & cadentem faciem pagina ſancta ſuſcipiat. Ab his ſtudiis non te frigus exterreat, nõ æſtus, non iuuentæ uigor, non imbecillitas ſenectutis. At qui iuxta ſatyricum illud, petite hinc iuueneſq;, ſeneſq;, finem animi certum, miſeriſq; uiatica canis.

Quæ lectio in ſtudiis ſacrarum literarum ſit potiſſimum probanda. Cap. XVII.

CÆterum & hic in legẽdis libris ſacræ paginæ de-lectus diligenter habendus eſt ab iis, qui profice-re in ſtudiis ſacris uelint. Neq; n. expedit abſque ullo reſpectu cuiuſcũq; generis lectionẽ cõplecti: ſed eã dũtaxat, q̃ animũ ſpiritali cibo compleat, diſciplinis eru-diat, ardore charitatis inflãmet. At qui uero eã lectionẽ, quæ id tantum facit, ut theologia potius difficilis, quàm pia eſſe uideatur, & quæ magis diſputationum laqueis, & ſyllogiſmorum nexibus irretire, & implicare mẽtem, quàm erudire norit, eam reiiciendam prorſus arbitror, his præſertim, qui continentiæ, & uirtutibus ſtudent. In-cidi ego quãdoq; in quoſdam ex his philoſophis, à qui-bus nonnullam in ſpem ueneram poſſe me aliquid bo-ni diſcere, deceptus indicibus librorum, qui ſunt fere in-

scripti de rebus notis, ac scitu dignissimis, utputa de mo rib', de iustitia, de fugiẽda uoluptate, & eiusmodi: quorũ (ut fatear ingenue imperitiã meã) ne uerbũ qdẽ unũ intel ligere satis recte potui; quod ibi de re pposita cõgue di ceretur: ita sunt omnia distinctiõibus, quæstionibus, & di sputatiouibus implicata, atq; ineruditis sermonibus, ne dicam ambagibus, inuoluta: quasi hi sint aliena quadã lingua locuti de industria, ne uulgare quidpiam tradere uideantur: quod facile à uulgo etiam doctorum alterius sectæ possit intelligi: sed quod aut à seipsis tantum, aut à suis consectatoribus, Apolline (ut aiunt) Oedipove præ cipiatur interprete. Nec multo secius, aut paulominus il la quoq; lectio reiicienda uidetur, quæ instructissima rhe torum præceptis, nos suspecta disertæ, ac ornatæ oratio nis amœnitate absq; ullo fructu, & utilitate detineat: in fœcundæ arboris more, quæ uere nouo, & fronde, & flore luxuriat, sed autumno aduẽtante, aut raros, aut nul los fructus ad maturitatem perducit. Nihil tamen impe dio, qn & eloquentissimos quosq; legas: nec ueto, quo minus etiam gentiles euoluas: modo quicquid legas ad mores referas, & ex his seligas potiora. Legendi pro pterea etiam sunt poetæ aliqui grauiores: cognoscenda historia: & omnium bonarum artium peruoluendi do ctores. Nam omnis profecto eloquẽdi, ac differendi pe ritia, quæ ad suadendum, atq; dissuadẽdum facere uide tur pernecessaria illis est qui erudire, atq; instituere cæte ros debent. Quam ob rem scientia scripturarum sacra rum, & si sit per se optima, tamen augetur, ac expolitur maxime in legendis bonis auctoribus. Verum ea tamen uelim lege cuncta perlegas, ut non tam culta in his tibi quærenda esse putes quàm utilia: neq; senescas, atq; ex hales animam in his studiis: neue sic eius lectionis elo quentia capiaris, ut fastidias puritatem scripturarum, & in illis fucis, blandiciisq; sermonis, plus æquo, diutius, atque inaniter occuperis. Et enim per eiusmodi studia,

ut faciunt exploratores: in castris hostilibus, pauide transeundum est, non autem uti transfugæ securus immorandum. Seruare siquidem modum in lectione poetarum talem debemus, qualem in Græcorum literis Cato Censorius seruandum dixit: qui eorum scilicet literas aspicere, non perdiscere dicebat oportere. Facessant ergo omnia, quæ docere nihil ualent, quo melius, sanctiusq; uiuamus: quamuis ornata, quamuis culta, atq; eruditissima fuerint. Nanq; ex sententia Aristippi, sicut hi, qui plurima edunt, non melius exercentur, aut ualent, quàm qui sumunt necessaria: ita non qui plurima, sed qui utilia, & optima legunt, eruditiores euadunt. Quod si fortasse contigerit, ut interlegendum in parum uerecundum quidpiam, aut minus pudicum incidamus indegustatum id statim, & cum stomacho expuendum est: & ne fortè orationis blandiloquentia fallamur, protinus tanquam à Sirenarum cãtibus de ulysfis astutia inde obturatis auribus enauigandum.

Impudica poetarum carmina non esse legenda. Cap. XVIII.

Nobis ergo sicut eis studiis semper incumbendũ est, quę præsidio sunt castitati, sic contra fabulosis poetarum narrationibus maxime lasciuorũ, de stupris, & amoribus petulanter loquentium, semper abstinendum. Subiiciunt eiusmodi sane figmenta nobis libidinis stimulos, talesq; admouent humanis mentibus faces, ut uel rudes, & tepidos, & puros animos desyderiis turpibus possint accẽdere. Arte quidẽ sua cõsequunẽ poetæ egregii, ut quæ canant, geri illa, ac conspici uideantur potius, q̃ dici: atque ita & illecebris uerborum, & figuris sententiarum, quæ dicunt turpia, cõdire norunt, ut cuiuis sit difficillimum: illis non capi. Inde fit, ut quo magis eloquentes sint, qui hæc flagitia effingunt, eo magis ea ipsa

persuadeant,& sub oculos ponant. Inhærent enim tenacius mentibus,ac facilius memoriæ commendantur uersus molliculi,et concinni:atq; ex eo q dulces,& amœni sunt,non leguntur modo,sed addiscuntur: & quãto suauioribus modis aures demulcent,tanto fœdioribus,desideriis mentes inficiunt, utq; acrius mouent affectus, ita mollius intrant lumbos suauiusq; delectant.Ex frequenti siquidem lectione impudicarum fabularum,animus sua pte natura facilis ad omnia,incipit paulatim assuescere turpibus,atque eiusmodi obscœna appellitare ridicula, iocos atq; facetias:quatenus postea perfricato fronte(ut aiunt)prolabatur penè imprudens in profundum libidinis,& quod præpudore primũ legere uix audebat, iam factus impudens de ipsa turpitudine glorietur. Tantum est assuescere lectionibus impudicis,& obscœnis poetarum fictionibus delectari.Et enim non potest esse nõ lasciuus, qui assidue inter eiusmodi fabulas, blandasq; stuprorum narrationes,audiendo,aut legendo uersatur. Qd nam flagitii genus non inuenias à poetis effictum, atque celebratum carminibus? O Deus bone:quas turpitudines,quas illecebras eiusmodi lectio etiam pudicis mentibus ingerit. Quam ob rem recte Plato ille sapientissimus ex sua illa ciuitate, quam finxit, quum mores optimos,& optimum.R.P.statum componeret,poetas omnino procul arcendos censuit:ne quando contingeret iuuentutem,uel theatralibus fabulis,uel mollissimo armoniæ concentu,uel iucunda stuprorũ lasciuiarumq; enarratione corrumpi.Hinc legimus & Lacedæmonios Lycurgi sapientissimi philosophi legibus instructos, Archilochi doctissimi poetæ libros, q essent parum pudici, de sua ciuitate,& de suis mœnibus longe exportari iussisse. Ob hanc ipsam lasciuiam carminum Naso quoq; poeta elegiarum amœnissimus scriptor, extra urbem in Scythia à Cæsare fuit perpetuo exilio relegatus: & merito. Nam sæpe contingit optimos alioqui adolescẽtes

male inde edoctos spurcissimas libidines optimis studiis admiscere: eos præsertim qui sese totos sæcularibus his disciplinis addicunt: quæ quũ uanitatibus multis scateant, suos quoq; sectatores uanos efficiant, necesse est. Abeunt quidem studia in mores: ipsiq; penè tales reddimur, quales fuerint auctores, quibus intendimus, quosuè imitari studemus. Neq; enim tam pronum est, qualitatẽ ciborum in sanguinem, et corporis habitum transire, q̃ sensa lectionis in animos, moresq; legentiũ. Quod usq; adeo uerũ esse semp est creditũ, ut ab antiquitus à sanctis patribus legamus decretũ fuisse, ne iuniores Geneseos librum, ac Ezechielis prophetæ, aut Cantica canticorũ omnino legerent: in quibus generationes, et actus uene-ris, et nomina quarundam inserta sunt fœminarũ: quarũ fornicationes, concubitusq; narrantur: quæ quidem gesta, si spiritualiter, et sano sensu accipiantur, certe uiuificãt, sinautem carnaliter intelligãtur occasiones profecto carnalis concupiscentiæ legentibus subministrant. Maximi sane momenti est, quale cuiq; contingat sequi studium literarum, usũsq; lectionis, in utranq; partem. Nam. D. Augustinus egregius doctor ecclesiæ, quandiu inter dialecticos, et sophistas uersatus est, uerum nunquam potuit reperire, et si id maxime quæreret: quinetiam illis ipsis studiis indies ab ipso uero longius aberrans in impiũ Manichei errorem prolapsus pene periit, ut ipse confessus est. Verum postea ad Pauli Apostoli epistolas conuersus reiectis libris errorum, ad ueritatis lumen reflexit intuitum: et mox ab errore consurgens sua conuersione imitatus est Paulum, cui studebat: et orthodoxus christianus factus est cum eo quem legebat. Non ne et Hieronymus uir sanctissimus, quum post agnitam ueritatẽ adhuc tamen præ amore eloquentiæ nimium ethnicorum lectionibus teneretur, raptus per somnium (ut ipsemet testatur) ad tribunal Christi, uehementer increpitus fuit, ac etiam acriter uerberatus, q̧ uir Christianus plus

æquo humanarum literarum studiis, & dictioni ciceronianæ sese adduxisset? Atq; propterea fideliter affirmauit ac iuramēto sese astrinxit nullum se deinceps præter sacrarum literarum lectionis genus accepturum. Legere autem quādoq; aliquid remissius, ac dulcius animi causa, non omnino improbādum esse censemus: modo id fiat opportune raroq;, ac festinanter, & (quod aiunt) sicut canis è Nilo: qui bibit, & fugit, atq; adhibeatur tale temperamentum, ut seueritas pudicæ mentis his studiis non soluatur, sed potius recreetur: quatenus eā refectione laxatus, & instauratus animus, ad ea postmodū, quæ uberiora sunt, alacrius reuertatur. Sunt autem studia humanitatis in adolescētia sub rhetoribus eousq; amplexāda, quousq; ꝓprietatē, ornatūq; uerboꝝ, atq; aliquā dicēdi artē, & copiā nobis inde cōparemus: at postmodum (sicut dicitur) nō nisi à limine salutāda: atq; aliis grauioribus disciplinis omni nixu, studioq; uacandum.

Quo pacto habere sese debeat homo cœlebs in legēdis libris gentilium. Cap. XIX.

DE auctoribus autem qui legendi, quive reiiciendi sint, tres uideo sententias circunferri. Sunt.n. qui præter Christianos, uel Christum sapientes à Christianis legi nullatenus uelint. Alii citra discrimen omnia noscenda esse dicunt: sed eligenda ex omnibus, quæ potissimum sequamur. Aliis placet (quos magis probo) fieri delectum, & alteros, ubi deseruerint ad facultatem dicendi, protinus manumittendos esse: alteros uero qui impudicitias nos docent, siue hi Christiani sint, siue gentiles, ablegandos prorsus, aut potius, in ignem præcipitandos, aut in latrinam, quod memini me fecisse offensus aliquando, ac grauiter stomachatus fœda oratione cuiuspiā impudicissimi scriptoris. Necq;.n. habendi sunt, neque uidendi, qui turpia docent, & obscœna retexunt, ac stilo ingenioso, euidenter quasi fiant, & quasi

indice demonstrant. Quam ob rem optimos quosque libros, quicunq; illorum auctores fuerint, qui absq; ulla nequitia instruere nos recte possunt ad uirtutem comparandam, charius amplectendos arbitramur, ac frequenter etiam ad eos euoluendos hortamur. Nam si qua sunt (ut ait. D. Augustinus) inter ethnicos, quæ nostræ fidei doctrinæq; conueniant, non solum aspernenda non sunt, sed ab eis tanquã ab iniustis possessoribus in usum nostrum uindicanda, atque nobis asserenda pro nostris. Huiusmodi sapientiæ typus. D. Hieronymo interpræte aptissime figuratur in libro Deuteronomio, sub figura captiuæ mulieris, quam quicunque ex Israelitis licite sibi habere uoluisset uxorem, præcipiebatur ei caluitium facere, ungues præsecare, pilos radere, ut denique quum sic munda effecta fuisset, licite transiret in uictoris thalamum, et uxor efficeretur ex serua. Hic sanè si nihil aliud, quàm id quod scriptura dicit, intelligatur, ridicula hæc possent uideri præcepta, & insipida, nulliusq; momenti, at mystice interpretata præseferunt egregiam doctrinam sub talium uerborum uelamine absconditam. Docet enim quid nos potissimum facere oporteat, quum in manus nostras uenerint libri sapientiæ secularis, ut quicquid in eis reperiamus boni, id totum in usum nostrum absque criminis suspicione uertamus. Hoc enim tum demum licite fieri posse demonstrat, quum quicquid de diis, de amoribus de uoluptatibus in his facunde dicatur, id totum tanquam superfluum, & uanum eraserimus: & id esse creditur caluitium inducere, ac pilos radere, & ungues præsecare. Studiosius ergo curandum est, si captiuæ, hoc est, si scientiæ secularis uoluerimus habere cõmercium, ut eam prius emũdemus, & ab omni errore purgemus, & in unguium morem quicquid subest sordium nõ ferri, sed fidei acie resecemus. Non enim decet hominem Christianum omissis euangeliis, & prophetis delectari Deut. 21.

comœdiis,et amatoria poetarum carmina decantare,ut pleriq; multi factitant Christianorum. Quod.n.in pueris causa necessitatis est licitum facere,idem in adultis, et maioribus natu causa uoluptatis est culpa. In summa ergo eligendi sunt à nobis optimi quiq; auctores, qui sic expiati,et emundati in usum nostrum ueniant:minus honesti autem,qualescunq; fuerint, reiciendi omnino sunt ne; cum his ulla nobis prorsus habenda commercia.

Qui auctores legendi sint quiue reiiciendi. Cap. XX.

INter gentiles ergo(ut ab improbis incipiamus)Ouidius in primis,ubi de arte amãdi,et de amoribus cantat,præcipitandus omnino, ac nullo pacto legendus est.Similiter et obscœnissima Priapeia cuiuscunq; fuerit, quæ sane falso ascribitnr Maroni . Catullum Tibullum. Propertium,Martialẽ legere similiter prohibemur. Ausonium et si Christianus fuerit, nõ est cur desyderemus: in multis locis nimis et ipse sordet.Apulei quoq; Metamorphosis ,siue de asino aureo , ac pariter Luciani iam Latio donati fabulæ,quum uterq; impudicissimis rebus pariq; argumento scateat, procul reiicendę sunt à pudicis:qui ut certe non multum ualent ad eloquentiam cõparandam,ita obesse moribus plurimũ possunt.Quorsum enim attinet huiusmodi lectione occupari ; quum neutiquàm desint boni undiq; auctores,qui et eloquentia,et doctrina prodesse magis possunt, et nihil ulla orationis obscœnitate nocere ; Sunt enim eiusmodi scripta sicuti cibaria quædam,quæ neq; sanguini,neq; spiritibus neq; neruis,neque medullis conferunt:sed pudenda tantum mouent, ac uentrem inflant ,et corpus grauant.Ex Christianis quoque nostris multi etiã sunt eiusmodi:qui quum sint minus noti , de industria hic eos silentio pertransimus ne commemoratione fortè mea accendam

cu iuspiam

cuiuspiam desyderium ad eos perquirendos, quos uellem prorsus nesciri. Quo circa omittētes in præsenti de his dicere, qui abiiciēdi sunt, quę maxima turba est, quod magis conducibile fore credimus, ad eos ueniamus, qui diligenter, & assidue sunt a cunctis euoluendi, quum de uirtute isti ipsi præcipiant, uitia damnent, mores instruāt, ac totis uiribus bene, beateq; uiuere doceant. Habemus nos quidem sacrarum scripturarum libros, qui imprimis noscendi sunt: & tam ex Gręcis, quàm ex Latinis auctoribus tractatus innumeros, in quibus possumus pie honesteq; uersari, & laudabiliter tempus consumere, & fideliter erudiri. Qui uero græce nesciunt Latinos habeāt ex Græcis factos. Sed his temporibus in tam facili, atque fœlici librorum copia non tam præclare esse existimo scire græce, quàm turpe nescire. Proponas ergo post sacros codices, & ueteris, & noui testamenti, qui (ut dixi) primo discendi sunt, & sanctorum conciliorum, tibi legendos esse Hieronymum Ambrosium, Cyprianum, Lactantium, Hilarium, Augustinum, Gregoriū, Cassianum, Orosium, Tertullianum, Cyrillum, Fulgentium, Prosper, Isidorū, Leonē, Innocentiū, Anselmum, Aymonem, Maximum, Bedam, Cassiodorum, Bernardum, & deniq; cæteros pene innumerabiles, qui de bonis, malisq;, deq; expetendis, & fugiendis pie, elegāterq; scripsere: nam superfluum sanè, & longum esset singulos recensere, Si uero carminibus delectaris, & modis, habes & in eo genere, quæ suauiter cōcinas. Numerantur enim à nobis inter poetas Boetius Arator, Iuuencus, Prudentius, Sedulius, Ambrosius qui hymnos ædidit cultissimos, Prosper, Nostro quoque sæculo, floruit Baptista Carmelita & Actius Syncærus de uirginis partu, & noster Petrus Cittadella, qui eiusdem ferme generis pium carmen nuper edidit. Item. M. Hieronymus uida, atq; alii permulti facundissimi poetæ Christiani: qui in hoc genere carminis: non facunde magis quàm pie multa cecine

argutiæ pellendæ sunt ab ecclesia,in qua non dialectica, ac sophistica subtilitas cõmendatur, sed simplicitas euangelica, & christiana,de qua idem Paulus ad eundẽ Timotheũ,Finis,inquit, præcepti est charitas de corde puro,& cõscientia bõa, & fide nõ ficta,à qbus qdã aberrantes cõuersi sunt in uaniloquiũ,uolentes esse legis doctores,non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de qbus affirmant.Quid ad hæc respõdebitis fratres?doctor ipse gentium,& uas electionis Paulus hæc dicit:docens nos de subtilitatibus diuinorum mysteriorũ minime necessariis,non esse uerbis incognitis, atq; ficticiis disputãdum, quæ nec pagina sacra,nec cõis hominũ sensus agnoscit. Quam ob rem cõducere magis arbitror ad ædificationem pietatis,& fidei,ut repudiatis contentiosis, & sophisticis uoluminibus, euoluamus codices antiquorum patrum,atq; decreta sanctorũ conciliorum,à quibus instruimur bene uiuere,& certo credere,quod multo satius est homini christiano,q̃ incerto opinari,& acute disceptare. Placida siquidem collatio esse debet inter seruos Dei,et doctores euangelii:non autem dura, & cõtentiosa altercatio more conflictationum scholasticarũ,quæ nobis nõ recte sanè uiuendi normã,sed subtiliter & captiose altercandi salebrosas tantũmodo monstrant uias.Verum de hoc satis.Legat hos qui uult, & pro stomacho quisque suo.Dixi equidem quod ferè boni,& bene docti sentiũt, sed iam ad nostrum institutum reuertamur. Habes post hos,mea quidẽ sententia multo synceriores farinæ,ac minime contẽnendos, duos Hugones, Petrum Damianũ, Rabanũ,Remigium,Ricardum, Petrum Lumbardum in sentẽtiis,Gratianũ ĩ decretis,Lyrhense,Ludolphũ Carthusianũ,& alios ꝑmultos eiusmodi theologos peritissimos,& in sacris literis instructissimos interpretes. Insuꝑ cognoscẽda sunt oĩno moralissima ea scripta Petrarcę, q̃ latina habent,scitu sanè pulcherrima, & lectu dignissima. Itẽ Laurẽtii Iustiniani veneti nuꝑ catalogo sanctorũ

1.Timo.1.

ascripti: similiter Simonis de cassia. Io. Gerson. Antonini epi florẽtini. Iacobi perẽ, seu de Valẽtia ac Petri Natalis qui catalogum sanctorũ scripsit, & Gulielmi Duranti, qui diuinorum officiorũ rationes excogitauit aptissime. Addas & putilia, & docta monumenta Hieronymi Sauonarolæ. Similiter pia opuscula Chempi, & Matthei Bossi eius concanonici, & quæ in hoc genere leguntur Io. Pici, illiusq; nepotis francisci Pici tam soluta quàm numerosa oratione cõposita digna sanè cognitu, & compositione cultissima. Nec sunt ignoranda Petri Barocii episcopi olim nostri opuscula de benemoriendi ratione, à nobis in uulgus nuper ædita. Legantur omnino & scripta ornatissima simulq; Christianissima. M. Marulli: item M. Antonii Sabellici & prosa & uersu & præsertim exẽpla uaria, & memoranda: quæ moriens Baptistæ Egnatio Veneto uiro doctissimo illius fratus doctrina legauit emendãda: qui (ut est omnium humanissimus) quod sibi legatum fuit, accuratissime, & fidelissime præstitit. Præterea Marsilii Ficini platonici eruditissimi scripta nõ sunt ignorãda. In põtano, & Cãpano sunt bona sunt q̃dã mediocria sunt mala plura: & iccirco in his nihil temere agendum est. Vt totus Erasmus legatur non abnuo, nõ concedo: hunc ualde suspectum nuper reddidit præter cæteros Albertus Pius doctissimis eisdemq; (dum per mortem licuit) cultissimis monumentis elis Volaterani & similiter Ioã. Ruffensis scripta omnino cognoscenda sunt. Ad Budei uero uiri alioqui doctissimi, atq; syncærissimi lectionem quum tractat diuina uix ausim adhortari quempiam mediocriter eruditum: quando in eo suo transitu Helenismi ita is ipse à communi stilo, & usu latinorum transeat atq; usqueadeo tenebricosus, spissus, tortuosusq; incedat: ac in tantũ peregrino sermone, & metaphoris crebris inuoluat omnia ut plus ne laboris, an fructus ex ea lectione sit eiusmodi lector habiturus, non facile dixerim. At Sadoletus non legendus solũ sed imi-

tandus itidem præstabit si quis facundia delectatur Ciceroniana Petrus Bembus, & q annis proximis Patauij mortuus est longolius. Addas q Io. Arboreum qui cōmentarios cultissimos super ecclesiasten & canticū canticorum nuper edidit, ut interim taceā duos Flaminios patrē, & filiū. Platinæ quoq historiā noscere de uitis pōtificū multū expedit: itē Historiā tripartitam, similiter, et scholasticā, et sanctorꝫ patrū uitas, siue petroni⁹, siue alius quicunq earum scriptor fuerit: et cū his pariter alias historias, in qbus multa docemur, quæ faciūt ad mores: et ad negocium fidei, & ad interpretationem scripturarū. Senecam, et si amplector maxime illius dictionem, tamē uix ausim hic in hoc albo cum nostris Christianis ponere, nisi. D. Hieronymi elogium hortaretur, quo eundem auctorem in eiusmodi catalogo scriptorum nō est ueritus numerare. Is ergo maxime dignus est inter gentiles, qui à Christianis hominibus usquequaq; legatur. Multum enim confert illius lectio et ad instituendos mores, et ad coercendos, atq ad excitandos affectus: nam quicquid fere de moribus scripsit, christianam sapit philosophiam. Itidem facit et Cicero in his libris quos de philosophia apud Latinos primus eleganter disseruit, ut iam per hunc nihil Græcorū facundiæ merito inuidere possimus T. quoq Liuium. Valerium maximum Salustium, Gellium, Macrobium, Tranquillum, Asconium, multosq; alios Latinorum aliquando legisse nihil nocebit, nam multa docere potest historiæ cognitio, & multū conferre ad componendum sermonem, & ad copiam orationis. Verum (ut ad nostros reuertamur scriptores) Bonauentura quoq, & Antonius, Vincentius, & si qui alii uiri sancti, ac religiosi, in eo genere quicquam scripserint omnes pariter amplectēdi sunt, qui quidem sicut ornamentum uerborum, & sermonis leporem consulto, & de industria (ut arbitror) neglexerunt, ita sententiarum grauitate, & contentione orationis ad inflāmandos cha

riratis ardore animos, mentesq; ad cœlestium contemplationem excitandas plurimum ualent: miri oẽs artifices ad commouendos pietatis affectus: populus modo aloe, modo mel, uicisſim pro tempore ſuis ſermonibus propinantes. Ad ſummam ergo, ne de ſingulis agam, quum ſint q̃plurimi qui doceant, qui moneant, quiq; inflamment, oẽs legendi ſunt. Fuerunt his quoq; temporibus uiri religioſisſimi, qui cõmuni potius commodo, q̃ ſtilo, aut gloriæ conſulentes, lingua uernacula, & ſermone patrio, de Chriſtiana pietate egregia ſane monumẽta cuderũt: quæ indocti, doctiq; pariter charius amplectuntur. Et enim ratio totius uitæ noſtræ tam præceptis conſtat q̃ exemplis: unde fit, ut uel optimus, uel pesſimus qs euadat, ut uel optimum, uel pesſimũ auctorem, ac præceptorem ſibi propoſuerit imitandum. Continentiã quidem probe diſces ex his libris, qui de ea re ſunt ſcripti: & à quibus doceri potes quonã pacto fias iuſtus, et amicus Dei. Nunquid diſcere potes caſtitatem ab Ouidio, qui ſeſe impudẽter profitetur impudicitiæ præceptorẽ? aut pietatem à Lucretio, qui Dei cultum aſpernatus, nihil aliud ſuo illo poemate nititur, q̃ tollere uniuerſam religionẽ. Quippe euoluẽdi, & diſcẽdi ſunt optimi quiq; ſcriptores, quorum præceptis rite formari, atque erudiri posſimus, ad bene, beateq; uiuendũ, ſiue ea carminibus, ſiue ſoluta oratione tradantur: ſiue etiam barbaris, & illiteratis uocibus proferantur. De eiuſmodi autem ne utiliter differentes, præter ſuperius memoratos, habemus & alios complures pios, & diſertos ſcriptores, quos uel fama obſcura adhuc recondit, uel quos nondũ noui, uel oblitus, uel prudens breuitatis cauſa pertrãſiui. In his autem omnibus hoc diligenter, & in primis attendamus oportet, ut quoties ſalutares aliquæ ſententiæ interlegendum ſeſe nobis obtulerint, quibus ſentimus animũ noſtrũ acrius excitari ad aliquã uirtutem, nõ illas annotaſſe tm̃ contenti ſimus: ſed intimis memoriæ penetralibus

admissas animo sæpius reuoluamus, promptas, & faciles eas menti semper habētes, ut ubicunq; insultus quispiam hostilis ingruerit, statim uelut in manibus, paratam habeamus defensionē: qua ueluti gladio aggredientis hostis Goliath iugulum fodiamus. Imprimendæ ergo memorabilibus, et selectis locis scripturarū, quos paratos, atque expeditos semper habeas, certæ quædam, et eminentes notę, quibus uelut uinculis alligatos, eos abire è memoria tua nunquam permittas. His itaq; præsidiis roborati, et fortes, et inuicti stabimus, tum aduersus libidinem, tum aduersus cætera hostilia uitia quæ nos tunc maxime adoriuntur, quum uel non expectantur, uel minime formidantur.

Expedire religiosis, et castis nō oīno ignorare, philosophiam nec mathematicas disciplinas. Ca. XXI.

NOn inutile quidem neque parum opportunum fore arbitror, ad excolendam impensius castitatem ociumq; uitandum, in ipsis primæ adolescentiæ studiis (quatenus citra magnæ, ueræq; theologię iniuriā fieri liceat) sęcularis quoq; philosophię ptes saltē leuiter attigisse: rōnalē uidelicet logicā, et rhetoricā, quæ q̄rēdi, ac differēdi sibi uēdicāt disciplinā, et eā quā moralem appellamus, q̄ oēm bene uiuēdi edocet rōnē. Item eā quā naturalē dicunt, q̄ in rerū oīum inuestigatione, et in explicatione naturæ, et remotarū ꝓcul ab oculis rerū indagatiōe, et contēplatione uersatur. Hinc illud admodū celebre dictū. Fœlix q potuit rerū cognoscere causas. Hāc aūt scientiā græci physicē, nostri naturalē appellāt. Ac similiter eā q̄ de separatis materia substātiis loqtur: quam metaphysicam nuncupamus: quæ nos humano ductu, et adminiculis sensuum prouehat ad diuina. Quid quæso homini pudico, et contemplatiuo in hac uita potest esse iucundius, q̄ contēplari interdū naturæ

ipsius occultam, admirandamq; in rebus omnibus ra-tionem? & naturam illarum rerum, quæ difficillimæ sunt cognitu, sagaci mente per semetipsum aliquando, aut ex aliorum scriptis indagando, & inuestigando humana-rumq; rerum causas, quatenus liceat homini cognosce-re: ne scilicet uacet quicquam interim mali per ocium uel cogitare, uel facere? Quam ob rem minime asper-nendum esse putamus eiusmodi disciplinæ studium, ra-tionabile tamen, & moderatum: quo possimus totius etiam mundi motus, atq; conuersiones, facili cognitio-ne comprehendere: quove per cœli plagas, ueluti pere-grinantes ualeamus stellarum ortus, obitusq; prospice-re: annumerare speras, contemplari sidera, tum illa cœlo hærentia, & certis fixa sedibus, quæ cũ ipsius mundi mo tu congruunt: tum septem illa errantia, quæ & si magnis inter sese spaciis distent, atque alii alia multo altiora sint, suos tamen certos, & perpetuos motus tenent: quæ non re quidem, sed solo uocabulo erraticæ, atq; errones ap-pellantur, quum cursus suos constantissime certissimis speciis sine ullo errore retineant. Harum autem rerum omnium tam pulcherrimus conspectus, & ratio tam or-dinatissimi cursus adduxit olim quasi per gradus morta lium mentes in cœlum: ac ibidem acutissime obseruare omnia suasit: intantum ut absq; alia reuelatione concessa diuinitus, quæ solis patribus ueteris instrumenti per ea tempora contingerat, etiam ethnici ex ipsa naturalis dũ-taxat lucis ratione & ex rebus mirabiliter conditis, & or-dinatis, cœlum suspicientes, Deum esse, diuinamq; natu ram, & animos hominum rem esse immortalem, sempi ternamq; senserunt, atq; dum sic admirabili contempla-tione aliud ex alio summa solertia studioq; ratiocinãdo coniiciunt, supra captum humanæ intelligentiæ multa, quæ oculis nunquam uiderant, peracuta mentis acie cõ-spexere. Veluti siquis tabulam spectans admirabili artifi-cio depictã: aut aliquod signum Polycleti affabre scul-

ptum ex his, quæ cernit animo, concipiat egregium pictoris, aut sculptoris ingenium: q̃q̃ ignoret is alioqui certum, ac uerum tanti operis auctorem. Sed quid mirum si uiri tanta præditi sapientia, uel per hæc admirabilia sic cognita, & obseruata collegerint numen Dei, & omnipotens, & sempiternum esse, quum nemo fere tam rudis, & agrestis animi sit, qui cœli ipsius spectaculum, et tantorum luminum fulgorem, pariterq; et ordinem cōtemplatus, aliquando non proueharur ad supercœlestia meditanda: atq; pro certo non afferat esse Deum, uitamq; alteram inuisibilem ista nostra uisibili admodum potiorem. Vnde propheta Dauid Cœli, inquit, enarrant gloriam Dei et opera manuum eius annunciat firmamentū. Psal. 18
Plato autem philosophorum omnium facile princeps, quum quæ mente comprehenderat, explicare aliter melius non posset, nec speraret, introduxit in suis dialogis Pamphilium quendam ab inferis reuertentem, et quæ ibi uiderat nunciantem: sicut postmodum fecit et noster Cicero, qui in libris suis de: R. pub. Scipionem nō à mortuis exciuit ut Plato, sed in somnis fecit apparere alteri Scipioni minori, eiq; explicantem augustissimas immortalium animorum sedes, et cœlestium regionum arcana: docentemq; quomodo nouem orbibus, uel potius globis connectantur omnia: ex quorum impulsu, atque motu dulces, suauesq; concentus, absq; intermissione aliqua perpetuo animis illis cœlestibus redderentur. Verū de his plenam perfectamq; peritiam demus nostro Triphoni Gabrielo Veneto patricio, uiro cunctarum quidē scientiarum, sed in primis Astrologiæ omnium peritissimo: nobis satis est hæc delibasse primordia. Quod uero attinet ad dimensionem altitudinis planetarum: quā etiam quidam magni philosophi subtilissime commenti sunt: et similiter indagare de stadiis, quæ intersunt, inter terram, et æthera, et lunam, et solem, et aliorum cœlorū: quæve magnitudines, aut quæ interualla intersint siderū,

nihil referre arbitror ad cognitionem ueritatis,& propte rea omnino hec ipsa ommittēda censemus. Non enim opinor id à quoquam mortalium certa ratione cōpre hendi posse: quando metiri, ac librare id solus, qui fecit, potest, trinus & unus Deus. Quo circa superfluum pu tamus, ac insani pene hominis esse conterere tam bona tempora in his studiis, & in metiendis frustra immensis eiusmodi spaciis,& interuallis æthereis: atque sibi quenq̃ persuadere, aut suo, aut ullo humano ingenio posse tam latissimi orbis,& tam immensi ambitus diuinare mensu ram, & ad computum deducere digitorum. Furor est, inquit, Plinius, mensurā orbis animo quosdam agitasse, atq; prodere ausos. Et in ecclesiastico legitur. Arenam maris, et pluuiæ guttas, et dies sæculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, et latitudinē terræ, et profundū abyssi, quis dimensus est? Sapientiam Dei præcedentem omnia

Eccle. 1. quis inuestigauit? Quanto sane melius Christianum ho minem, et præsertim religiosum id temporis quicquid resta tuſu meliori consumere, q̃ sese hisce inanibus som niis occupare: quod quidem sine accusatione ineptiarū fieri nullo modo potest. Quæ uero de cursu planetaꝝ, & eorū motibus referuntur,& quæ sine ullo errore cō pertissima sunt,& nosse quidem pulcherrimum est, et cō templatione dignissimum. Neq; etiam absurdnm puta rim, si forte cuipiā sit cordi, per ocium cognoscere, quo modo circunferatur sol per duodecim signa zodiaci, et quomodo accedat ad brumale solstitiū, et inde sensim recedens ascendat, et diuertat tandem in autumnale, an nua lustratione peracta: quæ durat trecentis et sexaginta quinq; diebus & sex horis, et ut quidam dicunt, aliquot etiam momentis. Augustinus de ciuitate Dei dicit annū consumi duodecim mensibus lunaribus quinq; diebus, et quadrante: quod complectitur spacium temporis su pradicti uidelicet. ccclxv. diebus & . vi. horis: ꝑpter quod quarto quoq; anno, unum intercalarem addimus diem:

ut itineribus solis perpetua ratio temporis congruat: et ad idem sol ipse punctum, unde recesserat, motione annua reuertatur. Scire quoque pulchrum est, quomodo Luna accessu et recessu suo ab ipso Sole lumen accipiat, et menstrua spacia perfecto orbis circulo compleat. Nec inutile quoque fore arbitror scire, quo pacto, quave ratione, Lunæ Solisq; eclypsis contingat: unde terræ motus: pluuiæ, niues, grandines, nebula, nubes, tonitrua, fulgetræ, fulgura, uentiq; proueniãt: ut per hæc. s. commodetur, atque extollatur nobis admirabilis sapientia, atque potentia summi, et sempiterni Dei: quę his pręsertim rebus & aperte elucet, et cũctis manifestissime sese demõstrat: et si perfecte Deum, sicuti esse, neque q̃ consequi cogitatione, aut intellectu comprehendere, quisquam possit.

Quatenus philosophandum sit. Cap. XXII.

CÆterum de seminibus, et principiis rerum deq; cuiusque generis animati, uel inanimati, muti, uel uocalis origine, deq; uita, et interitu, et nunquid mundus sit factus, ut etiam platoni uisum est, aut semper fuerit, ut placuit Aristoteli: similiterq; de idęis, de atomis, de materia, et forma, et substantia prima mundi, quæ gignendi causas rebus cunctis dedisse perhibetur: utrumue anima hominis sit immortalis, qua parte uertatur cœlum: an contrario cursu sidere rapiantur, an Oceano generet plenitudo lunaris augmentum, an orbem mundi, rotunditas ipsa suspendat: an mundus ipse unus sit, an plures: deq; aliis innumerabilibus quæstionibus, quæ nihil ad animæ salutem pertinent, et quæ olim quidem incompertæ, et inextricabiles fuerant, et de quibus uariæ frustraq; à philosophis disceptatum est: & quæ abhorrent ab his, quæ pro compertis iam

ſacræ nobis literæ tradiderunt, nihil nobis amplius quę-
rendum eſt: ſed inhęrendum orthodoxæ fidei placitis, et
credendum ueritati nobis reuelatæ cœlitus per prophe-
tas, et per filium Dei, dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.
Deſipere quidem diſcit animus, dum tanta rerum mole
grauatur, et tanta opinionum, atq; ſententiarum uarietate
diſcerpitur. De his enim dicit Apoſtolus. Dicentes ſe ſa-
Rom. 1. pientes, ſtulti facti ſunt. Et Ieremias ait. Stultus factus eſt
homo à ſcientia. In his. n. ille uidetur hominibus plus ſa-
Iere. 5. pere, qui plus deſipit: quoniam ut regius propheta ceci-
Pſal. 63. nit. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, et alibi. Perſcrutator
Prou. 25. maieſtatis opprimitur à gloria. At qui uero modeſte im-
partiri aliquid temporis in his ſtudiis, quæ aliquid cœle-
ſte ſapere uidentur, forſan non erit ab re modo nõ diu-
tius immoremur, et ea quæ legimus, uſui ſint, et conſen-
tanea religioni, nec dogmati Chriſtiano contraria: atque
ut eſt in prouerbio, ne quid nimis Neoptolemus apud
Ennium, philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe, ſed paucis: de
quo memorat Cicero in ſuis queſtionibus Tuſculanis.
Sed et Plato in eo libro quem Gorgias inſcripſit: Philo-
ſophia, inquit, res eſt elegans, ſi modice quiſpiá per æta-
tem attigerit: at ſi ſupra modum tempus in ea contriue-
rit, hominum eſt corruptela. Quod autem hoc ſit uerũ,
atque ſyncere dictum, apparet manifeſtisſime in nonnul-
lis noſtris Chriſtianis: qui ex nimia philoſophia deſipiũt:
ac ſuũ ſecuti Ariſtotelẽ, et chriſtiani nõis hoſtes Auerro-
em, et porphirium, tantum naturæ operibus deferunt, ut
ab euangelii ueritate deſciſſant, et paulatim de uno in al-
terum errorem labentes, ut infideles filii, demergãtur cũ
ſua philoſophia in abysſi profundum. Et hoc illis adue-
nit, ꝙ ſpretis diuinæ paginę libris, et theologis ſacris, phi-
loſophis tantummodo gentilibus intendunt animũ: opi-
nantes nil aliud eſſe ſapientiam, quàm quod ſuo eſt cõ-
prehenſibile intellectu. Sed quæ (malum) dementia eſt,
quum uera Dei ſapientia, et æterna, et infinita ſit, et incõ-

prehẽsibilis omnino mortalibus, uelle eam humano intellectu comprehendere? De hac enim, dictum est. Abscondisti hæc sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Vnde sapiens ille diuinitus sentite, inquit, de domino in bonitate, et simplicitate cordis, quærite illũ quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum, apparet autem eis qui fidem habẽt in illum. Quam ob rem soleo Luce. 10. sæpe mirari quorundam nostratium philosophorũ insolentiam, qui modo in tanta luce ueritatis, iam tot sæculis, tanto sanguine martyrum, et tot signis, miraculis, prodigiis, uaticiniisq; confirmatæ, plus Aristoteli tribuant, et Aueroi, a quibus uelatum quidem unguem (ut aiunt) recedendum putant, quàm Christo: et negent impudenter omnia, quæ syllogismis suis demonstrari et concludi nõ possint. Neq; eos pudet sapientiam profitentes uera, ac diuina philosophia contempta, puerilibus studiis incanescere, atque iam senes albicantibus canis adhuc astutis captionibus, inanibus dialecticæ scrupis, argutiisq; inhærere, et in eis quasi pueros occupari, insidiantes ueritati: ac decipientes rudes adolescentium animos, qui iisdem erroribus, dum credunt illos plus sapere quàm cęteros, facillime capiuntur. Ideo gentium doctor Paulus hos nobis cauendos edicit. Videte, inquit, ne quis uos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, et secundum elementa mundi, et non secundum Christum. A consuetudine itaq; eiusmodi philosophorum probis uiris, et ingenuis adolescentibus studiosissime abstinendum est, ne in errores et ipsi inducantur eorum, quum secundum sapientiam hominum philosophantur, et non secundũ Deum, qui firma fide, et corde puro, et charitate perfecta cognoscendus, et colendus est, non autem humana prudentia, neq; implicatis sophismatis indagandus.

Sapi. 1. Colos. 2

De morali philosophia gentilium, et de summo bono. Cap. XXIII.

Barocio compertum est: qui quidem huius disciplinæ studiis,quatenus licuit,ita est delectatus, ut medicamenti etiam genus adinuenerit apprime utile, et ab ipsis medicis frequentatum in remediis sanitatis, et mandatum in corruptis literarum monumentis, atque ex eo ꝙ ab episcopo adinuentum est episcopales pilulæ nuncupatum. Sed et Apostoli medēdi officio potissimum functi sunt atque eis dictum fuit. Ite et curate infirmos: quod quidem fideliter præstiterunt, non tamen herbis,oleo, aut pharmacis,sed gratia,et uirtute diuina. Optime quidem inter se congruit ad totius hominis salutem, animi,corporisq; curatio. Et iccirco apud Ægyptios,et Persas, idem sacerdotes erant, qui et medici. Quid ꝙ dum ægros uisemus arteriæ pulsum sæpe tentamus, dictam delectumq; ciborum docemus,deq; diebus creticis sæpius interrogamus? Sed et pnosticari de ægroto ex officio quoq; nostro scire debemus.quum habeamus sacramenta nullis,nisi desperatę ualetudinis cōferenda. Quocirca ubi non adsit medicus oportet sacerdotem eiusmodi signa cognoscere, quæ ad hanc diuinationem faciant,et quæ consociata sunt medicinis.Dicit enim Hippocrates oportere medicū dicere de ægroto, quæ sint, quæ fuerint,et quæ uentura sint.

De cognitione naturalis historiæ,et cosmographiæ. Cap. XXV.

IN eo quoq; studiorum genere(ut arbitror)est cognitio naturalis historiæ,et eorū quæ de naturis animalium,lignorum lapidum,herbarum, metallorum aliarumq; rerum scripta sunt: nā(ut scribit Augustinus) hæc omnia ad cognitionem, et ad ænigmata diuinarū scripturarum soluenda plurimum ualent. Istarum nāq; rerū imperitia facit,ut multa non intelligantur: quæ trāslate,et mystice posita ubi i diuinis scripturis cōspiciūtur.

Cosmographiæ quoque noticiam, id est mundi descriptionem tenere, utile esse censentur ad intelligentiam sacræ paginæ: ut noscamus prouincias, urbes, montes, loca, maria, lacus, & flumina, quæ in ea sæpius memorantur. Erit etiã conducibile scire, quomodo Mathematici differant, terram in medio mundo sitam, ad uniuersi coeli complexum, esse instar puncti, uel si quid exilius, minusve dici, aut excogitari puncti possit. Nam multum quidem prodest ad reprimendam hominis superbiam intelligere quam minima sit terræ portio, quam tanti facimus mortales. Vnde Plinius. Non aliud est, inquit, terra uniuersa, quàm mundi punctum, hæc est materia ultæ nostræ, hæc sedes. Sicut ergo ipsius terræ situm, formã, circunscriptionemq; cognoscere pulchrũ est, ita ignorare turpissimum. Tradunt enim situm uniuersæ terræ globosum, quinq; distinctum zonis, quarum mediam solis ardoribus penitus adustam esse: duas uero extra, leuaq; importunis frigoribus, & rigore niuium, & perpetua glacie semper oppressas: reliquas autem inter mediam, & extremam ab utraq; parte, ob suam temperiem, & hominum frequentia, & gregum, & armentorum, & frugum copia beatas. Harum autem plagarum altera est sub axe posita septentrionali, quã nos colimus: altera uero sub axe australi græci uocant Antiaxona, nõdum bene nota nobis: nuper tñ à Lusitanis, & Hispanis inuenta dicitur: & est (ut perhibetur) iam longe lateq; peragrata. De partibus ueroillis, quæ nobis sub pedibus sitæ esse uidentur magna altercatio est inter scriptores, etiam ecclesiasticos. De ea nanq; re & Lactantius, & D. Augustinus multa docte copioseq; scripserunt.

De cognitioue Arithmeticæ. Cap. XXVI.

AD idem quoque facere uidetur cognitio Arithmeticæ, quæ est numerorum disciplina. Sunt

enim celebranda solennia quædam festa, quæ ad Lunæ cursum, & ad rationem dierum sic se habent, ut sine Arithmetica ratione rite deprehendi non possint. De his numeris. D. Augustinus in libris de Doctrina Christiana subtilissime disserit dicens numerorum formis, quædam similitudinum secreta in libris sanctis depromi posse ab arithmeticæ peritis, quæ propter numerorum imperitiam simpliciter legentibus clausa, atque penitus occulta sunt. At qui uero pars ea, quæ in contrahendis: & subducendis summis tota posita est, quam ratiocinatiuam dicimus, ad mercatores potius uidetur pertinere, quam ad clericos, atque multo aptior esse quæstui, quam religioni: attamen nequaquam damnanda, quando non ad auaritiam, sed ad publicam, priuatamq; rem agendam nobis quandoq; necessario comparetur. Quamobrem nos metiendi, ratiocinandiq; utilitate inspecta, huius artis terminabimus modum: sicut Cicero docet. Quod autem Pythagoras quondam numeris tantum tribuerit, ut & Deum ipsum per eos cuncta agere,& inuenire opinatus sit:fuit id sane magis hominis aniliter delirãtis,quàm philosophi rationabiliter opinantis,

De scientia artis musicæ, Cap. XXVII.

RESTAT modo de musica admonere, quæ in decantandis diuinis laudibus clericis maxime necessaria est, ac propterea scitu dignissima, his præsertim, qui statis horis in templo musicis concentibus, uoce, corde, & organo consuescunt gratias, & laudes domino decantare. Spiritus quidem his modulis excitatus, meditando cœlos sæpe ipsos suaui quodam quasi uolatu conscendit. Non enim omnes ad meditanda facile cœlestia idonei per seipsi sunt,

sed plæriq; ad ea aliquo sensuum adminiculo, quasi iucundo quodam uehiculo subuehuntur: & arrecto statim animo è terris sursum mente ad cœlos euolant, Quare nullo pacto contemnenda est eiusmodi disciplina: quando id fieri aliter non possit, nisi artificioso concentu: qui constat modis quibusdam dulcisonis pressæ elatæ, & flexæ uocis, mensuraq; temporis ipsarum uocum numeris accommodatæ. Hoc autem inuentum sic in templis canendi, ut. D. Basilius scribit, à spiritu sancto processit: qui mortale genus ad uoluptatem & ad uitium suapte natura procliue, & à laboribus auersum, ad opus uirtutis, sanctis præceptis ea numerorum modulatione comprehēsis, inuitat: ut homines aurium oblectatione deliniti, sub specie iucunditatis, sermonis utilitatem percipiant. Fecit id more medicorum, qui ægris daturi medicinas amaras, ut ab haurientium gustu discutiant amaritudinis nauseam; condiunt dulciter pharmaca saccaro: & suauiter melle pocula circūliniunt. Facere etiam ad intelligētiam scripturarū musicam artem summus quoq; doctor Augustinus affirmat. Non pauca, inquit, claudit, atq; obtegit non nullarum rerum musicarum ignorantia: nā de psalterii, & citharæ differentia, quidam non inconcinne aliquas rerum figuras aperuit, hæc ille. Non tamen uelim in ea re quēquam nostrum occupari plus æquo, & proficere usq; ad theatralem luxum: sed quatenus in sacris decet: ubi uti oportet uoce scilicet uirili distincta, & grauibus numeris suauiter modulata: non autem fœminea indiscreta: & quæ solo tinnitu modulaminis, & uario garritu uocum sine uerborum prolatione, & sine sensu, aures tantummodo inaniter ualeat demulcere: ut hoc nostro æuo in templis alicubi fieri consueuit: ubi lituis, tubis, ac fistulis ita undiq; templa perstrepunt, ut theatralibus ludis, & choreis potius, quàm aut sacris, aut diuinis laudibus interesse uideamur. Quanto in eo prudentiores fuere antiqui spartæ: qui ne eiuscemodi uirtutis la

beis aliquando suam ciuitatem inficeret, Timotheum citharædum nobilem, & illic apud se magno iuuenũ concursu, artem musicam profitentem relegandum à se publice censuerunt, tanquam leges soluentem, & iuuentutis mores labefactantem, quoniã ad molliciem cantus chordam unam primus omnium in cithara consonæ uocis addiderat. Iure ergo optimo hoc tam operosum, ac lasciuum musicæ genus, & tam molles, & inutiles moduli theatro, & scena magis sanè digni sunt, quàm templo, utpote quibus acuuntur libidines, et inuitamur ad uoluptates, potius quàm ad meditãda cœlestia. Reiicienda sunt hæc prorsus: ac releganda procul à sacris: & pro his honesti, & graues, & digni Dei auribus perdiscendi concentus atq; in templo frequentandi. Sed de hoc etiam paulo inferius aptiori loco dicetur. Non tamen negamus, quando pro recreatione & animi causa. domi priuatim modeste musicos modos utendos esse, si quando lassi longa scripturarum lectione uelimus uel fessum animũ assidua intentione, uel sensus lassos nimia fatigatione laxare. Dandum est enim aliquid laxationis animo, in quouis studiorum genere diutius occupato: quatenus fatigatus diutino studio, rursum interuallo alternæ quietis fortius reparetur: & assurgat ad intermissa studia ita refocillatus ardentius. Solent enim nostri animi tẽpestiua quadam intermissione mirifice demulceri: & discussa tristitia studiorum, hilaritate cuiuspiam honestæ cãtionis insurgere postmodum ad seria alacriores.

De exercendo corpore. Cap. XXVIII.

VErum quia intelligere scripturas, & literarum studiis occupari, non omnibus datum est: nec expedit ualetudini, assidue, & perpetuo in quouis genere studiorum conteri: labore etiam corporis aliquo, aut aliis honestis exercitationibus est torpor uincendus,

& sicut literatis, studiorum nausea uarietate lectionis, ita & imperitis, ocium honesti cuiuspiam negocii alternatione tollendum: atque simul uariis fatigationibus domanda carnis petulantia: ne currat libera sine freno quocunque moueat appetitus, sed uelit nolit, cogatur inuita parere consilio rationis. Labor (ut ait poeta) omnia uincit improbus. Non est autem consentaneum eum qui fatigatione lassatur, libidine concitari, neque eum qui occupatur laboribus intendere simul animum uoluptatibus. Vnde docet Columella auctor rusticationis, ad temperandam sæuitiam admissarii in libidinem furentis, id esse remedio, ut ad molam uinctus, amoris petulantiã labore temperet. Magnos quoque imperatores legimus, male parentem, & dissolutum nimia licentia militem, ne uacet ulterius præ nimio ocio lasciuire, & ab armis ad luxuriam conuerti, uariis expeditionibus, & nouo quotidie labore consueuisse de industria coercere. Nihil profecto tam certum est (ut dicit Seneca) quam ocii uitia negocio discuti. Generosos siquidem animos enutrit labor: at ociũ etiam natura strenuos, ignauos, ac molles reddit. Quanto enim corpora defatigatione, & exercitatione ingrauescunt tanto animi sublimius eleuantur. Lectione ergo, ac labore pariter ocia fugãda sunt: quatenus eiusmodi exercitia tutioris quietis nobis referãt commoda. Nihil quidem tam apte uitam hominum instruit, atque confirmat, quàm honesta, & moderata corporis exercitatio. Neque enim expedit semper libro, ac pugillaribus affixos esse. dandum est enim quandoque & animo aliquod interuallum, ut is remittatur, atque ab assidua intentione quiescat: & propterea nunc id, nunc illud agendum: modo meminerimus modestiæ, & quicquid facimus ad animi uigorem, & ad domandam carnis petulantiam faciamus. Sunt autem quædam exercitationes per faciles, quæ laxantes satis quidem animum, corpus non multum lassant. Sed hic in hac re sicut, &

In aliis omnibus, magna est semper habenda ratio ua-letndinis, & decori. Genus autem exercitationis id erit præcipuum, deambulatio frequens, pila, saltus, cantus, & eiusmodi: dummodo hæc alioqui per etatem liceat, & ordini, & loco, & tempori quadrent: nec commisceatu t eis aliquid turpitudinis. Quod erit sane facilius, si eiuscemodi rebus honestos uiros, & maiores natu curauerimus interesse, quorum autoritatem uertamur. Opus uero exercitationis, unicuique uel maioris, uel minoris, uel huius, uel illius, pro habitudine corporis, & qualitate personarum tractandum est. Insuper addenda quoque (si conducere uideatur) rusticatio, peregrinatio, equitatio, & eiusmodi. Quinetiam si loci natura ferat, & uacet licet tibi piscibus, uel hamo, uel reti insidiari, feras laqueis capere uolucres uisco fallere, uel retibus: ut aliquando uel sic, uel alio quouis honesto exercitio, aut labore ipsum quoq; diabolum fallas.

De agresti exercitio, & rustico opere faciundo. Cap. XXIX.

RVris quoque opera, & si plus temporis exigant, attamen in primis, siue fructus, siue animi causa feceris, et iucunda sunt, et perutilia. Rus siquidem corpus alit, animum delectat, relaxat omnem tristitiam spiritus: et quæcunque ea cura fuerit, quæ implicet mentem, facile suis studiis, exercitiisq; dissoluit. Non enim duas simul curas admittit humanus animus, sed dum unam fouet, reiicit alteram: et dum unius meminit alterius obliuiscitur. Quis nõ malarũ, quas amor curas habet, hæc inter obliuiscitur: ut ait eleganter Horatius. Vnde legimus apud

& sicut literatis, studiorum nausea uarietate lectionis, ita & imperitis, ocium honesti cuiuspiam negocii alternatione tollendum: atque simul uariis fatigationibus domanda carnis petulantia: ne currat libera sine freno quocunque moueat appetitus; sed uelit nolit, cogatur inuita parere consilio rationis. Labor (ut ait poeta) omnia uincit improbus. Non est autem consentaneum eum qui fatigatione lassatur, libidine concitari, neque eum qui occupatur laboribus intendere simul animum uoluptatibus. Vnde docet Columella auctor rusticationis, ad temperandam sæuitiam admissarii in libidinem furentis, id esse remedio, ut ad molam uinctus, amoris petulantiã labore temperet. Magnos quoque imperatores legimus, male parentem, & dissolutum nimia licentia militem, ne uacet ulterius præ nimio ocio lasciuire, & ab armis ad luxuriam conuerti, uariis expeditionibus, & nouo quotidie labore consueuisse de industria coercere. Nihil profecto tam certum est (ut dicit Seneca) quam ocii uitia negocio discuti. Generosos siquidem animos enutrit labor: at ociũ etiam natura strenuos, ignauos, ac molles reddit. Quanto enim corpora defatigatione, & exercitatione ingrauescunt tanto animi sublimius eleuantur. Lectione ergo, ac labore pariter ocia fugãda sunt: quatenus eiusmodi exercitia tutioris quietis nobis referãt commoda. Nihil quidem tam apte uitam hominum instruit, atque confirmat, quàm honesta, & moderata corporis exercitatio. Neque enim expedit semper libro, ac pugillaribus affixos esse. dandum est enim quandoque & animo aliquod interuallum, ut is remittatur, atque ab assidua intentione quiescat: & propterea nunc id, nunc illud agendum: modo meminerimus modestiæ, & quicquid facimus ad animi uigorem, & ad domandam carnis petulantiam faciamus. Sunt autem quædam exercitationes perfaciles, quæ laxantes satis quidem animum, corpus non multum lassant. Sed hic in hac re sicut, &

In aliis omnibus, magna est semper habenda ratio ua-letudinis, & decori. Genus autem exercitationis id erit præcipuum, deambulatio frequens, pila, saltus, cantus, & eiusmodi: dummodo hæc alioqui per etatem liceat, & ordini, & loco, & tempori quadrent: nec commisceatur eis aliquid turpitudinis. Quod erit sane facilius, si eiuscemodi rebus honestos uiros, & maiores natu curauerimus interesse, quorum au-ctoritatem uereamur. Opus uero exercitationis, unicuique uel maioris, uel minoris, uel huius, uel illius, pro habitudine corporis, & qualitate personarum tractandum est. Insuper addenda quoque (si conducere uideatur) rusticatio, peregrinatio, equitatio, & eiusmodi. Quinetiam si loci natura ferat, & uacet licet tibi piscibus, uel hamo, uel reti insidiari, feras laqueis capere uolucres uisco fallere, uel retibus: ut aliquando uel sic, uel alio quouis honesto exercitio, aut labore ipsum quoque diabolum fallas. Gen. 3.

De agresti exercitio, & rustico opere faciundo. Cap. XXIX. Psal. 127.

RVris quoque opera, & si plus temporis exigant, attamem in primis, siue fructus, siue animi causa feceris, et iucunda sunt, et perutilia. Rus siquidem corpus alit, animum delectat, relaxat omnem tristitiam spiritus: et quæcunque ea cura fuerit, quæ implicet mentem, facile suis studiis, exercitiisq; dissoluit. Non enim duas simul curas admittit humanus animus, sed dum unam fouet, reiicit alteram: et dum unius meminit alterius obliuiscitur. Quis nõ malarũ, quas amor curas habet, hæc inter obli uiscitur? ut ait eleganter Horatius. Vnde legimus apud Eod. 7.

Ciceronem, Lelium, & Scipionem uiros clarissimos, atque sapientissimos ad deponendas grauiores curas rusticari sæpe solitos, & tūc (ut ille refert) incredibiliter repuerascere, quum rus ex urbe, tanquam è uinculis, euolauissent. In rusticis quidem moribus (ut idem refert) & in uictu arido, & in horrida, & inculta uita, maleficia, qualia in urbibus, non gignuntur. Conducet ergo pudicitiæ uehementer, siue ruri, siue in urbe degas, in opere agresti te seorsum à frequētia quādoq; in tuo, uel agro, uel hortulo curiosius exercere: non tamen rustico, & imperito more, & usq; ad lassitudinem, sed animi causa, urbane, et placide, cum moderamine, & ratione ualetudinis usq; ad sudorem: ut, iuxta illud nostri creatoris elogium, in sudo

Gen. 3. re uultus tui uescaris pane. De hortulo sic perbelle Vergilius. Oblectat hortus, auocat, pascit, tenet, Animoq; mœsto demit languores graues, Membris uigorē reddit, & uisus capit. Refert labori pleniorem gratiam, Tribuit colenti multiforme gaudium. Neque enim erubescendum esse cuiquam arbitror, si callosam ex eo opere gestet manum, & sentiat inde digitorum articulos sibi ali

Psal 127. quanto fieri duriores. Opus manuum tuarum (ut ait propheta) quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Cui nam quæso mirum uideri debet, atq; haberi eo nomine indecens, uel indignum: q agreste opus, atq; olitoris officium ineundum, pro subigenda proteruia carnis dicā quum & olim à nostris maioribus (ut legitur in decretalibus sanctionibus) etiam præceptum fuerit, ut sacerdotes mane, expleto matutinali officio, & persoluto penso suæ seruitutis, uidelicet prima, tertia, sexta, nona, & uespera (ita ibi scribitur) exeant ad opus rurale in agrū: ut suo potius labore, quàm mercatura, ullove alio turpi lucro comparent sibi necessaria. Legimus item in sacris literis. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam

Eccle. 7. ab altissimo. Celebratur & apud gentiles illud Apollinis à Gige tunc amplissimo terrarum rege consulti admi

randum responsum: quo Aglauum Prophodium agricolam rege ipso adiudicauit esse multo fœliciorem: quod is in angustissimo Arcadiæ angulo exiguum quidem agellum, sed annuo uictui large suppetentem coleret: & quod ibi paruo contentus, omni deposita cura, liber, & absque metu, ac molestia uiueret. Fuit olim profectò & monachorum proprium operari manibus, & inde ex proprio labore sibi uictum cōparare: ne domi umbratilem, ac ociosam & sellulariam, ut mulieres, uitam agerent. Sed neque Paulus ille uas electionis erubuit apostolicis manibus operari, ut ex iusto labore suo sine alterius damno, uel incommodo sibi necessaria prouideret. 4.Cor.4.
Quo circa tibi quoque graue esse non debet, uineta, fruticetaq; uarii generis certo ordine tuis sæpe manibus serere: atque etiam suis temporibus putare, transferre: inserere, sepire, circunfodere, stercorari: ut ex istis tuis postmodum laboribus, ultra quod carnem domasti, iucundos etiam, ac uberes capere fructus possis: quos tam amicis quàm egenis liberaliter, pieq; aliquando dispartias. Humum insuper, ne quando uaces, quum opus fuerit, sarcito, & exherbato, interuellito, repurgato, fodito: areas uerrito, semitas distinguito: & cūcta denique affabrè tua arte, & cura potiusq̄ labore disponito. Varia subinde olera, uel ad delectationē, uel in usum medicaminis, uel quibus tuipse cum tuis salubriter, frugaliterq; uescaris, ex selectis seminibus omnis generis serito. Sit tuus iste hortulus optime cultus, iucunde ornatus, ingeniose compositus: operaq;, & labore suo semper uernans, semper irriguus. Istic lactucæ aptè sedeant, & liratim, Brassicaq; ex seminario translata pari interuallo consurgat, Allia quoque ibi porri, cœpeq; uirescant. Serpant cucumeres, pepones, cucurbitæ, raphani. Adsint napi, rapæ, pestinaca, betæ, petroselinon, papauera, crocus, coriandrum, mellisophilos, seu boracum, millefolium, hysopum, asparagi, apium, anetum, ruta, sinapis, caparis, si tamen, locus ferat.

Menta quoq; nasturcium, inula, satureia, feniculi, marrubium, thimus, endiuiaq; & defossa, & libera, cichorea, bulglossus, pimpinella, maluæ. Spiret istic etiam suauiter amaracus, serpillum, pulegium, saluia, absyntium, piperitis, rosmarinus. Nec absit præterea, faba præcoqua, & pisum, quod suis suffultum adminiculis frugem afferat. Eruca uero, & bulbi, & quicquid amicum est ueneri procul esto: nisi forte uel opus his sit familiæ, uel usui meliori seruentur. Alioqui uideberis imitari attalum Philomatorem, qui regio horto aconitum, & cicutam, & alias herbas mortiferas fertur studiosius coluisse, quàm salubres. Rosas etiam, & lilia, &, uiolas, & flores id genus mille, qui uitæ nobis uanitatem demonstrent, spirare ibi odores suos, minime uetandum puto. Adsit quoque, si placet, & Heliotropium, quod solis conspectum sese conuertens nubilo etiam obumbrante indicet tempus, horasq; diei. Exornent insuper locum Lauri, Mirti, Cupressi, Iuniperi, & eiusmodi arbores aspectu pulcherrimæ, uel si magis placet, frugiferæ: qualis est arbor Punica, ac Persica, Fici, Mali, Sorba, Mespili, Pruni, zinziphi, Mala, Cotonea, Citrea, Pyri, Amigdali, Tuberes, Caroli, & eiusmodi. Ibi te Buxus quoque in uarias detonsa animalium effigies: atque indiuersarum rerum formas, & contextum ex aliis arbusculis topiarium opus amœna sua uiriditate detineat. Istinc tibi de collibus, aut in plano uineta frondeant, & præcoces uuas, & apricas prospectes oliuas. Hæc sunt sane optima oblectamenta, in quibus possumus exerceri recte, & honeste delectari, & fugere ocium pariterq;, & tentationes diaboli: quas ipse nobis uacantibus per ignauiam facile subministrat.

Dandam eſſe literarum ſtudiis aliquam inter= miſsionem. Cap. XXX.

VErum ſi forte literarum ſtudioſiores fuerimus ut nihil neceſſe ſit fallere his rebus ocium, non eſt tamen ꝙ propterea ab eiuſmodi exercita= tionibus omnino deſiſtamus. Condiuntur enim his oblectationibus ſtudia, non deferuntur: ut pote ad quæ ex ipſis ſane exercitationibus alacrius promptiusq́; re= dire conſueuimus. Nimirum uita hominis in remiſ= ſionem, ac laborem æque diuiſa eſt: & inter ſe ui= ciſsim hæc duo rectisſime conuertuntur, labor, & quies, ut ſcilicet in orbem, labor quieti, quies labori ſuccedat. Et enim ſic ſe habent res humanæ, ut ſem= per ſequatur uigiliam ſomnus, tempeſtatem tranqui= litas, ſerenum nebula, bellum pax, laborem requies, ſeueritatem alacritas, nimiam in quacunque re inten= tionem remisſio: & econuerſo. Hinc etiam feſti, pro= feſtiq; dies uidentur fuiſſe inſtituti hinc etiam ſolemus arcus, lyraſq́; remittere, non tanquam deſpectas, ſed ut poſſint, quum uſu uenerit, & illi tendi fortius, et hæ ex interuallo ſuauius delectare. Studio itaque ali= quo, ſeu lectione ſcripturarum, ſiue corporis exerci= tatione tam doctorum, quàm imperitorum (ut cuiq; expedit) ocium omnino tollendum eſt: ne quis in= terim aut malis artibus diaboli, aut ſua ipſius oppri= mi posſit ignauia. Quod conſilium ſane quicunque neglexerit, in magnas mox ſolicitudines incidat, ne= ceſſe eſt, omni poſtmodum negocio duriores, iuxta illud uerum, et elegans prouerbium. Negocium ex ocio. Multa quoque alia idonea exercitia, atque honeſta oblectamenta eſſe, non ignoro, quæ ad id fa= cere poſſent, ſed longum eſſet omnia referre, tan= tum peto, ne improbentur ullo pacto honeſti, & moderati labores: quandoquidem, ut in diuinis lite= ris habetur, ita naſcatur natura homo ad laborem,

Iob.5. ut auis ad uolandum, Sunt qui sciant fallere ocium, et leuare studiorum fastidia musicis concentibus, & interdū exercitationis loco, cantu, fidibusq; sese oblectare: quod nequaquam esse improbandum ducimus, quum dicat. D. Augustinus in libris de musica, eum non esse harmonice compositum, qui harmonia non delectatur. Innumeri fermè fuere, & sunt in præsenti doctissimi uiri, atq; et, cōtinentissimi, qui animi causa, & ad leniendum laborem studiorum, & ad ocium fugiendum soleant certis horis sese his modulis delectare: & hac una re potissi-
1.Reg.16. mum animi sui tristitiam consolari: ut de Dauid sancto, & Saule rege in sacris regum gestis perhibent. De tristitia autem, quæ fugienda sit Paulus Apostolus in secun-
2.Cor.7. da sua ad Corinthios epistola ita differit. Quæ enim inquit, secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem. Tristitia quidem secundum Deum est, dolere se peccasse, & satisfacere pro delictis, et propterea dicitur pœnitentiam operari: at sæculi tristitia est angi ob egestatem & egritudinem, & incommoda, ac aduersa huius mundi, quæ plurima sunt, et hæc operatur mortē, id est peccatum: quum quis ea patienter ferre non possit, et affligetur nimia tristitia: & iccirco quibuscunq; rebus possumus, fugienda hæc est nobis, ne per eam in mortem incurramus æternam. Verum tamen & in his, et in cæteris exercitationibus (ut huic tandem parti finem ponā) noscat unusquisque quid sibi potissimum expediat, suoq; ingenio conueniat magis, atq; ad id applicet sese, quod conducere nouerit negocio, et professioni castitatis, Nō est ignauorum, aut delicatorum (mihi credite) seruare castimoniam, sed strenuorum tantum, ac fortium, qui norunt aduersus concupiscentias carnis, in acie semper paratistare: semper decertare, semper uincere.

De meditatione, contēplatione, et oratiōe. Ca. XXXI.

VErum enim uero nihil horum, quæ hactenus di-
cta sunt, satis uidetur facere ad consequendum firmum certumq; præsidium castitatis (q̃q̃ sit uel quodlibet etiam per se magnum) nisi meditatio lectioni, et oratio meditationi, et contemplatio orationi, uicissim cum delectatiõis exercitatione, et fatigatione succedat, ut satis dictum est. Ornanda quippe est castitas spiritualibus operimentis, ne nuda prorsus, et pauperrima uirtutum appareat. Nam iuxta. D. Gregorii sententiam, nec castitas magna est sine bono opere, nec bonum opus quicquam est sine castitate. Quatuor enim sunt gradus spiritualis profectus, qui traduntur nobis à maioribus nostris. Lectio, Meditatio, Precatio, Contemplatio. Primus quidem gradus, quæ est lectio, perquirit ignorata, alter quæ est meditatio, perquisita degustat: tertius quæ est oratio suppliciter gustata deposcit: ultimus quæ est contemplatio, petitis et desyderatis fruitur: quod tũc euenit, quum mens sepositis omnibus curis Deo penitissime iungitur, et est id summa, ac perfecta consummatio uirtutum. Quod quidem munus per paucorum est sane hominum adhuc in carne uiuentium, possibile tamẽ, ac minime desperandum homini præsertim casto. Verum si id nobis nequaquá contingat, quod plerisq; legimus obtigisse: qui libere meditari cœlestia, ac Deum gustare suauiter per contemplationem ualuerunt: non est ꝓpterea ꝙ moleste feramus, sed (ut docet Augustinus,) facere debemus, quod ad nos pertinet, atque in nostro est arbitrio, legere scilicet meditari, orare. Orare inquam assidue, ut adiuuet infirmitatem nostram Deus et uideat imperfectum nostrum, et doceat nos facere uoluntatem suam. Legere autem, debemus, quæ nos instruant præceptis, commoueant consiliis, erudiant doctrinis, et sanctorum denique gestis, atq; exemplis confirment. Quæ omnia assidue, ruminando, ad intima cordis transfundenda sunt: ut his fulcimentis mens humana firmata,

aduersus omnes diaboli fraudes, et mundi blanditias, et carnis mollitiem, stabilis in castitatis proposito perseueret. Facit quidem diuina meditatio, ut quãdiu intra nos animo taciti cœlestia meditamur, nihil, aut parum admodum carnis sarcinam sentiamus, et diuinę intuitionis desyderio, et amore cœlestium succensi magis magisq; flagremus. Eligatur itaq; à nobis ad ea, quæ dicimus, idonea, et loci, et tẽporis opportunitas. Loci scilicet, ut omni strepitu, ac tumultu uacet quo frequenter uelut in secessum, et tutam stationem liberi, et taciti ad meditandũ ueniamus. De tempore autem non est, ut quicquam distinctè præcipiamus: quum omne tempus idoneum sit ad meditandum, et orandum: attamen præcipuum est antelucanum, ubi primum è somno exurrexerimus, de quo regius propheta dicebat. In matutinis meditabor in
Psal. 62. te, quia fuisti adiutor meus. Tunc enim leuiori stomacho, et interuentu maioris quietis, sedatis curis, et mente interpellata: inuitatiq; etiam ipso noctis silentio cœlestia ardentius meditamur. Et hoc sane est promptum, præsentaneumq; remedium ad proterendum, atq; effugandum desyderium uoluptatis: nam (ut ait quidam) facile laqueos euadit in terris, qui oculos mentis hinc procul habet semper in cœlis. Meditari quidem nos oportet assidue et quantum, et quid, et quot nominibus domino nostro debemus, qui quũ non essemus, nos fecit, et quũ simus pauperes, et nudi, atq; omnium egeni, nos pascit, induit, tuetur, ditat: et quũ captiui teneremur, et essemus culpæ obnoxii, et in sordibus peccatorum iaceremus, redemit nos, ac lauit omnia nostra peccata sanguine, et aqua de sui sancti lateris plaga manante. Id nunquam sane, nec horæ quidem momento, excidere nobis debet, quomodo pro nobis de cœlo demissus sit ipse noster dominus et saluator Iesus: et quàm humilis factus nascendo, quantopere fatigatus uiuendo, quam impudenter spretus, et contumeliose illusus docendo,

quam denique crudeliter, impie, et immaniter uerberatus, uulneratus, transfossusq; moriendo. Verum quia de meditatione multa ubiq; à scriptoribus pie, salubriterq; narrantur, nihil hic ultra à nobis addendum prolixius necessarium esse duximus, sat fore existimantes huius rei meminisse sic obiter fecimus.

Languores, et solicitudines plurimum prodesse ad reprimendam uenerem. Cap. XXXII.

Quantum autem faciat ad continentiæ rationem animum interdum aduersis rebus angi, et corpus languoribus affici, latere arbitror neminem. Res est sane notior, quàm ut indigeat argumentis, quàm; prolixiore oratione sit opus. Cura nanq; curam, ut clauus clauum propellit: et (ut Comicus ait) malitia alia aliam trudit. Nihil est enim ad profligandum desyderium ueneris, doloris perpessione, et animi molestia potius: nam quicunque eiusmodi aduersis afficitur: intendere ei animum uoluptatibus non uacat. Duobus nanq; doloribus (ut scribit in Aphorismis Hippocrates) simul eisdem locum infestantibus, uehementior alterum obscurat. At qui etiam id boni hoc malum præstat: quod quisquis inter huius mundi illecebras interdum aduersi aliquid experitur, statim cogitur humanæ conditionis, et fortunæ inconstantiæ meminisse. Quicunq; enim uoluptates carnis his amaritudinibus respersas, aut potius repletas uidet, discit eas minus curare, minus amare: ut pote incertas, fluxas, et uanas: et quæ possint cito graui superueniente dolore quopiam ex uoluptate inærumnas conuerti: et aduersis casibus, uariisq;

mutationibus, et perturbationibus sæpius interrumpi. Quod autem de molestiis, et solicitudinibus animi diximus: eadem ratione uidetur esse dictum de mala ualetudine corporis: quæ persæpe conuertitur in salutiferum remedium sanitatis, restituens animum ægrum, et amore sautium, ad optimam ualetudinem. Docet enim Plato ad seruandam continentiam, et ad philosophiæ cognitionem percipiendam multum solere prodesse, debile, et ualetudinarium corpus habere. Quod quidem q̃ sit probabile, non tam cuiusquam sapientis auctoritate, quàm multorum etiam exemplis patet, qui tenui ualetudine, et mala quadam dispositione corporis assidue laborantes, et in studiis literarum euaserunt doctissimi, et in totius uitæ moribus integri, et continentes fuerũt. Hic non est ꝙ quisquam admiretur si morbos, solicitudines, molestias, resq́; adeo nobis aduersas, attulerim pro remediis, ut à uenereis perturbationibus, atq; amoris insani angoribus liberemur. Nimirum in omnibus perturbationibus animi quæ solent uulgo contingere, nulla sane uehementior esse solet impuro, atq; interdicto amore. Attamen quoniam omnes natura mœrorem fugimus, alacritatemq́; captamus, paucis admodum persuadere speramus accersendas esse ultro molestias, et afflictiões eiusmodi suscipiendas gratis: quum id certe à natura hominis, et a communi consuetudine prorsus abhorreat. Difficile propterea et permagnum suadere mœrenti, ut suo iudicio existimet, ita male affici, sibi melius esse, q̃ recte ualere, et incolumitate frui posse. Verum quia hoc etiam remedio, libidinis morbo quãdoq;, immo sæpius consultum simus, non ab re mihi uisum fuit huius etiam hoc loco meminisse: ut quamuis non optemus eiusmodi molestias, saltem si in eas incidisse contigerit (ut sæpe fit) feramus æquo animo: et tanquam missas diuinitus æqui boniq; faciamus: præsertim si quando citra culpã nobis euenerit ut affligamur: scientes plærosq; nostrum

non tam,

non tam, q̃ deliquerimus, pati, quàm potius ne delinquamus in posterum, & grauius postea puniamur.

De lasciuorum hominum consuetudine fugienda: & si contingat quid interim sit agendum. Cap. XXXIII.

Diligenter continentiæ studiosis, & in primis cauendum est, ne quando turpibus, & lasciuis sodalitiis misceantur. Qui enim cum ingeniis conflictantur eiusmodi, haud facile poterunt habere suæ uitæ modum, & non simul turpiter labefactari libidinibus sociorum. Nam quum corporis, tum animi contagia ex alio in alium cito, facileq; transiliunt. Scribit Græcus auctor Plutarchus tantam uim habere assiduam cum aliquo consuetudinem, ut plærunq; quis inscienter, nõ animi solum, sed ex corporis uitia eorum, quibus cum diutius uersatus fuerit, imitetur: & ꝓpterea, & Platonis gibbum, & Aristotelis balbutiem plærosq; ex eorum familiaribus, & discipulis retulisse. Compertum est etiam qui cum lippis asſidue degunt, eos affici solere eadem lippitudine cum illis, Serpunt enim animi, pariterq; & corporis contagia, ac inficere sæpius sua uicinitate, & consuetudine proximos solent. Affricat (inquit Seneca) morum suorum scabiem conuictor corruptus. Quo circa non ab re factum est prouerbium. Qui iuxta claudum ambulat, discit subclaudicare. Et pertritum illud, & uulgare huic simile. Qui cum lupo uersatur, ululate condiscit. Præcipiunt propterea medici, eos, qui uelint consulere bonæ ualetudini, inter hoĩes succulẽtos, iuuenes, hilaresq;, et uegeto corpore p̃ditos oportere uersari: et fabricitãtes, graciles, male affectos, pallẽtesq; uitare: aut si saltẽ ipsorum cõuictu asſiduo temperare. At qui uero q̃to diligentius attendendum est, ut uitemus probrosos, atq; impudicos homines, ne eorum nobis tali conuersatione

animi contagia æque atq; corporis accersamus, q̃q̃ illa, quæ sunt animorum multo sanè occultius obrepunt, & longe facilius contrahuntur. Celebratur merito pulchrũ illud, atq; præclarum dictum. Amicitiam aut pares inuenire, aut facere. Et illud frequens in ore omniũ dauidicũ
Psal. 17. carmen. Cum sancto sanctus eris: & cum uiro innocente innocens eris: & cum peruerso peruerteris. Ea quoq; cõualuit haud falso uulgi opinio: esse non posse non malũ, qui assiduus cum malis habitat. Vnde solent adolescentes probabilem de se opinionem uulgo præbere, eorũ se similes fore, cum quibus assidue conuersantur. Ideo
1. Cor. 5. Apostolus: Ne commisceamini inquit fornicariis: Quænam (ut idem ipse ait) participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? & quæ conuentio Christi ad Belial? Nulla quidem uis maior ad coniungendas amicitias, quàm naturę, ac studiorum similitudo. Nam sic se profecto res habet, ut conciliari turpium hominum amicitia, nisi turpi ratione non possit. Consortem enim, ac participem alienorum delictorum fieri necesse est, quicunq; fuerit arcto coniunctionis uinculo cum libidinoso fœdo, & delinquente copulatus. Vnde sæpe memoratus Apostolus. Subtrahite inquit, uos ab omni fra-
2. Tesal. 3. tre ambulante inordinate. Et propterea fornicariũ è medio iubet amoueri, ne fortè accidat, ut uel modicũ fermenti totam massam corrumpat. Quicunq; ergo castitatis suæ rationem constare desyderat, non sit sibi in postremis curare, ut reiectis procul amicitiis, conuictuq; lasciuorum, honestissimis uiris adhæreat: quibus & bonorum morum similitudine, & optimorum studiorum societate iungatur: & quibus cum frequenter de Deo, de literis de uirtute loquatur: & quos iure, & merito nõ modo imitetur, & amet: sed etiam uereatur, & colat. Nam per mixtim uiuere cum his, qui impudicitias amãt, & Dei præcepta contemnunt, commori cum illis est potius, q̃ uiuere. Certum est enim q̃ sicut multa bona bonis affert

pudica,& honesta consuetudo bonorum:ita cõtra,multa mala,turpis & lasciua conuersatio malorũ.Scio quantum mihi semper profuerit tam in studiis, quàm in moribus prope ab incunabulis ad hunc usque diem, Marci Hungari candida & incorrupta consuetudo, nec non Bartholomæi Caligarii, & Aurelii Scapini,cum quibus me communis patria,communia studia par ætas, similitudo morum eadem professio,mutua officia ,asſiduitas conuersationis, & si quid deniq; in amicitia est potius, ita stricte copulauit:ut non uideatur reperiri posse uinculum maius,quo iam arctius, aut copulatius præstringamur.Sed & alii multi in simili re maximo mihi adiumento fuerunt,quibus me non beneuolentia tantum , sed & arctissimus diuini amoris nexus alligauit. Nihil ergo(ut ad rem redeam)conducere magis potest ad formãdos mores,quàm consuetudo,& amicitia bonorum.Cõpendio nanq; celeriterq; perducimur imitatione,& æmulatione sociorum,quo nos uel nunquam,uel serius nostrũ perduxisset ingenium.Nam sicut gratum est ambulantibus per iter ignotum præuia aliorum sequi uestigia:sic & in uita ad adipiscendam bonorum morum disciplinam conducibile est alienis exemplis insistere:nam quemadmodum uultus ad speculũ, ita mores ad exemplar alienæ uitæ in melius concinnantur.Verum quia æque uitiosum est,& omnibus sese credere,& nulli : delectus in ea re studiosissime est faciendus:atq; in cõparandis amicitiis maxima cura,& diligentia semper habenda:ut optime sciamus quem sectari,quem fugere debeamus : nã multis simulationis inuolucris (ut ait Cicero) & quasi uinculis quibusdam obtegitur uniuscuiusq; natura. Et in sacris literis legitur,Prauum,& inscrutabile est cor hominis,& quis cognoscet illud? Nam frons,oculi,uultus sæpe mẽtiũtur,oratio uero sæpissime: ideo tp̃is interuallo opus est ad ineundã arctius amicitiã,et societatẽ cũ ignotis:ut tãdẽ apte qualis q̃sq; sit ex ipsa experiẽtia cõsuetu- Iere.17.

dinis appareat quæ diutius dissimulari, aut latere nō pōt. Quam ob rem in contrahenda eiusmodi familiaritate ignotorum, differendum nobis erit iudicium, & supersedendum aliquantisper, iuxta Pythagoræ documentum: qui uetabat inijci temere cuiquam dexteram: per quod innuere uolebat, non esse inconsulto quemlibet conciliandum nobis amicum. Expedit siquidem egregium, sanctumq; uirū aliquem habere nobis è multis, qui nos possit facere meliores: cuiq; expedite, ac nudè patefaciamus omnia nostri cordis arcana: quiq; in uia uirtutum, ducatum præstet: & quem nobis totius uitæ nostræ, & custodē, & censorē ponamus: ut tanq̄ eo intuēte uiuamus, & tanquam eo præsente cuncta faciamus.

De amicabili correctione habenda aduersus errantes. Cap. XXXIIII.

Sed quoniam fieri pōt, ut plerunq; in turpiores quosdam etiam necessario incidamus, & uitare eorū consortia facile nequeamus: propterea ne quid ab eis in eo congressu detrimenti patiamur, tunc iniicienda sunt illis à nobis monita salutaria, atq; piè, prudēterq; suadendum eis, ut resipiscant: atq; cum ipsis tam diu commorandum, quatenus conducere communi utriusq; saluti uidebitur. De hoc Apostolus. Nolite inquit communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Attamen cauendum ne forte cum his in eam familiaritatem amicitiæ descendamus, quæ consueuit similes iungere: nisi forte contigerit, ut emendentur, atque sic emendati, & sui dissimilis effectis, possint & ipsi merito inter bonos, & honestos uiros haberi. Sunt multi qui turpia quidem in seipsis multū adhorreant, sed aliorum turpitudinem nimis æquanimiter ferant, ad omnia conniuentes, atq; dissimulantes. Timent enim si quospiā reprehendant, molestiam illis afferre: atq; abalienare à se eos, & uideri ex eo deinceps minus amici: uel ē t hypo

Ephe. 4.

critæ existimari: quasi dum eorum uitia castigant, aut se ipsos iustificare, aut illos spernere uideantur. Foras mittendus est timor iste inanis, & uanus, neque respiciendum quicquam ad nos, sed communi commodo consulendum: quatenus possit salutis fraternæ ratio semper, & ubiq; constare. Quid quæso uerendum est, amicũ amicos arguere, quando, ut apud Ciceronẽ Cato dicit, multo melius de hominibus mereantur, amici qui acerbi, quàm qui dulces habeantur. Illi enim semper uerum dicunt, hi nunquam: illi prodesse plerunque possunt hi semper obesse. Quare nõ debent boni, & ueri christiani in qui exercitati sunt in operibus piis, tam improbe, tamq; immaniter delinquere: ut sua opera amicum, & proximum in tanta necessitate destituant: quin potius reassumpto animo, quibuscunque auxiliis possunt amicis, ubique præsto esse, ne pereant. Argue inquit Apostolus, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Optimum sane est, & summa laude dignissimum, damnare, et reprehendere turpia, ac facere, et docere honesta: nam si te forte audierit (iuxta illud saluatoris nostri uerbum) lucratus eris fratrem tuũ: sin minus, nihil interim iacturæ passus es: operam dedisti amico, & proinde bene meritus factus es de fratre, quicquid postmodum eueniat. Nemo autem unquam desperet posse monendo proficere: confidat tantum in domino, qui est, qui operatur in nobis. Potens est Deus inquit Apostolus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonũ. Et alibi uiuus est sermo Dei, et efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingẽs usque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque & medularum. Nihil est ergo ut uereamini, omnia possibilia sunt credenti. Neque enim potest non prodesse libera, clemens, atque beniuola commonitio amicorum: dummodo sit magnanima, & sine contumelia: lenisq; potius quàm seuera: atque etiam mode-

2. Timo. 4

Matth. 18

2. Cor. 9.

Heb. 4.

rata, breuis opportuna, ac seorsum, suo loco, & tempore præstita: & super omnia, ut sola ipsius causa, qui obiurgatur, suscepta esse uideatur. Cauendum uero interim nequid iracunde, ueluti contra inimicum, ne quid imperiose, tanquam in subditum, neue quid iniuriose, aut contumeliose, tanquam in improbum sacrilegumque dicamus. Atqui leniter admonendus est, ut amicus, dulciter corripiendus, ut frater, clementer arguendus, ut suæ culpæ nescius: eique commiserandum, ait uenia dignissimo. Etenim admonitio non loco exhibita, & obiurgatio facta intempestiue, & absque discretione, est tanquam pharmacum non apposite, neque ex ratione medicæ artis exhibitum, quod multo aptius est perturbare stomachum, & uexare ualetudinem, quàm leuare languentem. Quam ob rem in corripiendis fratribus benigna adhortatio, & suauis admonitio, ac leuis castigatio, adhibenda est: & asperitas increpationis, atque exprobrationis, omnino fugienda. Nam quicunque humiliter in fratre obiurgando sese summittit & sine elatione cum infirmo infirmatur, facile auditur ab eo, qui egrotum se sentit, & indignum curationis. Talis fuit curatio Samaritani illius euangelici,

Lucæ. 10.

qui in uulneribus sautiati uinum infudit & oleum, & curam illius ægit. Verum & hic in eiusmodi pio, sanctoque negocio suscipiendo, nihil quicquam temere agendum est: sed prudenter cauẽdum, ne quum alium iuuare quis cupiat, ipse sese perdat. Sæpe enim contingere solet, ut in cõmixtione diuersorum morũ, ex alienis uitiis quidpiã in se uir bonus quãque recipiat: quàm frequentius solet euenire in eiusmodi cõuersatione, ut malus efficiatur ex bono, quàm ex malo bonus. Cõstat.n. ex consuetudine bonorũ, bonum semper reddi meliorem: ex commercio uero malorum, bonum effici plærunque malum, & malum semper fieri nequiorem. Quam ob rem quum per societatem, & communionem malorum, & boni contaminari facile possint, studiosissime attendendum est, si quando

fortè contigerit, ut quis bonus eiusmodi societatis culpa deceptus corruat, ut statim separetur amicitia, si commode potest: sin minus sensim, pedetentimq; facienda disiunctio consuetudinis, ita ut amicitiæ, quas non probamus (iuxta Ciceronis consilium) dissutæ magis, quàm discissæ etiam uideantur: ne quando nõ tam deposuisse amicitias, quàm inimicitias suscepisse credamur. Id autem rectè fit, si à nobis in ea re nihil iracunde, nihil contumeliose, nihil temere, ac sine rationabili, ac honesta causa factum esse uideatur.

Non esse adeo fidendum solitudini: ut hominum consortia omnino fugiamus. Cap. XXXV.

ID etiam prædictis addam, q; sicut frequenti sodaliũ turbæ raro, ita & solitudini non semper credendum est: nam utrobiq; periculum sæpe imminet, & propterea, neutri temere fidendum. Modus sane habendus est in utroq;, quando utrinq; graue animæ discrimen instare cognoscitur. Clamat sapiens quidã. Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Et propterea Crates philosophus conspicatus forte quempiam adolescentem ultro citroq; deambulantem, & solum, & tacitum nescio quid secum meditantem: interrogauit, quid illic solus ageret. Tunc adolescens. Mecum inquit loquor. At ille, Caue (inquit) ne cum homine malo loquaris. Est itaq; usqueadeo parum fidẽdum nobis, ut ubiq;, & semper timendum sit, ne quis nostrum seipsum, non solum conuersando, sed etiam male cogitãdo perimat: quoniam mali comites, & infidi socii nobismetipsis sæpe sumus. Quare præ oculis, & in corde nobis semper habendus est Deus: & in eo fidendum & in eo sperandum: qui solus nos potest eripere à periculis, & constituere in tuto. Etenim quicunque in Deo tanquam in solido fundamento suam obfirmabit mentem, is profecto siue, domi, siue foris, seu in urbe siue inagro, seu

in frequentia,siue in solitudine, seu in foro, siue in templo,semper idem inuenietur:& sibi usquequaque cōstans, & in eodem cōsilio,atque proposito permanens. Et propterea nō arbitror ullo pacto solitudinis desyderium sic amplectendum, ut ex eo,quis uel amicitiæ, uel charitatis iucundissima iura contemnat:& incurrat in eam asperitatem,& immanitatem agrestis uitæ: ut omni humanitate deposita, contra hominis naturam exosus humanā societatem æque mortales cunctos fugiat:qualem fuisse Athenis Timonem quendam ferunt: qui suapte naturā ita asper,insolens, inhumanus, & hostis suiipsius in totā uita fuit,ut mortuo sibi,in sepulchro mādauerit hoc epitaphium insculpi suæ tantæ indicem feritatis.

Hic sum post uitam miseramq;,inopemq; sepultus.
Nomen non quæras,Dii lector te male perdant.

Habendi ergo sunt amici,sodales,duces, & comites:atque uersandum fideliter,& comiter, & amice cum omnibus:ac tantidem aliorum salus faciēda quàm propria: quatenus alii nostri nos aliorum proficiamus adhortationibus,& exemplis.Sapienter Cicero, Solem inquit è mūdo tollere uidentur,qui amicitiam è uita tollunt: qua nihil à diis immortalibus melius habem⁹nihil iucūdius. Bonorum ergo amicitias nobis cōparemus, & improborum consortia fugiamus, & erit utrinque laus nobis à domino:& quod illis non temere coniungimur, & quod istos non iniuriose contemnimus: quorum alterum honestati,alterum prudentiæ attribuitur.

Desistendum esse a colloquiis impudicis, & ab omni scurrilitate uerborū. Cap.XXXVI.

COlloquia insuper inhonesta, & turpia resecanda sunt,& ab obscœnis, & indignis ore sacro uerbis prorsus abstinēdum. Haud quidem loqui decet, quod facere est criminosum:nam quæ turpia factu sunt,

eadem non inhonesta dictu esse non possunt. Vulgare, & peruagatum est, quod dicit Apostolus: corrumpunt bonos mores cõfabulationes malæ. Et alibi Timotheũ suum instruens sic monet. Profana autem, et inaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum, ut cancer serpit. Scite admodum, et uere: nã absque dubio profanus sermo de quacunque re sit ille, semper auditores instigat ad malum. Audiens enim hæreticum falsa dogmata blacterantem, in hæreticam prauitatem facile dilabitur: audiens impudicum impudica narrantem, mox et ipse ad lasciuiam concitatur. Contra uero sermo pudicus pudicum facit auditorem: et quum nos ipsi legimus scribimusve, aut loquimur de castitate, nosmetipsos, et auditores nostros reddimus pudicitiæ amatores. Porro nõ tam facile potest morbosæ cuiusq; rei contagium inficere contactu suo, integra, et ualentia corpora: quàm impudica, et obscœna oratio, pudicos, et integros mores. Paulatim quidem sensimq; rerum pudor per impudica uerba discutitur: ac facile in affectũ cordis transit petulans, atq; inhonesta locutio: qua profectò quicunq; assuescit, nec cum uoluerit quidem, postmodum poterit honeste loqui. Iccirco ita sapienter admonet sapiens dicens indisciplinate loqui non assuescas os tuum. Et apostolus instruens Collossenses ait. Sermo uester semper in gratia sale sic conditus. Continendus ergo est sermo, ne nimia uerborum ubertate luxuriet: atque intra os ipsum præstrictis labiis, quasi oppositis aggeribus compescendus: ne in rapidissimi torrentis morem ripis egressus impetuose, libereq; uagetur. Quicũque enim inuerecundos sermones proferunt, uel audiũt libenter continere se diu certe non possunt, quin inualescente consuetudine prolabantur uel imprudentes quãdoq; in aliquam obscœnitatem uerborum. Quare uideat unusquisque quibus de rebus loquatur, si de seriis, adhibeat grauitatem, si de domesticis, lenitatẽ: si quando

1. Cor. 15.
2. Timo. 2.
Colos. 4.
Eccle. 23.

de iocosis (quod perrarò fieri debet) iucunditatem: cum salibus uero semper non obscœnitatem aliquam, sed lepo-porem, & urbanitatem commisceat. In his quoque studiose cauendum, ne sermo quamuis urbanus uitium aliquod secretum indicet moribus latere: quod contingere solet, quum quid obscœni à nobis, licet perridiculum fuerit, nimia hilaritate, nimiove risu profertur. Etenim perinde quasi sensu quodam (ut docet Cicero) effingit humanos mores dicentis oratio. Nam sicut ex uerbis, & sermone consequimur plerunque, ut probi, & casti, & bene morati esse uideamur: sic contra: quum quid minus honeste, aut pudice loquimur, ut lasciui, improbiq; esse credamur. Est enim uetus adagiũ, quod intus habet dolium olere solitum. Quam ob rem annitendum est nobis, non solum ut honeste uiuamus, sed etiam ut eã orationem proferamus, quam nemo iure reprehẽdat: & ex qua nemo possit merito suspicari turpitudinem aliquã, aut animi, aut corporis occultam delitescere in nobis. In mente sane quantumlibet munda oletum facit, & inquinat sordida, ac temeraria scurrilitas, seu uox mollis, & turpis, & indecora pronunciatio, quo circa tam oris sermo, quàm uocis sonus ita formandus, ac moderandus est, ut nihil ex ore nostro deprehendi possit, quod dedeceat. Is ergo modus adhibebitur in omni nostro sermone, ut sit semper in sensu grauitas, in uoce lenitas, in uerbis modestia. Extat nanque prouerbium. Qualis hominibus oratio, talis & uita: & ita uiuere ut quenque iuuat dicere. Proinde socratem philosophum summæ modestiæ uirum, quum esset aliquando à se quidpiam parum pudice necessario proferẽdum, prius ab auditoribus petiisse ueniam ferunt, ac postea coopertum pallio uultum, præ pudore, uoce admodum uerecunda dixisse, quæcunque fuerant in ea re ex causæ necessitate dicenda: quæ quidem, & si à quo dicerentur manifeste constaret, non tamen dici à Socrate uidebantur. Democritus & ipse phi-

losophus acutisſimus orationem umbram eſſe dicebat actionis,ac tales fere euadere hoĩes ſolere, qualis quotidianus ſermo fuerit,quo utuntur. Solet.n.hoc quiſq; loqui,qđ amat,qđ aſsidue cogitat,quo potisſimũ delectatur:& ꝓpterea, ita facile eſt depræhendere uniuſcuiuſq; animũ ex ſermone: queadmodũ(ut aiunt)ex unguibus leonẽ.Itaq; ſi de carne eſt ſermo noſter, carnales apparemus,ſi de mundo mundani: ſi de cœlo cœleſtes,ſi de ſpiritualibus ſpirituales:ſi de Chriſto chriſtiani:ſi de caſtitate caſti,ſi de militia milites:ſi de mercibus mercatores: ſi deniq; de impudicitiis impudici: nã iuxta ꝓtritũ illud. Tractat fabrilia fabri.Nulla ꝑfecto tabella ſpeculove tã clare,tãq; expreſſe figura corporis redditur:q̃ in ſermõe, & in oris ſono mẽtis imago,habituſq; relucet.Id qdem adeo uerũ eſt,ut Socrates nuper memoratus adductũ ad ſe eruditionis gratia adoleſcentẽ, decorum qdem aſpectu,ſed diutius tacentẽ,ita alloqueretur. Vt te uideã adoleſcens,tu quoq; aliquid loquere. Probè ſanè, qñ ſic homo ſoleat uocis ſono, ut æra tinnitu cognoſci. Vnde Perſianum illud.Pulſa dignoſcere cautus,quid ſolidum crepet. At quanto magis approbandum eſt illud dominicum,uerbum,quod dicit. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo de theſauro malo profert malum:quoniam ex abundãtia cordis os loquitur,Facilius quidẽ eſt reperiri, qui ſeria quandoq;,& honeſta loquatur,& obſcœne agat: quàm qui uerbis petulans,moribus ſit honeſtus. Matth.12

Vrbanitas,et ſales quatenus interdũ decere posſint etiam uirum grauem. Cap. XXXVII.

NOn tamen omnino improbauerim, ſi opportunas facetias, & honeſtos iocos,uelut honeſtarũ, ſeriarumq̃; rerum condimenta, noſtris quandoq; ſermõibus infundamus:modo(ut dixi)id raro fiat, & ita urbane, ut nec auctoritas ridiculis minuatur, nec

pudor occulta scurrilitatis suspicione lædatur, sed quatenus habita hominum loci rei, & temporis ratione nihil iocus de grauitate diminuat, atq; haberi ex eo possis festiuus, et comis, magis quàm inuerecundus, et mordax. Quis est qui nesciat, quàtopere conciliet sæpe bonis beniuolentiam hominum comitas, hilaritasq; sermonis, atque facetiarum lepos ille, quo interdum tanquam sale honesta, et grauis respergitur, ac conditur oratio. Postremo habenda semper, et ubiq; ratio nobis est, ne quid uidelicet causæ nostræ iocus, ac sales officiant, neue quẽpiam lædat ullo modo, urbanitas dictorũ. Quod quidem consequi facile poterimus, si fuerit iocus noster magis lepore, et salibus, quàm aculeo, et maledicto facetus: et si id ita tractemus, ut nihil sine dignitate dicamus: ut benigni, et faciles, potius quàm ioculares, et ridiculi uideri possimus. Id quoque admonere fortassis non erit inutile, ut super mulierum forma, aut de moribus nunquã iocemur, siue disputemus, contendentes: ista est formosior, quàm illa: at illa contra magis faceta, magis laboris aut illa, uel illa cõptior, aut ditior. Huiusmodi enim colloquia reddunt nos sine dubio suspectos impudicitiæ. Nec ab re: suggerunt enim concupiscendi, et fornicandi materiam huiusmodi obseruationes: & occasionem sæpe, atque fomenta libidinis subministrant. Præstabis uero recte hæc omnia, et facile, si hoc unum tibi præceptum nunq̃ exciderit: ut quicquid dicturus es, prius rõne inita tecum deliberes, quid sit dicendum: et ubi deliberaueris, tunc demum affari incipias: hoc enim faciens nunquàm errabis. Sed id quoque sciendum est, q̃ sicut quũ loquimur manifestum, et morum, et uitæ nostræ testimonium perhibemus: ita quoque dum scribimus, chirographum damus: quo circa nihilo sane minus cauendũ nobis est, immo magis aduertendum, in scribendo, quàm in loquendo, ne q̃d putidius, aut temere in uulgus effundamus, quoniam ea quæ scribimus diutius permanent;

nec sicut dictum, ita quoque negari scriptum potest: aut ullo colore, uel arte mutari: scriptione ipsa ueritati testimonium perhibente. Quam ob rem quę de colloquiis et uerbis diximus, idem obseruandum est etiam in omnibus scriptis nostris, ut iuxta, et pudice loquamur semper, et scribamus semper honeste.

Non esse patefaciēdas aures obscœnis uerbis, nec lasciuis concentibus. Cap. XXXVIII.

AT qui certe non tantum moderari uerba, et calamum, sed etiā obturare aures scurrilibus, et obscœnis sermonibus nos oportet. Auditio nanque aurium menti, et cogitationi potissimum seruit: eiq; uelut agro præparato semen frugis multiplicis subministrat: ex quo pro sementis qualitate postea uel bonæ, uel malæ fruges exuberent. Qualis nanque sermo in aure concipitur, talis etiam cogitatio in mente generatur. Claudendæ itaque aures obscœnis, ne quid in eas fœdi possit intrare, quod animo noceat: quodve nequeat inde excuti facile. Nam quemadmodum qui audierit Chorum, et organa, licet mox sonus abeat, secum fert deinceps in animo modulationē, et absens adhuc eam admiratur, et optat. Sic et obscœnus sermo magis quàm pudicus, semel auribus admissus, hæret tenacius, quàm ut possis obscœnæ rei memoriam, quam semel hausisti, etiam quum uelis, animo eiicere. Auditus quidem flexuosum iter habet, et ideo quod semel admiserit, non facile emittit. Quam ob rem ut ab ore, ita et ab auribus continentium procul arcenda est, obscœna, et impudica oratio, nec non inanes, mollesq;, et amatoriæ cantilenæ, quæ uulgo passimq; concinuntur, plenæ uanitate, et impudicitiis, floralia ludicra, et bacchanalia sonantes. Plato sapientissimus philosophus has uoces impudicas, et hoc modulationis genus, quod sola uocum

circunflexione,atq; contentione, & remisſione conſiſtit, uelut pudicitiæ peſtem, ac uerecundiæ uenenum procul à republica ſua,quam conſtituerat,cenſuit omnino ablegandum:dicens nihil tam facile animos teneros,ac molles influere, quàm huiuſcemodi concentus uani, & uoces ſic inaniter, & modulate canentes: quarum dici uix poteſt,quanta ſit uis in utranq; partem. Vt enim incitant languentes,ita etiam quum uelis,langueſcere faciunt excitatos:& modo remittunt, modo contrahunt animos, pro uarietate concentuum, & modorum. Siquidem & noſtrates homines,quemadmodum perſæpe cantu diuinarum laudum inuitantur ad diuinum amorem, & ad cœleſtia contēplanda:ita laſciui iuuenes tibiis, fidibusq; acriter excitantur ad amorem libidinis, ad carnalem concupiſcentiam.Quare ut cantus ſolidus,ſpiritualis, ac uirilis in diuinis laudibus eſt habendus:ita contra infractæ uoces,mollesq; fidiū, tibiarumq; concentus procul reiiciendi:ab his potisſimum,qui caſtitatem colunt:ne fortè mutari ipſos contingat flexionibus laſciuorum modorum,atq; corruptos ad molliciē à priſtina ſeueritate deſicere.Id tanti referre Platoni illi magno uiſum eſt ut diceret,cantibus muſicorum mutatis,mutari etiam ciuitatum ſtatus. Nihil eſt enim tam infixum humanis mentibus, quàm numerorum, uocumq; modulatio, ea nanq;(ut dixi)exaſperamur, lenimurq;: & ad hilaritatem, triſtitiamq; pariter excitamur.Celebratur à gręcis in ea re Timothei muſici præſtantisſimi factum: cui tanta fuit eius artis excellentia,ut ſi quando dulciorem, aut ſuauiorem harmoniam emitteret,animum quamuis iratum ad manſuetudinem,& lenitatem flecteret:ſi uero cōtra,acerbius, aut auſterius pulſaret, animum quamuis tranquillum ad indignationem, & iracundiam concitaret: & propterea fertur is, quum aliquando phrigios modos tibiis ædere, compuliſſe Alexandrum ſurgere à cœna, & arma clamare, & arma rapere, & ruſum ſono mutato,hunc

eundem mitem, & placidum repetere mensam, & armis depositis, rursum cœpto residere conuiuio. Dicitur & Pythagoras in ebrios aliquando incidisse, qui in conuiuio luxurioso furebant, statimq; iussisse tibicinem mutare sonum, ac Dorion canere: quo facto statim ea harmonia audita, ferunt illos ad pristinam mentem fuisse restitutos, eiectisq; de capite coronis, tanquā bene sobrios epulis accubuisse prioribus. Mira hęc quidem, atq; stupenda, si uera fuerint. Quantum uero aduersus atræ bilis amaritudinem dulcedo cantus, lyræq; ualeant, nemo ignorat: nec fere est quisquam, qui idem in seipso non sit frequenter expertus. Quam ob rem musicam illam sobriam, & sanctam, nequaquam reijciendam esse censemus: quando Dauid sacrum uatem constat lyra domini laudes decantasse, & ante arcam Dei cithara præcinisse, & Saulem regem psalterio ab insania liberasse. Sed illam tantum musicam relegandam à sacris ducibus, qua nunc uulgo utitur lasciua iuuentus. quæ nil nisi obscœnnm sanat, atque etiam qua nunc in templis, inter sacra male abutuntur plerique (ut diximus superius) utpote quæ nullam exprimens sententiam, ita uocibus, ac perfractis modulationibus confunditur, & uibratis numeris concise perfringitur, ut nihil prorsus rei percipiatur, præter sonitum tinnulum, & inanem concentum, ad philomenæ, hirundinisve, atque uolucrum cæterorum similitudinem. Eiusmodi plane catus quanto magis delectant, ac demulcent aures plurimorum, tanto minus diuinis laudibus, templisq; conueniunt. Nam ut legitur in sanctorum patrum decretis. Qui populum uocibus delectat, Deum stimulat, ac irritat impiissime.

1.Reg.6.
1.Reg.16

Auertendos esse oculos à tabulis, & insignis impudicis, & ab animalium brutorum concubitu. Cap. XXXIX.

VErum ſicut non expedit iis, qui cõtinentiã amãt, audire laſciuos ſermones,nec molles,et effœminatos concentus, ita pari ratione, nefas eſt inſpicere ſigna,& imagines impudicas: quæ et ſi tacent,refricant tamen eo conſpectu,neſcio quomodo tacite, deſyderium libidinis: et cogunt turpitudinis illius reminiſci: quam illis forte tabellis exprimunt,et ſculptura, uel cœlatura,uel coloribus imitantur:ex quo mens facile decidit in æſtuantis, ac ferueſcentis concupiſcentiæ caminũ. Quam ob rem male à plæriſq; id genus tabularum,atque ſignorum diſponitur cauſa ornatus in ædibus, ubi ſicut per belle delectat oculos,atq; exornat parietes, ita putide contaminat mentem,et allicit animum ad peccãdum.Haud obſcura fama de adoleſcente illo, qui in ſtatua Gnidiæ Veneris,notam ſuę reliquit turpitudinis,inani illius marmoris ſpecie illectus ad uerum concubitum perpetrandum. Hinc et apud comicum poetam, flagitioſus adoleſcens ex tabella picta patrocinium adhibuit nequitiæ,atque negocio ſtuprandæ,uirginis,quod ornabat:oſtentans ibidem adamatæ puellæ, Danaem aureo imbre deceptam,et locus inſidiantis laſciuiam.Ad hunc uſum ſcribit Suetonius Tranquillus Tiberium Cæſarem hominẽ libidinoſisſimum tabellis,et ſigillis laſciuisſimarum picturarum multifariam diſpoſitis exornaſſe cubicula,ubi laſciuiis,et libidinibus intẽperãter uacaret.Blanda profecto res eſt pictura, attrahitq; facillime animum ad ea,quæ impudenter pictor affinxit: et turpitudo ſæpe per eam imaginem, uti per ſermonem ſeſe recipit ſenſim in cogitationem:nec inde recedit donec extorſerit fœdæ concupiſcenriæ, et turpis cogitationis aſſenſum. Et propterea Ariſtoteles hanc picturarum licentiam ſic infenſam moribus putauit, ut quum de moribus præcepta traderet, admonuerit magiſtratus, ut æditis ſuper hoc legibus cauerint, ne quid imaginum eſſet in ciuitate,quod ingerat oculis ſpectantiũ argumentũ aliquod

obſcœnū:cuius aſpectu mens refricata turpitudinis memoria fœdaretur. Et plato in libris ſuis de.R.P. Num (inquit)poetas ſolum monere debemus, & cogere, ut bonorum morum exempla ſuis carminibus præbeant, alioqui apud nos carmen non componatur?an non cæteris quoq; opificibus uetandum eſt:ne quid peruerſe,libidinoſe,laſciue,illiberaliter, turpiter, uel in imaginibus ſtatuiſq; animalium, uel in ædificiis, aut in quouis alio opere faciant?ne noſtri homines dum in exemplis uerſantur uitioſis,quaſi per herbas noxias uagãtes,& ex tanta copia metentes aliquid,paulatim,ad id animum adhibeant,& malum uſque ad ſummum imprudentes hauriant.Hæc Plato prudentiſsime.Obſeruatum etiam Romæ fuiſſe quondam legimus, in ſacris Bonæ deæ(de qua etiam ſupra diximus)ut amouerentur cunctæ imagines maſculorum : ne ſcilicet inter ſacrificandum eo monitu mens muliebris aliquo turpi deſyderio quateretur, quod purum earum uirginum,& animi, & corporis candorem macularet. Quam ob rem non deberet pictoribus,atq; impreſſoribus librorum,in pingendis, atq; effingendis fabulis tantum licere,ut ſubiiciant abſq; ulla modeſtia,& pudore,ſpectãtium oculis fœda, & turpia,quæ leguntur.Quo circa iuſte,et conſulte facerent principes, ac magiſtratus ciuitatum,quorum intereſt, ſi non tam ex Ariſtotelis conſilio,quàm ex officio chriſtianæ pietatis, cauerent maximis pœnis ne deinceps id ullo pacto fiat: quando turpiſsimum ſane per ſe eſt : & pudori, & chriſtianis moribus maxime aduerſum.Cauẽdum præterea uel maxime, ne ad quorum uis brutorum animalium, etiam domeſticorum,reſpiciamus concubitum. Excitantur enim eiuſmodi inſpectione fœditatis, fœdiſsima deſyderia:menſq; inde admonita, quaſi ex archetypo libidinis,fœda ueneris uoluptate turpiſsime titillatur. Et ob id ferunt Clitomacum pancratiaſtem ſtudioſiſsimum caſtitatis à coeuntibus canibus,ubicunq; fuiſſet,multa cum

uerecundia recedere uel saltem auertere sese solitum?
Psal. 118. Honestus sane pudor, & imitandus ab omnibus, ne dũ in canibus, & in suibus, & equis: quod uehementer fugiendum est, sed & in cohortalibus, & domesticis auibus: sicut admonet nos propheta dicens. Auerte oculos tuos, ne uideant uanitates.

De locis declinandis ubi turpia spectantur, aut molliter uiuitur. Cap. XL.

ADdam his etiam, ut omnem locum fugiamus, ubi uel turpia spectantur, uel molliter uiuitur. Sicut enim sunt quędam loca morbifera, et grauia, quæ homines quantumuis bonæ ualetudinis infestant, et inualidos ab ægritudine conualescere nunquam finunt, sic, & accidere moribus solent, sunt enim quædam loca ita contagiosa, & aduersa curationibus animorum, ut homines nunquam neq; recte agere, neq; à malis resipiscere permittant: ita q̃ nõ officere minus lasciuus locus moribus soleat: quàm incolumitati, & bonæ ualetudini, grauis, & pestilens regio. Neq; enim pauciora sunt, neque minora contagia animorũ, quàm corporum: immo sine controuersia multo sanè plura esse putantur, & grauiora, Altius siquidem penetrant hæc ipsas mentis medullas, serpuntq; per omnes sensus latius: & ideo maiori conatu, & acriori studio fugienda. Quod q̃uerum sit, Plato ille diuinus nobis suæmet uitæ periculo monstrauit. Is enim quum diuitiis, honoribus, scĩetiaq; polleret: ex quo posset (si sibi libitum fuisset) intra mœnia clarissimæ urbis græciæ uoluptuose, pariterq; & gloriose uiuere, elegit tamen sibi Achademiam uillam procul ab Athenarũ mœnibus, in regione non solum deserta, & inuia, uerum etiam pestilente: ut cura uidelicet ualetudinis, atque frequẽtia morborum insultus libidinis frangeret, & liberius aĩo, uacaret, & philosophiæ p̃ceptis intenderet: usq; adeo

grauiores animi morbos habendos putabat esse, q̃ corporis. Effœminatos nãq;, & molles nos locorũ deliciæ reddunt: & ad corrumpendũ mentis uigorem plurimũ ualet amœna, & fœlix regio. Iccirco Seneca q̃q̃ in eo à Platone dissentiat, dãnando pest lentẽ locũ, tñ ei in fugiẽda amœnitate regionis ualde assensus est. Ait.n. Si cõtinentiæ studes, habita nõ amœne, sed salubriter. Iccirco. M. Tullius in Verrẽ, cuius incõtinentiã acriter accusabat ut ꝓbabilius esset qđ diceret, & sibi facilius crederetur, paulũ digressus à causa, Siciliæ amœnitatẽ impense laudat, quo uerisimile fieret, ibi verrẽ libidinose icõtinẽterq; uixisse, ubi loci deliciæ libidinosum alioq per se hoiem magis magisq; accẽderẽt. Propter huiusmodi delicias, atq; nimias amœnitates, infamis admodũ fuit Ægyptia Canopus: ac similiter molle Tarẽtũ, Baiarũ fontes, Milesiorũ, Sybaritarũq; luxus. Adde & cãpaniæ fomẽta, quæ Hãnibalẽ ducẽ alioqui inuictũ, suis deliciis ꝓfligarũt. Cõtra uero spartana ciuitas seuera semꝑ, & frugi habita est: quippe q̃ lycurgi legibus parẽs à cõtẽplanda Asia, ciuiũ suorũ q̃ diutius potuit, retraxit oculos: ne ciues sui capti illius regionis illecebris, et frequẽtioribus spectaculis delinid, ad delicatius uitæ genus, cõtra morẽ patriũ liberentur. Arbitrabãtur.n. uiri illi prudẽtes leuius uoluptatũ aculeis stimulari, q semꝑ absfuerũt à cõspectu uoluptatũ, q̃ q illecebrosis spectaculis interfuerint aliqñ. Scitũ est ꝓuerbiũ quicũq; in sole diutius cõmorat, colorẽ ducere à sole: & q aliquãdiu in unguẽtaria taberna sederit, odorem loci secũ ferre. Pari sane mõ qui residet inter lasciuias, inde recedens, aliqd lasciui secũ semꝑ abducat, necesse est. Vix.n. credi põt, qualia, q̃taq; ab eiusmodi lasciuiarũ spectaculis uitia cõtrahãtur, & q̃ morũ peruersitates, et malorũ fomẽta ab histrionicis gestibus, & comædiarũ argumẽtis sumãtur. Quo circa Massilia ciuitas in sinu Galliæ transalpinæ olim clarissima, & Spartanæ seueritatis æmula, nullum unq̃ aditũ in scœnã mimis dedit, & maiori ex

parte comediarum actus, stuprorum contineant argumenta: exploratum satis habens, ex tali consuetudine spectandi, licentiam quoque ad imitandum dari. Quid est enim tam nefarium, quod suaderi non possit dum libenter spectatur? Mouent quidem spectacula sensus, demulcent affectus, arrident cupiditatibus, expugnant rationem, extorquent consensum, & perdunt denique cuiusuis boni pectoris conscientiam. Cuicunque ergo, continentiæ, & castitatis cura est, procul esse à spectaculis, & theatris, & comediis, & eiusmodi uanitatibus omnino conuenit: & uiuere, atque habitare seuere: attamen, mea quidem sententia, salubriter, ut uult Seneca, magis quàm pestilenter, ut facit Plato. Par siquidem mihi ex utroque extremo, animæ detrimẽtum contingere posse uidetur, uel si quis ob nimiã alacritatem ualetudinis bonæ exultans in fœdas libidines proruat, uel si extrema debilitate confectus dolore torpeat, & anima desidia consumetur.

De choreis, & impudicis saltationibus fugiendis. Cap. XLI.

CHoreis autem, ac saltationibus, interesse neq; clericos, neque cœlibes decere nemo (ut arbitror) est qui nesciat: quanquam dum per ætatem, tẽpusq; liceat, ad hilarescendas nuptias sæcularibus hominibus interdum permitti licite uideãtur. Quid est enim quod eiusmodi saltationes decere uiros graues, & castos possit? quum nihil tam incitet, instigetq; animum ad libidinem, quàm ea ostentare incõditis, & impudicis motibus, quæ uel natura, uel disciplina, pudoris causa, & honestatis ratione cõtexerat? Cicero in oratione pro murena. Nemo (inquit) sobrius saltat, nisi forte insaniat. Ideo Plato inuitatus aliquando à Dionysio ut post epulas indutus purpura secum pro conuiuantium hilaritate saltaret, renuit, dicens, non conuenire philosopho muliebria. Quo circa Philippum macedonum regem uirum alioqui seue-

runt, et grauem, quum semel bene potus cum aliis temu lentis sodalibus per medium exercitum choreas hilari ter iucundeq; duceret. Demades Atheniensis orator ita modeste, ac prudēter increpuisse fertur. O rex quid agis? Fortuna tibi imposuit, Agamemnonis honestissimam personam, tu tibi ipsi induxisti personam Thersitæ uilissimam. Agnouit rex errorem suum & destitit palam saltare cum cæteris. Eiusmodi autem saltationem à Coribantibus Cretensium populis primum adinuentam auctor est Plutarchus: quod hominum genus insanum, atque maleficum omnibus sæculis semper est habitum. Quis nam quæso aut pudori, aut uerecūdiæ potest esse locus, ubi tacite per simulationem: motione, uoce, nutu, publicè palamq; docemur obscœna, & fœdissima dictu? Iam illud perspicuum sane est omnium malorum, atque impudicitiarum in uniuersum orbem, facultatem ex hisce suppeditari, atq; subministrari spectaculis. Quæ nam quæso modestia potest esse homini, qui cachinnis, & scurrilitatibus, & saltibus, sine uerecūdia, aut modo publice debacchetur? Quisve poterit mente procul esse à turpitudine, cui tanta species turpitudinis, & tot illecebræ uoluptatum, & tam expressa imago libidinis, ita molliter obuersantur, oculis, occursantq; animo, & sensibus illabuntur? Etenim si in templo Dei, quo orationis gratia cō uenitur, inueniantur plærunq; qui fœminarum aspectibus feriantur: atq; si enim sæpe periclitetmur incauti, ubi Dei præceptum nos congregat: quid fiet quæso ibi, unde Dei præcepta nos amouent? Et si infestamur ubi sacris mysteriis, adhortationibus, precationibus, atq; præsidiis sacramētorum munimur: quomodo tuti stabimus, ubi diabolicis undiq; dolis, & tentationibus oppugnamur? Procul ergo à nobis, si sapimus, omninm earum rerum facies: quam profecto nec conspicere sine periculo, nec cogitare sine damno, nec concupiscere sine peccato, nec patrare, sine graui nota, & maximo scelere ua-

lemus. Quid nam quæso refert curiosius quicquã spectulari, quod & uidere turpe est, & agere nefariũ. Siquidem aut facere, aut cõcupiscere necesse est, quicquid delectamur spectare: quod est sane in ea re utrunq; uitiosum: & propterea pari ratione: & consilio utrũq; fugiendum. Accedit, q̃ si ullo unquam tempore hæc spectacula fuerint rationabiliter interdicta, hac præsertim tempestate magis magisq; sint habenda merito profana, & uetita; quando in his, ut in rebus aliis, ab antiquorum moribus, atq; modestia omnis disciplina recte uiuendi nunc in nostris iuuenibus longe desciuerit. Annis quidem superioribus in eiusmodi choreis motus erat grauis, modestus, pudore plenus, atq; etiam (si sic licet dicere) præ istis pudicus. At his saltationibus, quas nunc exercet iuuentus, nihil sane impudentius cõspici potest. Non enim tunc choreæ nexis manibus, sed lineo panno, quasi resti iungebantur: atq; eis numeris, eaq; modestia ducebantur, ut non saltare magis, quàm incedere ad numeros, tã mares, quàm fœminæ uiderentur. Nunc uero hæc tam mollis, & effœminata scurrilisq; saltatio, qd possit habere decori, aut honestæ hilaritatis, non uideo: quum hoc æuo mutata omni ueteri ratione saltandi, tanta capitis, brachiorum, pedum, laterumq; agitatione rem agant, tantaq; uibratione omnium membrorum, ac tam lasciuo deniq; motu cõsaltitẽt, ut uix crediderim fuisse olim apud Romanos à prostitutis meretricibus floralia ludicra turpius agitata. Quo circa tale genus saltationis tãq; obscœnum, atq; peruersum, & ab honestate christiana tam alienum, ne laicis quidem existimo quouis tempore, ne dum clericis licere posse. Non enim choreæ esse uidentur: sed mera bacchanalia: atque uera gymnasia, et umbratiles exercitationes libidinum: ubi meretriciæ illecebræ, & omnia denique fiant, quæ nequiter ad uenerem spectatores, alliciant. Sed hactenus de choreis, & de fœdis huius nostræ tempestatis saltationi

bus, nunc reliqua prosequamur.

De loco declinando, ubi quis libidinose quandoque uixerit, & de memoria uoluptatū fugienda. Cap. XLII.

LOcum etiam mutare, ubi quis antea libidinose quicquā egerit, haud parum conducere poterit, ad delendam prorsus memoriam uoluptatū, & ad persistendum firmiter in proposito castitatis. Nam ubi talis locus se nobis offert, commouet statim animum, & suffricat recordationem, ac desyderium eorum, quæ quis ibidem uel conspexerit, uel aliquando uoluptuose commiserit. Atque ex ea, rerum facie rursum ante oculos mentis posita, cogitur omnino uel præterita concupiscere, uel saltem cum aliqua delectatione illius prægustatæ quandoque turpitudinis reminisci: quando facillime soleant ulcera male curati amoris recrudescere. Nam ut in corpore, sic & in animo & si uulnus sanatum sit, aliqua tamen semper cicatrix manet: quæ postea ex improuida refricatione facile rumpitur. Quo circa sicut formidabilior ex eo est: omnis offensio, ne recens ulcus grauius integretur: ita maxime cauendum est, ne male curatus animus rursum recidat in errorem. Neque enim facile obliuisci potest uoluptatis, quicunque illecebras ueneris, atque auctoramentum lasciuæ rei quoquomodo aliquando gustauerit. Canis (ut est in ueteri prouerbio) qui semel corium roserit, ægre inde exterritur. Propterea Themistocles (ut Cicero memorat) Simonidi artem memoriæ pollicenti, respondit: male se obliuisci discere, quàm reminisci: nam memini (inquit) etiam, quæ nolo: & obliuisci non possum, quæ uolo.

Quicunque ergo uult deponere memoriam uoluptatis obscoenæ, & delere eam penitus animo: is protinus & oculos,& aures amoueat ab his, quæ refricare utcunque ualeãt fœda desideria uoluptatũ. Minime quidẽ est tutũ, fugientem de carcere, iuxta, uel circa fores carceris ambulare. Ideo nequaquam lapsis cõcesserim, ut frequenter assuescant orare pro his, quibus cum fuerint turpiter aliquando uersati: sed neque pro formosis etiam fœminis, quarum repetita memoria ita delectet, ut suspicionẽ nobis alicuius taciti ardoris iniiciat. In magno sane positus est discrimine recidendi, quisquis à diuturno morbo recens cõualuit: & propterea nihil ab eo quicquam temere faciendũ, ne rursus in perniciem, & pristinũ exitiũ ruat: nam ualetudinarius, & non dum bene confirmatus, & debilis, facile, et tactu quouis leui impulsus cadit. Non intelligis (ait Comicus) quum ex alto puteo sursum ad summum ascenderis, maximnm instare periculum, inde etiam ab summo, ne rursum cadas? Hæc res in summo plane puteo geritur: nisi cordate & sapienter te habeas, facile rues, unde nuper ascenderas. Quare remouenda est omnis occasio, & ad delendam omnem memoriam uoluptatis locus etiam mutandus: nam & ægrotus, qui ex longa infirmitate reconualescere non potest, sæpe loci commutatione sanatur.

De balneis, deque odoribus, ac superfluis mundiciis non utendis. Cap. XLIII.

Balneorum quoque fomenta pudicis hominibus nequaquam diligenda sunt: nisi uelint eiusmodi lauacris (ut sæpe fit) inquinari potius, quàm lauari. Vnde Seneca homo constans, & seuerus, posteriori die quàm Baias attigerat, se inde recessisse uel potius aufugisse cõmemorat: nè delicatissimis loci illius balneis, delitiisq; multiplicibus emollesceret: atque domũ immu

tatus ex stoico epicureus rediret. Dicit.n.locum illum ob id maxime declinandum esse, ꝙ, quum habeat quasdam naturales dotes, eum sibi celebrandum luxuria sumpserit. Erat ibi quidem celebratissima balnea, mollissimæq; deliciæ, quæ animum quantumuis uirilem effœminare suis illis fomentis possent. Qualia in finibus Galliæ prope Thuregum uidisse Poggius se memorat omnium lasciuiarum refertissima, Baianis, seu Puteolanis balneis in omni delitiarũ genere omnino præferenda. Vnguentorum similiter fragrantiam, & thymiamata, amomum, moscũ, ladanum, & eiusmodi odores, ac pulueres pygmentarios (excepto pestilentiæ tempore) non nisi lasciuis, ac dissolutis moribus conuenire, quis, nisi lasciuus, & dissolutus neget? Sunt hæc quidem effœminatorum, ac parum pudice uiuentium signa, & indicia manifesta. Idcirco Zeno stoicus celeberrimus cuidam adolescẽti unguentis delibuto, mulierem, ait, mihi oles. Nolim tamen me hic propterea existimari indiscrete damnasse uniuersos suaue olentes odores: quum (ut dicũt medici) & ad opprimendam atram bilem, & ad recreãdum spiritum, pituitamq; tollendã, conducere, quandoq; non mediocriter soleant. Eiusmodi autem sunt uerni flores, folia, seu cortices citri, siue arancei, cydonia, odoraq; poma reliqua, & omnes suaue olentes fructus (prout natura cuiusq; fert) naribus grati, & pectori, & stomacho salubres. Sed superuacaneum esse puto de his curiosius quicquã præcipere, quum in promptu sit omnibus, in ea re quid quantumq; deceat. Quid ꝙ hæc suaue olentia, & odores eiusmodi multis sunt odiosa, ac etiam noxia? Propterea legitur de Vespasiano Cæsare ꝙ, quum quidã adolescens pro impetrato munere præfecturæ ei gratias agere uellet offensus, quia unguento fragrabat, contempsit, & reiecit à se, & illum profecturæ honore priuauit: dicens, male eum sibi allium obuoluisse, quàm exoticũ unguentum. Quod autem de odoribus dictũ est, idem

quoq; de affectatis corporalibus munditiis dicendum uidetur. Quis enim potest uehementer & plus æquo corporis mundiciis delectatus seruare uirilem continentiam: aut in his rigorem constantis animi retinere? Nimię profecto delitiæ malas generant concupiscentias, totúq; uigorem mentis dissoluunt: quo circa repudiandæ sunt oi'no, & animus melioribus studiis applicandus. Quod autem ad eiusmodi munditiæ curam attinet, is nobis in summa modus est adhibendus: ut neq; nimis exquisita sit atq; odiosa: neq; rursum nimis neglecta, & ad squallorem usq; reiecta: uerum digna uiro: & que tm̄ fugiat agrestes, atq; inhumanas sordes. Par.n. fermè uitium est, & faciles odisse munditias, & ultro præter naturam, atq; illiberaliter, squallorem, & sordes appetere.

De uestimentorum mollitie contemnenda. Cap. XLIIII.

SEd sicut alere, ac fouere delicatè, & molliter corpus non decet pudicum hominē: ita pari rōne, nec mollius uestiri: qm̄ iuxta saluatoris nostri dictū, qui mol-
Matth. 11 libus uestiuntur in domibus regum sunt. Solēt.n. delitię, & superfluus luxus uestium ibi intemperantius abundare, ubi mollius, q̄ par est, uiuitur: arguit.n. hominem lasciuiæ, lasciuus habitus, & delitiosus ornatus. Et.n. sicut tantum cibi capiendum est, q̄tum ad tollendam esuriem sit satis: & tantum uini, quantum ad sedandam sitim sufficiat: ita eis duntaxat uestibus utendum, qu bus & obtegi corpus honeste, et arceri utiliter possit frigus: & quas, aut anni tempus, aut mos patrius, aut ordinis, aut officii dignitas ipsa requirit: non autem quas lasciua iuuenū indulgentia quotidie nouas, & inusitatas petulanter excogitat. Nimio enim ac delicato cultu corporis emollescit uigor mentis: & pudor, pudicitiaq; luxuria uestiendi dis-

soluitur. Nasonis carmen hic loco pcepti nobis habendum est. Ait enim.

Sint procul à nobis, iuuenes ut fœmina compti.
Fine coli modico forma uirilis amat.

Sed & Cicero, à forma (inquit) uirili remoueatur omnis uiro non dignus ornatus. Quam ob rem, Demostheni qp uestitu, cæteroq; cultu corporis, & nitido, & uenusto nimium delectari uideretur, ab æmulis, atq; aduersariis suis summo probro, qnq; datum fuisse perhibetur: neq; turpibus, indignisq; in eum uerbis temperatum: quãdo quidem ob id & parũ uir, & polluto ore diceretur. Comas, et uestes superuacue curare, Diogenes dicebat, esse, uel infœlicium, uel impobrorum. Nam quid de talibus suspicari aliud possumus? quàm aut inaniter eos affligi superfluis curis, aut turpiter toris insidiari alienis: ut eo lenocinio ad sui amorem fœminas excitent. Contra quos D. Hieronymus ad Eustochium scribens ait. Sunt (inquit) aliqui de ordine nostro homines, qui ideo presbyteratum, aut diaconatum ambiunt, ut mulieres licentius uideant: omnis cura his, de uestibus si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat: crines calamistri uestigio rotant: digiti anulis radiant: tales quum uideris, sponsos existimato, non clericos. Qualis autem esse deceat uestimentorum ornatus idem ipse doctor ostendit his uerbis. Nec affluentes (inquit) sordes, nec exquisitæ delitiæ laudem pariunt. Et rursus ad Nepotianum scribens: ornatum, & sordes pari modo præcipit esse fugiendas: qp alterum delitias, alterum oboleat gloriam. Non splendeat ergo toga pudici hominis, sed nec sordeat: quando utrunque pari ratione uitiosum, atque damnabile iudicetur: qp in his rebus non tam rerum usus, quàm affectus in culpa est. Quicunq; sane contemptis his quibus cum uiuit, lautiora, aut sordidiora præ aliis indumenta perquirit, aut is intemperans animi, aut superstitiosus habeatur necesse est.

Sicut enim res delicatas; & nouas affectare luxuria est, ita usitatas, & non magno negocio parabiles repudiare, desidia. Modus ergo tenendus est: & uita nostra temperanda inter bonos mores, & publicos: quatenus cultus corporis non uideatur accuratus, ut ad ostentationem niteat: sed accomodatus pro dignitate, ut uirum probū deceat. Hæc autem disciplina, ratioq; uestitus, quæ de uiris traditur, eadem quoq; à uirginibus, & honestis mulieribus tenenda est, quæ quidem nunquam speciosius ornantur, quàm quum sub pudico, & honesto cultu, uera honestatis, & pudicitiæ gloria decorantur. Porro sericis, auro, gemmisq; dehonestātur uirgines, uerius quàm ornantur, quum eiusmodi luxus arguat potius animum lasciuiæ, quàm formam corporis commendet, etiam si
1.Timo.2. alioqui bona, & uenusta fuerit. Ideo Apostolus ad Thimotheum. Volo (inquit) uiros orare in omni loco: similiter & mulieres in habitu ornato, cum uerecundia, et sobrietate, ornantes se nō tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste preciosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem, per bona opera. Hæc ille satis apposite, & ad id, quod dicimus, opportune.

De incessu, et oris habitu & motu corporis, risusq;, & uocis moderatione. Cap. XLV.

VErum enim uero non tantum uestitus, et cultus, sed etiam incessus, motusq; corporis, & oris ipsius habitus; nutusq; oculorum rite moderādus, atq; formandus est, homini præsertim religioso, & cœlibi, ut is, & esse, & haberi merito castus possit. In incessu nanq; cauenda est omnis mollities, et cunctatio muliebris: ne pomparum ferculis similes esse uideamur. Atq; similiter agitatio corporis nimia: ne uagis laterum flexibus, ac sinuosa mobilitate in summis digitis ambulātes, internā fluctuantis animi dissolutionē prodamus. Non sit ergo gressus segnis, ne animi torporem præ se ferat:

non sit præceps, ne te ipsum arguat inconstantiæ. Illud magis mulieris est, hoc autem uiri, sed inconstantis. In utrunque facetissime cauillatus est Cicero. Fuit enim sibi filia Tulliola, quæ incessu erat concitatior, quàm deceret fœminam, et hæc Pisoni nupserat, qui contra cunctatior erat, quàm deceret uirum: quare iocans aliquando dixit filię. Ambula ut tuus uir. Anceps iocus, qui ambos simul pupugit: insinuans neutrum in incessu seruare decorum: quod filia ut uir celerior ambularet: et gener ut fœmina tardior. Quare ergo sicut in omni corporis motu, tam uiro, quàm fœminæ euitanda est omnis rusticitas: ita iuxta quoque euitanda est omnis petulantia: ut semper scilicet inter hoc, et illud, laudabile quodpiam medium teneamus. Similiter etiam non decet integrum, et castum uirum, os toruum, et corrugatæ nimium frontis tristitia, uel contra exporrectę nimium hilaritas: sed pro his potius comis seueritas, et seuera comitas: utrunque cum dignitate: quatenus pudor, et acrimonia semper commisceantur lenitate. Quis non rideat quæso mediam resectam barbam, quod olere sane mollitiem, et clamitare leuitatem uidetur: et quis non horreat eam ipsam intortã, et ad pectus promissam, et hirsutum colum setis? frontẽ hispidam? torua supercilia, ac truces deniq; et militares minas, in homine præsertim religioso, et casto? Siquidẽ ut deseruire mollitiis, mulierum est proprium: ita horrorẽ ostentare uultu, uerbis, habitu proprium est barbarorum, ac militum. Verum nobis alia ratio uitæ alia disciplina morum tenenda est: qui profitemur mundi contemptum: et in exemplũ, quicquid facimus, cæteris excipiendum præbemus. Morum nanque nostrorum argumenta, auctore Seneca, non ex magnis tãtum rebus, sed etiam ex minimis licet sumere: nam impudicum arguit uel solus incessus, si mollis sit: uel sermo, si effœminatus: uel risus, si delicatus, magis etiam flexus oculorum, si lasciuus. Damnatur iccirco qui oculos ut mobiles, et na-

tantes agunt: & similiter limos, & semiclusos: qui peti, & uenerei appellantur. Quin & unum interdum respon sum, & manus mota, & relatus ad caput digitus inconti- nentiæ suspectum reddit. Habitus siquidem animi suum quendam habet à natura uultum, ac sonum, & gestum, & motum in corpore exterius, ut per ea facile possit in- spici, qualis sit ipse animus interius. Imago (ait Cicero) animi uultus est, indices oculi. Quod adeo uerum esse creditur, ut Lacydes Argiuorum rex nulla alia suspicio- ne, nisi ob comam compositiorem iusto, & incesum de- licatiorem quàm decere regem uideretur, ab omnibus habitus fuerit effœminatus. Idem accidit apud Roma- nos Pompeio illi magno: qui propterea ꝙ summo di- gito sibi caput scalpere consueuerat, à plerisq; fuit iudi- catus mollis: quum tamẽ à mollitie, & lasciuia unus om nium suæ ætatis longe abfuisse credatur. Refert grauissi mus auctor Græcus Plutarchus, Archesilaum philoso- phum uehementi obiurgatione usum in quendam ado lescentem delicatum: qui incorruptus tamen, & castus ab omnibus haberetur. Nam quum uocem eius fractã audisset, & uidisset capillum arte compositum, & ocu- los ludibundos, lasciuiæq;, & illecebrarum plenos. Ni- hil interest (inquit) adolescens, quibus membris pecces, posterioribus, an prioribus. Verumtamen non requiri- mus hic propterea simulationem aliquam artificiosãue gestus corporis, aut mutationem uultus ludicram, quæ Roscium referant histrionem: sed habitũ potius, & mo- destiam quandam uultus, & totius corporis seruandam: quæ sine ostentatione procedat: & pudicitiam, quam profitemur, probabiliorem reddat: atq; eam etiam citra omnem suspicionem iactantiæ efficiat honestiorem.

Quã ob rem ea est nobis ratio in omnibus rebus adhi benda, ut modus & mediocritas ubiq; seruetur: & sum- ma seueritas cum summa humanitate iungatur. Sit ergo omnis habitudo corporis uenusta, & grauis: frons læta,

oculi mites, os uerecundum, & suffusum pudore: incessus uiro dignus, risus modestus, non autem inconditus, & cachinnorum singultibus strepens: qui turpissimi sunt homini graui, & pudico: & propterea grauitate, & modestia comprimendi: ut seruetur ubiq; quã gerimus personæ decorum. Sermo autem super omnia parcus, lenis, ac minime simulatus: & ab omni prorsus scurrilitate alienus, ut supra satis dictum est. Quum autem de Deo, de animæ salute, et de uirtutibus habebitur (quod est sæpius agendũ) sit copiosus, dulcis, iucundus, suauis gratus, & uocis remissione, ac uicissim sonora, et graui contentione repletus.

Multa, quæ ad sedandam libidinem ueneris ualere traduntur. Cap. XLVI.

HÆc sunt ferè q̃ de pudicis, castisq; moribus à nostris philosophis p̃cipiuntur, & q̃ maxime uidentur facere ad seruandã continentiã. Sed dantur et alia remedia à medicis, quæ ad hebetandã libidinẽ facere creduntur, et ꝓpterea nõ omittenda. Inter hæc annumeratur phlebotomia, scarificatio, incisio in tibiis, et eiusmodi: q̃bus quidem remediis rarissime usu uenit, ut q̃s necessario utatur. Id. n. ex morbo aliquo prouenire crediderim potius, q̃ ex ui libidinis, ut eiusmodi cruoris effusione sit opus. Quam ob rem in his nihil temere faciendum est, sed ualetudini consulendum: & adhibenda peritissimorum iudicia medicorum: ne forte si quid imprudentius agatur, male intentata remedia male succedant, & corpus male afficiatur. Plinius scribit cicutam, testibus circa pubem illitis, uenerem extiguere: itemq; muris fimum similiter cohibere. Fert quoque plumbi laminam super renes alligatam, mirum in modum sedare. Vanum, & ridiculum uidebitur fortasse cuipiam, quod modo dicturus sum, at pro

cõperto ab eodem auctore traditur: quã ob rem (quicquid sit) uel eo ipso ponam, ut uideatur. Refert.n.quicunq; in urinam canis minxerit, reddi ob id pigrum ad uenerem. Collegit præterea multa eiusmodi, ut est in historia naturali curiosus, quæ superstitiosa sunt, ac prorsus ridicula, et uana: quædam etiam eius generis sunt, ut pudere debeat christianum hominem recensere pro ueris. Quale est aspergere corpus puluere, quo se pauloante mula uolutauerit: et lacertam in eius urina necari cui tollere desiderium ueneris cupimus, atq; id genus multa, quæ non sunt hic referenda. Sunt et qui tradant habentem cor turturis alligatum lupino corio, nunquam excitari ad uenerem. Iaspidem uero, et Sardonycem, lapides preciosos etiam excitatam statim sedare. Ad idem facere dicunt Camphoræ suffitum, Rosamq; olfactam: et eo magis si lectulo pro stragulo substernatur. Itẽ, quod ualde uerisimile est, prodesse dicunt aquam frigidã, uel si totum te immergas: uel, quod melius est, si eam assidue potes. Conducere quoq; ad idem ferunt, super marmor, uel aliũ uiuum lapidem sedere: aut humi super nudam terram iacere: et si quando forsan impetus urgeat, genitalia, ac renes acri aceto perfundere. Refert insuper idem auctor, salicis folia contrita, et pota, libidinis intemperantiam coercere, ac sæpe in totum auferre usum ueneris, si frequenter sumantur. Ad idem asseuerat facere uiticem, si condiatur in cibum, aut potum: uel etiã si cultri capulus ex eo factus manibus sæpius contrectetur. Quare græci, quem nos uiticem, ipsi appellant Agnon: id est purum: ꝗ matronæ in thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes foliis huius fruticis sibi cubitus substernerent. Hinc puto factum, ut nostri medici uulgo pro uitice nunc Agnum castum appellent. Insuper pro remediis incontinentiæ ualde conducibile fore arbitror, mane surgere e strato tempestiue, et ante lucem quod non solum ad castitatis subsidium uehementer

facit,

facit, sed etiam ad studium sapientiæ, & ad curandam rem familiarem plurimum confert. Preterea cauendum continentiæ studiosis, ne supino cubitu, neue semisomnes, & desidiosi in multum diem iaceát. Nec est id quoque, & si minimum uideatur, prætermittendum: multum scilicet conducere ad sedandam tentiginem, pruritusq; molestiam tempestiue post somnum exonerare uesicã. Riserit hic fortasfis aliquis uulgare præceptũ: at est profecto non tam scitum, quàm necessarium, neq; tam eruditi doctoris, quàm amici, & fidi monitoris consilium. Nam quiescentibus nobis urinæ collectio, quum capacitatem uesicæ compleuerit, tentiginem excitet necesse est, & subinde pruritum libidinis: qui quidem ut est repletione excitatus, ita protinus euacuatione sedatur.

De crebra confesfione, & consultatione cum amicis. Cap. XLVII.

INsuper (ut ad spiritualia remedia transeamus, quæ potiora sunt) multum proderit ad præsidium castitatis, si uel mente, uel quod absit, opere deliquisse contigerit, festina alicui probo sacerdoti facta expiatio peccatorum, & ei præsertim, cuius aut ferre censuram, aut opinionem, quam de te habet, fallere plurimum uerearis: ut quoties ad patrandum uitium stimulaberis, & Deum, & hunc expiatorem tuum semper ob oculos tibi proponas: quatenus ita erubescas quicquam contra honestatẽ committere, perinde atq; hunc talem uirum semper adesse conspicias, & tanquam Deum ipsum habeas spectatorem: pro ut re uera ubicunq; fueris, semper habes. Certum est enim ꝙ in conspectu Dei peccas: qui ubiq; est, & cui latebræ nullæ sunt: qui in cœlis quum sit, speculatur terras, & intuetur abyssos. Hic pudor quãdiu in animo durabit, displicebit peccatum, languebit uenus, & sedabitur libidinis feruor. Expedit etiam crebro uel sacerdoti,

cōperto ab eodem auctore traditur: quā ob rem(quicquid sit)uel eo ipso ponam, ut uideatur. Refert.n.quicunq; in urinam canis minxerit, reddi ob id pigrum ad uenerem. Collegit præterea multa eiusmodi, ut est in historia naturali curiosus, quæ superstitiosa sunt, ac prorsus ridicula, et uana: quædam etiam eius generis sunt, ut pudere debeat christianum hominem recensere pro ueris. Quale est aspergere corpus puluere, quo se pauloante mula uolutauerit: et lacertam in eius urina necari cui tollere desiderium ueneris cupimus, atq; id genus multa, quæ non sunt hic referenda. Sunt et qui tradant habentem cor turturis alligatum lupino corio, nunquam excitari ad uenerem. Iaspidem uero, et Sardonycem, lapides preciosos etiam excitatam statim sedare. Ad idem facere dicunt Camphoræ suffitum, Rosamq; olfactam: et eo magis si lectulo pro stragulo substernatur. Itē, quod ualde uerisimile est, prodesse dicunt aquam frigidā, uel si totum te immergas: uel, quod melius est, si eam assidue potes. Conducere quoq; ad idem ferunt, super marmor, uel aliū uiuum lapidem sedere: aut humi super nudam terram iacere: et si quando forsan impetus urgeat, genitalia, ac renes acri aceto perfundere. Refert insuper idem auctor, salicis folia contrita, et pota, libidinis intemperantiam coercere, ac sæpe in totum auferre usum ueneris, si frequenter sumantur. Ad idem asseuerat facere uiticem, si condiatur in cibum, aut potum: uel etiā si cultri capulus ex eo factus manibus sæpius contrectetur. Quare græci, quem nos uiticem, ipsi appellant Agnon: id est purum: q̄ matronæ in thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes foliis huius fruticis sibi cubitus substernerent. Hinc puto factum, ut nostri medici uulgo pro uitice nunc Agnum castum appellent. Insuper pro remediis incontinentiæ ualde conducibile fore arbitror, mane surgere ē strato tempestiue, et ante lucem quod non solum ad castitatis subsidium uehementer

facit,

facit, sed etiam ad studium sapientiæ, & ad curandam rem familiarem plurimum confert. Preterea cauendum continentiæ studiosis, ne supino cubitu, neue semisomnes, & desidiosi in multum diem iaceát. Nec est id quoque, & si minimum uideatur, prætermittendum: multum scilicet conducere ad sedandam tentiginem, pruritusq́; molestiam tempestiue post somnum exonerare uesicã. Riserit hic fortasfis aliquis uulgare præceptũ: at est profecto non tam scitum, quàm necessarium, neq; tam eruditi doctoris, quàm amici, & fidi monitoris consilium. Nam quiescentibus nobis urinæ collectio, quum capacitatem uesicæ compleuerit, tentiginem excitet necesse est, & subinde pruritum libidinis: qui quidem ut est repletione excitatus, ita protinus euacuatione sedatur.

De crebra confessione, & consultatione cum amicis. Cap. XLVII.

INsuper (ut ad spiritualia remedia transeamus, quæ potiora sunt) multum proderit ad præsidium castitatis, si uel mente, uel quod absit, opere deliquisse contigerit, festina alicui probo sacerdoti facta expiatio peccatorum, & ei præsertim, cuius aut ferre censuram, aut opinionem, quam de te habet, fallere plurimum uerearis: ut quoties ad patrandum uitium stimulaberis, & Deum, & hunc expiatorem tuum semper ob oculos tibi proponas: quatenus ita erubescas quicquam contra honestatẽ committere, perinde atq; hunc talem uirum semper adesse conspicias, & tanquam Deum ipsum habeas spectatorem: pro ut re uera ubicunq; fueris, semper habes. Certum est enim q̃ in conspectu Dei peccas: qui ubiq; est, & cui latebræ nullæ sunt: qui in cœlis quum sit, speculatur terras, & intuetur abyssos. Hic pudor quãdiu in animo durabit, displicebit peccatum, languebit uenus, & sedabitur libidinis feruor. Expedit etiam crebro uel sacerdoti,

uel etiam amico cuipiam fido,& optimo aperire uniuersas tẽtationes, ac inuolucra cogitationum tuarum,& super his consulere, & poscere tibi auxilia saltem piæ, & quotidianæ precationis. Oportet enim quod sæpius male pullulat, sæpius etiam succidere:ac si fieri potest teneras plãtas euellere penitus,ac funditus extirpare.Nemo potest(mihi crede)tutò cogitationes obscœnas, & pullulantia uitiorum germina intra se tacitus enutrire:multo etiam peius, si segetem messuerit aliquando turpissimæ sationis:& confidat suo ipsius marte, absq; alieno præsidio ab ea captiuitate posse euadere in libertatem:& errorem suũ ex seipso cognoscere atq; emendare. Quandoquidem,ut senex ille terentianus dicit,maxime uerum sit: ita scilicet comparatam hominum naturam omniũ, ut aliena melius uideãt.ac iudicẽt.q̃ sua:atq; ex eo fieri,ut in re nostra,aut gaudio simus p̃pediti,aut ægritudine nimia. Quo circa cõmunicanda tam bona, q̃ mala nobis sunt,cũ his,q possunt & mala nostra leuare,& bona facere meliora:atq; his ipsis patefaciendæ sunt oẽs tentationes:nec ullum occultandum malũ,aut arcanũ,quod nobis aliqñ possit officere.Facile quidem serpit, lateq; diffunditur morbus, quem celes medicum:& ulcus latens, snieq; oppletum magis excruciat, q̃ quod tempestiue reuelatum chirurgo,uomica aperta,& putredine emissa purgatnr. Confiteri ergo peccatum, & in tentationibus amicos consulere salubre profecto remedium est: contra uero dissimulare,& tacere,mortiferum. Nihil ægrius fert hostis antiquus,q̃ quum uidet dolos, & commenta sua patefieri,quibus ipse confidebat. Bona igitur est consultatio de quacunq; re,sed optima confessio uocalis,& sacramentalis peccatorum:quæ nobis frequenter est facienda: quum hæc sit illa: quæ hostem fugat,conscientiam purificat uires animi reparat,tristitiam discutit, atq; omne nubilum humani pectoris incredibili uirtute, & subita expiatione serenat.

De ſummiſſione ſui, & humilitate & patientia retinenda. Cap.XLVIII.

AD corroborandas autem collabētis animi uires, aduerſus cōcupiſcentiam humilitas nobis firme retinēda eſt:nec pudicitiæ prætextu ullatenus huius uirtutis gratia negligenda:ne fortè ſuperbiæ tumore elati arrogemus quicquam nobis, quaſi ex nobis, & ſic amittamus gratiam,& meritum caſtitatis: quæ nulla eſt, niſi coniunctam, & coadiutricem habeat humilitatem: immo periculoſa eſt,& præceps,niſi uirtutis huius adminiculis,undiq; fulciatur. Hæc eſt.n.baſis,fundamentum, culmen, honorq;, & condimentum pudicitiæ: quæ ſi deſit,caſſa, & uana ſunt uniuerſa remedia. Nam elatus nec ſibi uult imperare, nec à ſuis deſyderiis continere, nec Deum pro habenda caſtitate precari. Non enim uidet præ ſuperbia ſua,hoc bonum, & quodcunq; aliud diuini tantum eſſe muneris, non naturæ: & propterea id totum ab ipſo Deo piis ſanctisq; precibus, aſsidue, humiliterq; poſcendum. Lex enim quum dicat.Non concupiſcas, iubet continentiam: quum uero legatur nemo eſſe poteſt continens, niſi Deus det:conſtat q̄ ſolus Deus dat continentiam: & ſic (ut dicit Auguſtinus) iubet Deus continentiā per legem,& idem dat continentiam per gratiam, quæ tamē ab eo cōtinuis precibus eſt efflagitanda. Sed quo modo exaudiet Deus ſuperbum: quum ſcriptum ſit, Deum ſuperbis reſiſtere, & gratiam ſuam humilibus dare. Quinetiam in tantum eſt Deo inimica ſuperbia: ut non ſit ueritus idem Auguſtinus dicere, expedire ſuperbis cadere, & de gradu eiici caſtitatis, ut deperdito eo ipſo,quo ſe extollunt bono humiliati deponant inſolentiā:& diſcāt ſummiſſius agere: quā nihil penitus ꝓſit continētia ei, cui dominatur ſupbia. Ideo.D.Gregorius. Nulla eſt inquit caſtitas carnis, quā non cōmendat humilitas mentis.Proteramus ergo funditus ſupbiā,ne ipſa ſibi ꝓterat ſub pedibus caſtitatē.

Exo.20 Sapi.8. Petri.5.

Nam si furere cœperit, tanquam intractabilis fera, nullo fræno regi, nullis calcaribus propelli poterit, ut uelit obtemperare rationi. Hanc autem non possumus domare potentius, quàm assidue cogitare infirmitatem, imbecillitatemq; nostram, quæ nullo potest pacto subsistere, nisi fuerit diuino semper auxilio communita. Quod iccirco factum est, ne quis sese insolenter extollat, ne quis sibi contra tentamenta libidinis esse: sed totum euenire cœlitus à Deo: ac ex sola ipsius pietate præstari. Insuper assidue nobiscum animo uolutandum est: nihil esse in hoc orbe stabile, nihil diuturnum: fluxasq; esse, & uanas omnes istas delitias, quæ hic habentur, uoluptatesq; uniuersas caducas, diuitias incertas, honores sollicitos, labilem formam, uitam breuem, casus mortis ancipites, mortem ineuitabilem, omnium rerum statum mutabilem, & uarium: omnes nos, ubicunq; fuerimus, uel quicũq; simus, nusquam tutos: neq; ab ea sententia ullos immunes, quę dicit. Super te sternetur tinea, & operimentum tuum erũt uermes. Quicunq; profecto talia cogitauerit, quantũuis animo elatus fuerit, ocius cõtrahet lora, seq; summittet, & superbos ausus discet moderatius temperare. Sed unde melius addiscemus hanc humilitatem, quàm a Iesu

Philip. 2. nostro? qui quum esset Deus, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis: de qua ipse miserabiliter pendẽs, derisus, uulneratus, afflictus, cunctis nobis, & re, & uerbis continue inclamat. Discite à me, quia mitis sum, & hu-

Matth. 11 milis corde. Quod autem de humilitate dicitur, idem fermè existimetur dictum esse de patientiæ uirtute: quæ nos planè docet omnes perturbationes corporis, & animi, ferre moderate: nec ab iracundiæ passione superari, ut declinemus à proposito castitatis. Non enim quis melius corporis æstus extinguet, quàm quum animi motus prius didicerit refrænare. Et hoc erit mitem esse, & humi-

Hebre. 10 lem corde. Ideo Apostolus, Patientia inquit nobis ne-

cessaria est, ut uoluntatem Dei facientes, accipiatis remunerationem.

De assidua mortis meditatione. Cap. XLIX.

AD tollendam autem prorsus superbiam, atq; ad comprimendam penitus libidinem, nullum tam efficax remedium, quàm assidue meminisse, miseriæ, & calamitatis humanæ: & habere præ oculis ineuitabilis, & semper incumbentis mortis exitium. Tutissimum est enim, ac paratissimum perfugium, dum æstuãt fœdæ cogitationes incendia, meditari humanam imbecillitatem, & uitæ nostræ fugacissimam breuitatem, atq; diem illum mortis imminentis extremum: qui in ianuis etiam uiuacissimi cuiusq; hominis propius semper est, q̃ credatur. Quoties ergo concupiscentiæ motus urget, et diabolus suis nos machinis, atque tormentis oppugnat, suspiciamus statim in cœlum, & mortis memores attentius cogitemus Deum iudicem nostrum ex sublimi nos quicquid agimus, obseruãtem: à quo propediem sumus omnes de hoc, & de aliis cunctis uitiis iudicandi. Subinde mentis oculos declinemus in monumenta parentũ, cognatorum, amicorum, æqualium coæuorum, & eorũ præsertim, qui eiusmodi fœditatibus sunt maxime delectati: uel eorum etiam magis, quos fortè habuimus communium uoluptatum participes: atque horum protinus tumulos animo perlustremus, considerantes quid dudũ fuerant, & quid nunc sint: quos, uel florida ætate inopinata mors rapuerit, uel iam confectos senio propriũ hominis fatum coegerit naturæ debitum soluere. Hic parumper subsistas uelim, quatenus non ob oculos tantũ præteruolet meditatio hæc, sed in præcordiorum ac ossium medullis insideat: atq; eos, ibi patefactis tumulis, & abstersa mentis acie, diutina, & fixa cogitatiõe perspicias. O misera humanæ uitæ ratio. Quonam quæso abiit

species, ac figura illa prior oris? ille decor faciei? illa frontis hilaritas iucunda supercilia? lati humeri? pectus eminens: molle femur? suræ teretes? forma totius corporis elegans, & concinna? & quicquid denique olim tantum placuit in eis, uel nunc placet in aliis? O terribilis & repentina mutatio: quandoquidem esse potest, uel sola cognitio horrori. Ecce quicquid restat foetet putore graui: defluit sanie, scatet uermibus: sola memoria nominis paucis literis manet. Discerne iam si potes, qui dominus, qui seruus, qui diues, qui pauper, qui formosus, qui deformis, qui senex, qui iuuenis: confusa sunt sine ullo discrimine putrida, & miseranda cadauera: & facta sunt fimus, puluis, & cinis omnia. Dic quæso ubi nunc sunt concupiscentiæ eorum, successus foelices, luxus, mollicies, cantus, gaudia, risus, illecebræ ioci, lenocinia, ludi, uoluptates. Introspice, & uide: nihil iam porro, quicquam remanet, præter id, quod modo dicebam, foetorem, putredinem; uermes, serpentes, ossa, pulueres. Et heu ꝙ dum in tumulis sic, sine sensu iacent: atq; à uermibus sic eduntur, eorum animæ fortassis apud inferos acribus flammis adductæ suppliciis affliguntur æternis. O insani, & infoelices homines: qui mortis obliti, perinde, ac si perpetuo starent, sese totos uoluptatibus dedũt: nec uident ꝙ idem quoq; eos ipsos manet finis, eadem corruptio, & eadem necessitas moriendi: & ꝙ semper nullo non loco, nullo non tempore, festina, & insidiosa eis imminet mors. Sicut enim nihil est fugacius uita: ita contra nihil est sequacius morte: nam pari utraq; uolatu, ista approperat: illa aufugit. dum aduolat ista, euolat illa fulmine, & uẽto uelocior. Hic uero quis esse potest tam auersus ab humanitate, tam stupidus, aut amens, ac tam deliri capitis homo qui hæc secum animo uolutans nõ resipiscat, non deponat amoris insaniam, & ab his tumulis non erigat mẽtem spretis omnibus ad cœlum, & ad bona illa cœlestia, quibus est (si pie uixerit) perpetuo fruiturus? Vnde, D. Gregorius nihil sic ait ad damnandũ

appetitum desyderiorum carnaliū ualere, quàm si unusquisque, quem uiuum diligebat mortuum pensitauerit. Olim quoque ut à Græcis proditur, apud Ægyptios solennibus conuiuiis dum epularentur, de more circunferebat unus quispiam imaginē humani cadaueris, quàm proxime ad uerum effictam: & eam singulis ostentans dicebat. In hanc intuens, epulare, & oblectare, certo sciēs te talem paulopost futurum. Interpretor ego hoc factū, ut conuiuæ illi suæ conditionis memores discerent frui moderatius uoluptate. Nullo enim aptiori remedio cohiberi possumus ab immoderatis cupiditatibus, quàm oblata nobis mortis memoria. Sunt tamen qui dicant id fieri, ut mortis memores studiosius uoluptatibus indulgerent. Sed hoc secundum Epicurum: at apud nostros philosophos christianos, qui de futura resurrectione cōfidunt, non est dubiū, quin deterrere soleat potius mortis recordatio, q̄ suadere uoluptates. Quod & apud ethnicos uideo fuisse obseruatum: nam legimus apud Platonem, q̄ Socrates suos discipulos edocebat assidue meditari totam uitā philosophorum, nihil aliud q̄ meditationē mortis esse: quū ea demū uera sit sapientia, quæ præuiso nostri corporis interitu, ab illecebris uoluptatū, sciat se frugalissime cōtinere: & q̄ ab omni cupiditate seuocare animū possit, & q̄ doceat nos q̄si mortuos mūdo, et uelut à corpibus separatos inhærere penit⁹ diuinæ cōtēplatiōi. Ab ista sn̄ia nihil uidet̄ dissentire Apostolus dicēs Mortui.n.estis, & uita uestra abscōdita est cū X̄p̄o in Deo. Cōsiderāda insup̄ est illa p̄clarissima sn̄ia, quā fateor in tentationibus mihi plurimum ꝓfuisse. BREVE QVICQVID HIC DELECTAT: ÆTERNVM QVOD CRVCIAT. Nec minus altera, cui multum debeo. TRISTES EXITVS VOLVPTATVM. Eiusmodi quidem sententiæ, si semper in cogitatione defixæ, ac semper in promptu sint: mirum quantum in omni tentatione carnis ad resistendum præualeant.

Colos. 3.

Per hæc enim optime monemur meditari curas, labores, infamiam, contemptum, maciem, morbos, egestatẽ, cædes, atq; alia innumerabilia penę mala, & peccata, & scandala, quæ solent frequenter ex eiusmodi uoluptatibus exoriri: ut propterea ab illis omnino abstineamus, ne una cum eis tot tantaq; incurramus aduersa. Ad idẽ plane facit, eorum sæpe reminisci, quibus male cesserũt uoluptates: atq; inde sibi exempla proponere, ut cauere nobis alienis casibus erudiamur. Proderit hic etiam nobis obseruare similiter pudicos, & castos: quo modo ecõuerso eis cuncta prospera, et trãquilla succedant: atq; sic ad eorum uitam moresq; nosmetipsos componere. Docet probe Seneca, nisi ad regulam, praua non corrigi. Sed quoniam de morte mentio facta est, expedire uidetur deinceps proponere, quàm dubia, quàm incerta sit mortis hora: ut simus semper ad moriendum parati, sicut sæpius nos Saluator Christus admonuit, dicens. Matth. 24 Estote parati quia nescitis diem neq; horam.

Paratos semper oportere nos esse ad bene moriendum: propter incertitudinem, & metum mortis semper imminentis. Cap. L.

IAm tecum quæso amice lector & mente, et animo assidua cogitatione reuoluito: et trabali (quod aiunt) clauo affigito cordi: omne humanum genus destinatum addictum q;, & consecratum esse morti: & propterea, tibi cum cæteris omnino esse moriendum, teq; utiq; iam reũ mortis per sententiã iudicis factum ex utero materno, tanquam de carcere ad necem trahi. Instat quidẽ omnibus ille præfixus dies transmigrationis in ignotam Hebre. 13. patriam nec abesse longius potest. Sumus enim (ut ait Apustolus) hic hospites, & pegrini nec habemus hic manentem ciuitatem sed futurã inquirimus: ad quam quidem uelis, remisq; (ut aiunt) uelociter festinamus: sed an

hoc ipso die: quid dico, die? immo an hac ipsa hora, uel hoc puncto temporis migrãdum sit, omnino nescimus. Scriptum est enim. Omnes morimur, & quasi aqua dila- 2. Reg. 14
bimur in terram, quæ non reuertuntur. Recte sanè: uno nãq; cursu iuuenes, senesq; pariter properamus ad mortem: & æque omnes hic conducto habitantes in diem uiuimus: & precaria luce fruimur. Datur enim nobis à Deo usura uitæ mutuo perinde quasi pecunia, nulla præstituta ad soluendum die, repetit ideo ipsam, quum uelit. Vnde poeta ille. Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis mutua, nec certa persoluenda die. Tot.n. quotidie præter domum tuam ducuntur exequiæ, & de morte non cogitas? tot acerba funera deflentur, & tibi successiones hæreditatum, & longæuam senectutẽ promittis. An ignoras dictum esse in euangelio homini sibi pollicenti uitam longiorem. Stulte hac nocte animam Luce. 12.
tuam repetent à te: quæ aũt parasti cuius erũt? Sapienter & Cato ille Ciceronianus. Ex uita inquit ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura nobis diuersorium, non habitandi dedit. Oportet ergo nos semper paratam habere animam, ut repetenti domino, quod debemus, mutuum sine mora reddere ualeamus. Iunior es: quid refert? etiã si sis puer, aut adhuc in cunis quasseris anniculus? Non hic dinumerantur anni, quælibet ætas matura est ad moriendũ. Iuuenes quidem ob uarios & incertos casus semper sunt in periculo cito moriendi: senes propter uitæ breuitatẽ diu uiuere non possunt. Monet quidẽ recte Cicero quatenus adolescentiæ sit fidendum. Facilius (inquit) in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur. Recte itaq; docemur in sacris litteris peruigiles, Ibidem
atq; accincti semper stare, expectantes, ut quum pulsauerit dominus, cõfestim aperiamus ei. Tam uaria siquidem, & inopinata sunt pericula, ac mortis genera, quæ undiq; nobis impendunt: ut semper uerendum sit, ne repente

ex inopinato,præcipitiq; exitu,ac tumultuaria, & impro uisa morte rapiamur. Mors quidem &,si permittat ali quos procedere in uita longius:morboq;, & senio sæ pe tabescere,plures tamen robustos, & sanos uel in ip so medio ætatis flore decutit: uel improuiso aliquo ca su in ipsis,uitę primordiis,pręcoces,et immaturos inter cipit. Heu quot hodie uiuunt,et ualent, qui cras nō erūt, quot mane læti ludunt, & saltant, qui uesperi efferuntur ad sepulchrum. Mille casibus subiacet dieculæ unius spacium:ut ne momento quidem,aut puncto ipso tem poris secura sit cuiquam huius uitæ ratio. Angustissimis ꝓfecto terminis circunscripta,& innumeris periculis ual lata est ærumnosa mortalitas. Quo circa iure meritoq; Aristoteles hominem ipsum imbecillitatis exemplar,io cumq; fortunæ solebat appellare. O tu ergo homo,qui mortem non cogitas,& prospero mūdi successu tumes: uide quid agas:nosce te ipsum:nam quisquis es,quacūq; dignitate perfulgeas,aut honore,aut titulo quouis te ex tollas,aut iactes:bulla es,& tumor inanis,&(ut aiunt)ui ctima sub cultrum iamdudum ferienda:&(ut dicitur)in ter sacrum,& saxum posita.Pendet siquidem filo,uel po tius pilo,alligata uita mortalium:& super nos semꝑ tam in procliui q̄ nimbosus imber,mors est. Nam ut taceam morbos uulgares,qui nobis semper imminent, & qui bus frequenter corripimur:quorum genera ultra trecēta annumerauerūt antiq medici,p̄ter nouas,& inauditas pe stes,q̄ quotidie pullulant,ac passim ꝑ urbes, perq; oppi da,& rura grassant. Vltra hæc inquā,quoꝝ quota portio est cōmemorata:infinita penè sunt instrumenta, & arma subuertēdæ uitæ miseris mortalibus i hoc mūdo. Impē dēt siqdē ceruicib⁹ nr̄is gladii,secures,lāceæ sagittę,lapi des,fustes,missilia,tormēta,īsidię,bella,inimicitiæ,ueneficia,feraꝝ laniat⁹,ęst⁹,gelu,rigor,frig⁹,calor,siccitas,humor terremot⁹,inūdatio,eluuio,naufragiū,p̄cipitia, et alii fere innumerabiles casus,q̄b⁹ quotidie iparati tollimur à uita.

De mortibus inusitatis & repentinis. Cap. LI.

ETenim cogimur misereri humanae conditioni: cui praeter tam multa, uariaq; morborũ genera, quae nos obsident cruciant, premunt: quasi parum ea essent ad perdendum idonea: addita sunt quoque tot pericula ad perniciem, morbis ipsis peiora. Heus tu, qui te & beatum, & florentem putas, ecce potes repentina morte cadere: mortiferarum bestiarum quantulo ictu is dente mori: paruulo impulsu, aut lapsu conteri: leui pe flatus aura congelari: aquis obrui: pusillo etiam gurgite suffocari: ruina opprimi: uehiculo euerti: equo decuti: incendio absumi: grandine cedi: fulmine percuti: ueneno tolli, hiatu terrae glutiri: aut etiam ut Anacreon poeta, angi uuae acino: uel ut Glaucus, melle: aut sicut. L. Tiridius, mulso: siue ut Appius Samperius, ouo, seu boleto, ut Claudius Caesar: uel ut Fabius praetor, absorto, in lactis haustu, pilo. Quin potes etiam sicut pherecides poeta, & philosophus, Pytagoraeq; praeceptor erumpente e uentre serpentium copia, euiscerari: uel ut maximus ille Romanorum dictator Scylla, scatentibus in toto corpore pediculis, miserabiliter consumi: aut, quod euenire frequentius solet, canum morsibus laniari, ut Acteoni, & Euripidi tragico contingit: quorum alter in uenatione, alter è conuiuio domum repetens discerptus est. Nam haec bestia & si sit blanda alioqui, & fidelis domino: plerunque tamen percita rabie, uiolentius, atq; atrocius, quàm aut leo, aut lupus offendit. Nostra aetate Venetiis pictor quidam non ignobilis, catella quam in delitiis habuerat, factae rabidae morsu leuiter cõprehẽsus, paulo post eadẽ rabie correptus immaniter furens interiit. Quid q̃ potes uel crabronis aculeo ictus mori? ut annis superioribus, puella q̃dã agrestis in agro Taruisino. Sed et Araneae ẽt morsu, nedũ uiperę, occidi potes: nã, et tã domestici aĩalunculi legimus hoĩem ueneno necatũ.

Nullum est quidem tam mansuetum animal, ut ab eo aliquod uitæ discrimen nobis imminere non possit: taceo autem bouem, equumq; asinum, & mulum, animalia domestica, quibus nunquam expedit fidere: quando ab his plane multos, & magnos, et illustres uiros scimus aliquãdo fuisse interfectos. Adde etiam ꝙ nulla fera bestia quantumuis sæua perniciosior esse potest, quàm homo homini, si uelit: ut iure & merito emanauerit inde prouerbium. Homini homo lupus. Nam re uera multo plures homines hominum manibus, quàm omni reliqua fortunæ calamitate tolluntur. Nulla (inquit Cicero) tam detestabilis pestis est quæ non homini ab homine nascatur. Est enim quotidianum, ac penè ineuitabile, quod ab homine imminet homini discrimen. Præuidetur siquidẽ tempestas antequam surgat: crepant ædificia antequam corruant: præit fumus incendium: at subita & improuisa est ab homine pernicies: ut neq; uxori, neq; liberis, nedũ seruis & inimicis fidẽdum sit nobis. Hoc anno & socrus quæ suis insidiis generum interficiendum produxit, & ancilla domestica, quæ dominæ propinauerat uenenum Patauii publice combustæ sunt. Superiori sæculo tempore Eugenii Pont. Max. Angelotus illustris cardinalis (ut refert Poggius) à cubiculario, quem sibi unum omnium fidũ existimabat, meridiano somno quiescens gladio transfossus est, & mortuus prius, quàm experrectus. De immanitate filiorum in parentes, & uxorum in uiros, satis supra dictum est loco suo, ut hic repetere non sit opus. Quid ꝙ etiam expirare, ac mori ipso in coitu, ac in confrictu libidinis repentina morte potes? atq; ut sacerdos olim quidam (de quo refert Petrus Damianus) qui uno eodemq; momento, & corpus dimisit cloacæ, & animam transmisit ad gehennam? Cornelius Gallus prætorius, & T. Ætherius eques Rom. inter usum puerilis ueneris, & ipsi defuncti sunt: genus sane mortis fœdum dignumq; tali flagitio. Nonne frequẽter audimus

alium inter cœnandnm, alium inedia, aliũ crapula, alium alia superfluitate defunctum? Multos absorbet immoderata tristitia, quosdã metus, plures luxuria. Somnus quibusdã sempiterna mors fuit, ut Pindaro poetæ, qui dormiens spiritum exhalauit: utq; Antiocho, qui præ nimia tristitia consopitus interiit. Examinauit etiam plærosq; gaudium improuisum: nã de tristitia, et metu minus mirandum est. Legitur siquidem Sophoclem illum tragicum poetam immoderato gaudio expirasse animã: & Chilonem senem complexum filium in Olympia coronatum ex tam insperata lætitia repente mortuum concidisse. Nec secus euenit Diagoræ, qui tris filios in eodem Olympiæ die coronari conspiciens, ibidem in stadio, in conspectu populi, ac in oculis, et manibus filiorum animam præ gaudio efflauit. Idem gaudium Philippidem comœdiarum poetam in certamine poetarum ob uictoriam præter spem partam, necauit. Contra mœror Periãdrum, & Menippum leto dedit. Sed & risus immodicus Philomenem sustulit: sicut Homerum poetarum omnium maximum uerecundia, quum quæstionem à piscatoribus propositam soluere nesciuisset. Legitur Marcellonem quendam una cum uxore prima nuptiarum nocte ictos fulmine conflagrasse. Similis uis & Herenniũ occidit serena die. Sed ut taceam innumera pericula fluminum, maris, terræ, hostium, latronum: quod quæso tẽpus morti exemptum est? qui locus? quod iter? quæ actio? quod officium? De foro (inquit. D. Augustinus) rediens quidam domum sanis pedibus, cecidit, fregit tibiã, & ex illo uulnere statim moritur. Quisnam uidetur esse sedente securior? de sella tamen, in qua sedebat, Heli sacerdos maximus cecidit, et collisus terræ, repente obiit. Superuacaneum hic duxi referre non uulgares, et repentinas mortes plurimorum quas nobis Plinius longa serie, et eleganti oratione commemorat. Non desunt æuo nostro innumera exempla, quę referantur, si uacet recen-

ſere. Accidunt quotidie nouæ, & improuiſę mortes, quę nos doceant quantopere fidẽdum ſit uitæ huic noſtræ, tam fragili, tamq; caducę. Mors quidem ſola (ut ait ille) fatetur quãtula ſint hominum corpuſcula, quæ ſane quu tam facile diſſoluantur, & pereant, uere fictilia, uel quod fragilius eſſe nequit, conſtricta gelu uideri poſſunt, potius, quàm ſolidum quicquam, aut durabile diu. Nam fictile, ac uitrum, & ſi natura fragile eſt, ſeruari tamẽ cautione diutisſime poteſt: at gelu, & glacies, quoquomodo ſeruetur, diu ſtare non poteſt: quin aduentante uere, æſtatis feruore liquetur. Vide ergo quæ ſit conditio noſtra mortalium: quàm calamitoſa, quàm fragilis quibus hoſtibus, quibus morbis, quibus caſibus expoſiti omnes ſumus: ut merito iam non tam ex argilla, & luto ficti, q̃ glacie, & gelu concreti eſſe uideamur. Sed heu ꝙ quum innumerabilia, & penè infinita nobis ſint mortis diſcrimina: nullum tamen ſalutis, aut ſecuritatis ſatis certum iudicium haberi, uſquam poteſt: nullum præfinitum uitæ ſpacium, nullus tutus locus, nulla idonea, & abſq; formidine commoratio. Num tu ergo haberi ſatis ſanus potes, & nõ potius uecors, et prorſus amens, ſi tantis obſeſſus periculis ſecurus, degas? & in tanta expectatione mortis nihil pares. Quiſnam caſus eſſe poteſt? quodue leti genus, quod posſit homini accidere, ut idem ſingulis non ſit formidandum. Nemo (inquit Seneca) tam diuos habuit fauentes, craſtinum ut posſit ſibi polliceri. Cuiuis ſane accidere poteſt, quod cuiquam accidit, ille occiditur gladio, aut præcipitio, aut alio quouis modo, & tu ſimiliter occumbere potes. Hoc unicum leuamen eſt timoris, ut ſis ſemper mori paratus. Quapropter non ab re in euangelio Chriſti ſæpe monemur uigilare, & eſſe parati: quia neſcimus qua hora dominus uenturus ſit.
Propterea merito quidem laudatur ſenioris cuiuſpiam ſpectatæ ſanctitatis dictum, qui quum aliquando in ſequentem diem ad conuiuium inuitatus fuiſſet, inuitanti

se respondit. Si quid est in me, quod opus sit tibi, aut amicis, ecce præsto sum uobis: quid uero cras agendum sit, uos cogitate, quibus uacat: equidem ego iam multis annis crastinum non habeo, ut de eo uobis ualeam certi quidpiam polliceri. O fœlicem & fortunatum certe hominem, qui æque nihil sperat, aut ueretur de crastino, sed diei præsentis spacio cōtentus, hunc, ut extremum aspicit, atque ut extremum dispensat: semperq; est ad moriendum paratus, quando mors propter incertos casus semper immineat, & propter uitæ breuitatem longius abesse non possit.

De breuitate uitæ præsentis. Cap. LII.

SEd esto ꝙ ea ipsa quæ fortuita sunt, & inimica uitæ, cuiquam nostrum non noceant: sed potius prospere fœliciterq; nobis cuncta succendat, quid tum? Omnibus tamen citius, seriusue tandem moriendum est. Subeunt morbi tristisq; senectus. Et labor & duræ rapit inclementia mortis, ut elegantissime Maro poeta cecinit. Quanta est quæso uita hominis, quæ septuaginta annorum circuitu uniuersa concluditur: uel si forte in potentatibus octoginta anni intercesserint (ut psallit propheta) amplius eorum labor, & dolor. Psal.89.
Mors ergo (ut dixi) longius à nobis omnino abesse non potest, aduolat enim & pertransit ætas iuuentutis omni uento fugacius. Vnde poeta.

Festinat decurrere uelox
Flosculus angustæ, miseræq; breuissima uitæ
Portio dum bibimus, dum serta, unguenta puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Etenim quicquid agas, siue comedas, siue bibas, siue ludas, uita ipsa pertransit, et quotidie morimur, & quotidie demitur aliqua pars uitæ: atque omnis hora per tacitos, fallentesq; cursus nos morti applicat,

& tunc quoque quum corpore crescimus, uita decrescimus: Fugiunt, uel deuolant potius dies, noctes, menses, & anni: et plenis (ut aiunt) uelis mors festina consequitur: et tam illae ipsae horae, quas in laboribus, quàm illae, quas inter uoluptates, et iocos, risusq;, et somnos terimus, ad mortem nos tacite, et occulte deuehunt: quare nus securi, et ridētes ad exitum festinemus, inscii, et nihil sentientes. Sicuti qui in nauigio dormit, et ignarus, et nihil sentiens, impulsu citae nauis, quae secundo uehitur flumine, ad itineris finem perducitur. Nemo est (inquit Augustinus) qui non sit post annum, quàm ante annum fuit, morti ꝓpinquior: et hodie quàm heri, et cras quàm hodie: et paulopost, quàm nunc: et nunc quàm pauloante: quoniam quicquid temporis uiuitur, de spacio uiuendi demitur: et quotidie fit minus, minusq; quod restat: ut omnino nihil sit aliud tempus uitae huius, q̃ cursus ad mortem. Haec doctor eximius Augustinus elegantissime. Vita nanque nostra, ut et diuina lectione, et experien-
Iob. 14. tia ipsa docemur, fugit uelut umbra, et nunquam in eodem statu permanet, et neque aliter quàm puluis dispergitur, neque secius q̃ uapor fumicus euanescit. In orbe quodam, atque circuitu nexa sunt omnia, fugiunt alia, alia sequuntur: mutant statum, et uariant uices cuncta, quae sunt sub sole. Sic est enim natura comparatum, ut diem nox premat, noctem dies: aetas alia exoriatur ex alia: et irrequietus coeli motus nihil in terris sinat diuturnum, ac stabile permanere. Nullum nanque tam breue temporis momentum, quod non aliquid immutet de statu, institutisq; prioribus. Vide uillas, agros, urbes, oppida, pallatia, quot nomina, quot insignia familiarum diuersarum breui tempore mutauerunt: quot dominis, alii post aliũ seruierunt: uni hodie, cras alteri. Efferuescunt haec omnia, quae bona falso dicuntur: fluunt, refluuntq; ad similitudinem undarum, et quasi aestus maris, infatigabili cursu: et mõ ad alios accedunt, modo ab aliis recedunt. Mirum

sane

ſanè de rebus noſtris tantam mutabilitatem tam breui fieri:ſed nihilo minorem de nobis ipſis mutationem factam ſentiemus,ſi iuſti rerum æſtimatores huic quoq; rei diligēter attendamus. Non ne dudum infantes eramus, mox pueri, ex templo adulti,repente uiri, ſtatim ſenes, citisſime decrepiti,ac mortis foribus inſultātes?Sic & uer in æſtatem, æſtas in autumnum, autumnus in hyemem asſidue uergens,annum perficit. At hæc ſpacia temporum, ita per asſiduos temporis lapſus tranſeunt, ut ad idem uice annua reuertantur: & eadem temporis facies redeat,quæ prius fuerat anno ſuperiore:ſed ætas hominis,& humanæ uitæ ratio in dies magis ingraueſcens,ſic pertranſit,ut nunquam reuertatur. Et heu ꝙ tam breui per eiuſmodi ætates decurrentes tollimur de mundo: ut etiam qui ſint ultima ætate grauati, & ultra penſum (quod aiunt)progresſi, uix ſibi annum integrum uixiſſe uideantur. Sed neq; Adam ſi adhuc uiueret, & hodie eſſet ſibi moriendum, uideretur ſibi diu, ſatisq; uixiſſe. Quid nam prodeſt quātumuis ſpacium protraxiſſe uitæ longiuſculæ, quum iam finis aduenerit, & dies adſit extremus quando uelis, nolis, oporteat te ſtatim mori? Nulla ſanè uita dici poteſt longa, quæ ſic repente fugit à nobis:& quæ tam prefixum,& conſtitutnm terminum habet,ut ultra tranſgredi nulli omnino liceat: etiam ſi ultra Tithoni ſenectam,& Neſtoris æuum, & Mathuſalē annos progreſſus fuerit:quādoquidem omne ſpacium, uitæ,quod uiuimus quantumuis pateat,breue ſit,& omnis ætas quum fluxerit quantumuis diuturna nihil fuiſſe uideatur. Debemur morti nos,noſtraq;: & breui poſt tempore cedimus poſteris locum:mutamurq; mortales ſuccedentium uicisſitudine per ſingulas ætates, ut lauri, ac oleæ folia occulte per ſingulos annos:quibus cadentibus,et uicisſim renaſcentibus,denſa opacitas nunquam deſit:& uiriditas perennis manet. Similiter fit etiam de nobis:nam mundus nunq̄ uidetur deficere: ſed ſemper

idem esse:attamen breuissimo spacio alii aliis uelut ex occulto succedimus:cessuri & nos paulo post nouis incolis,quas nobis alii nuper concesserant sedes. Propterea sapiens Ecclesiastes.Generatio,inquit uadit, generatio uenit,terra aũt in æternũ stat. Videt hoc sanè factũ optime cõuenire cum sententia illa Heraclid:qui dicebat in idẽ flumen bis descendi:et non descendi, quod quidem & si contrarium uideri poterat,tamen uerum erat:eo'q̃d manet idem fluminis nomen,sed non eadem aqua:quę assiduo meatu dilabitur.Sic se habet profecto & humanæ uitæ ratio cui ex assidua morientium, & nascentium uicissitudine, idem planè uidetur semper esse mundus quod fuerat:attamen semper est quid diuersum,& aliud a priori:& nunq̃ eodem statu permanes. Et propterea Xerxes ille potentissimus persarum rex (ut memoriæ proditum est)quum semel e specula innumerabilem penè exercitum suum mente,& oculis perlustrasset, in se conuersus,memor humanæ mortalitatis,non potuit se a lachrymis prætristitia continere,cõsiderans q̧ sibi una cum tot hominum milibus absq; differentia ordinis ætatis,generis dignitatis ue,infra breue temporis curriculũ, certissimus maneret interitus. Quam uere autem, q̃q; scite,id opinatus fuerit Xerxes de suo exercitu,Hebræorum exemplo patet,qui ex sexcentis milibus armatorum post quadragesimum annum ab exitu Israel de Ægypto,duo tantum uiri superfuerunt Iosue & Caleph qui Iordanem ad terram promissionis transierint. Angustissimo sanè fine uitam nostram natura conclusit: & admodum uicina, & proxima constituit uitæ, mortisq; confinia:assidue sub aspectu proponens nostra & parentum,atq; amicorum sepulchra. Perexiguum est ergo nobis uitæ spacium,& breui termino circumscriptum: sed nec id quidem solidum,& ratum. Nam si omne tẽpus datum nobis ad uitam,rite metiri uoluerimus, uix quotam partem huiusce etiam tam exiguæ uitæ uiuis

mus. Etenim si pensamus nocturnum somnum, qui fit hyemis tempore longissimus, & diurnum, qui in æstate multis est plurimus, certe dimidium quisque fere uitæ suæ tempus dormit. Quid item existimandum de eo tempore quod per inertiam, atque desidiam perditur? quid de eo, quod multiplicibus curis afflictionibus, periculis, timoribus, ærumnis, morbis, doloribus agitatur? quid de eo quum sæpius uocetur frustra mors refugium, leuamentumque malorum? quid de eo, quando ob uitæ tædium, nihil nobis natura mortalibus præstitisse melius morte credatur? Qua ratione in spaciis uitæ computabimus infantiæ tempus, quæ mente caret? aut pueritiæ, quæ parum sapit: aut senectutis, quæ pœna est? & tamen & hæc pars uitæ inter uiuendi spacia connumeratur. Et quo nam iure quæso uolumus, ut hæc sit uita? quum ex illo tempore hebescant sensus, membra torqueantur, risus emoriatur, auditus langueat, gressus titubent, lingua balbutiat: ac ita denique omnia perturbentur, ut probe dicatur de senibus a propheta. Amplius eorum labor & Psal.89
dolor. Recte id quidem Dauid de tædio senectutis, at non minus recte de miseria, & breuitate uitæ sensit, quum alibi dicat. Homo uanitati similis factus est: dies eius sicut umbra pertranseunt. Et quid nam est Psal.143
aliud totius humanæ uitæ spacium, & si in ultimam usque senectam perueniat, quam dies unus? & ut est in prouerbio Ephemeri uita? quæ scilicet est de mane in uesperam. Esse enim Hypanium fluuium apud Cimerium Bosphorum sub solstitio Aristoteles memorat: qui fert uelut folliculos acinis maiusculos, uel similes: ex quibus quadrupedes quædam uolucres erumpunt, ephemeron nomine, quæ in pomeridianum tempus usque uolant: declinante uero sole macrescunt, languentque, & mox illo occidente una occidunt, uita non ultra diem producta. Haud secus

nobis accidit, qui quantumcunque diu uixerimus, non uidemur uixisse integrum diem, comparatione perennitatis, quam natura, quia perenni mente sumus, perenniter exoptamus. De hac breuitate gemens propheta dicebat.
Esa.88. De mane usque ad uesperam finies me. Et alibi Dies (in-
Iob.7. quit) mei uelocius transierunt, quàm à texente tela succiditur. Sed & Euripides poeta egregius dixit uitam mortalium esse dieculam. At Phalereus Demetrius quasi nimium esset appellare hanc uitam dieculam, eam punctũ temporis appellauit. Veniet ergo cito (uæh improbis, et impudicis) horrenda illa, atque ineuitabilis mortis hora: qua circunrugient aduersarii nostri dęmones, tanquam ferocientes leones, & ceu atra in nebula rapaces lupi, ut dilanient, & siccis, ac famescentibus faucibus in momento diglutiant peccatores. Veniet cito: ueniet inquam cito hora (uæh malis, & imparatis) quum circunspicias miser, nec erit, qui præstet auxilium: acclamabis, & nemo exaudiet. Supra te cœlum apparebit æneum, & inaccessibile, & impenetrabile: ante in conspectu tuo dehiscet abyssus: patebitque teterrimum chaos, quo pręceps, quasi lapis, deuoluaris in profundum. Attende miser homo hoc quod nunc tibi tam dulce sapit, post breue tempus quàm amarum tibi exitum paret: quando amissis uoluptatibus omnibus, sola gehenna illa infernalis tibi erit reliqua, in qua perpetuo sine spe misericordiæ cruciaberis. Nulla tunc sanè spes erit amplius, nullum profugium sic comprehenso: sed extinctis, ac dissipatis penitus, cogitationibus, aliis sensus ibi tantum doloris, & unica desperatio remanebit: te scilicet ex illis tantis suppliciis nunquam amplius emersurum. Tempus est ergo ut malis tantis præuisis, & cognita breuitate uitæ huius, & intellecta incertitudine mortis, paremus nos ad illam æternam uitã, quæ nihil habet incerti, & spretis omnibus libidinibus enitamur uirili nostra, ut uitæ huius fabula rite peracta, lætos angelorum plausus capiamus: & in cœlesti illa

Hierusalem fruamur perenniter summo illo, & in exsti-mabili bono: quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. 1.Cor.2.

De meditanda Christi passione. Cap. LIII.

ERit præterea nobis aduersus libidinem, nouissi-mum ferè ordine, sed re ipsa certe primum, atque præcipuum remedium, assidua meditatio passio-nis Christi: & frequens humilisq; recursus ad salutiferũ, & triumphale dominicæ crucis uexillum: nõ tam ut cru cis imaginem effingamus, pluries nobis frontem, os, pe-ctus, corpusq; signantes (quod nequaquam improba-mus) quàm ut assidua cogitatione, & memoria passio-nis domini, figuram quodammodo eius, ac formã Cru-cifixi Iesu animæ nostræ ea impressione figamus, quæ nullis possit turbationibus amplius aboleri: & ut assidue eius sacrosancta mysteria taciti nobiscũ toto corde me ditemur: ac supplicia flebiliter recolamus: quæ in ea pas-sus est pius, & innocentissimus Iesus: ut nece sua acer-bissima, nos à damnatione mortis eriperet, ac redimeret à seruitute peccati. Tali nanq; meditatione probe duci-mur ad diuinum amorem: & uagos, & immoderatos affectus nostros configimus eidem cruci cum Christo, sicut & Paulus, qui dicit. Mihi mũdus crucifixus ẽ, & ego mundo. Quis est enim tam præcipiti, atq; æstuanti libi-dinis furore correptus, aut tã fœdo amoris ardore suc-census, qui rememorans pie secum acerbissima Christi uulnera, non tepescat: & in eo præcioso sanguine nõ spe ret sordes peccatorum suorum posse lauari. Ecquis nam quæso nostrum grauaretur tantula uoluptate priuari, si amabiliter, & ex corde cogitaret, quomodo ipse inno-centissimus dominus tot tãtosq; cruciatus pro salute no stra non recusauerit ferre? atque secum itidem uolutaret, quomodo ultro sese pro nobis immanissimo obtulerit Gal.6.

impiæ necis supplicio? Vnde D. Augustinus. Si passio in quit saluatoris ad memoriam reducatur,nihil tam durũ est,quod non æquo animo toleretur. Itaq; dum titillat desiderium uoluptatis,& urgent libidinosæ rei stimuli, e regione succurrat tuus tibi Iesus, pro te captus, derisus, flagris uerberatus,spinis confossus clauis uulneratus, & deniq; crudeliter crucifixus,& mortuus. Hunc eia nos de cruce tollamus,& cordi affigamus nostro: hunc ore sinu,hunc manibus,oculis,hunc deniq; mente iugiter te neamus:& id quod aperuit nobis Longinus latus, inter nus: ubi tuto stare possimus,& ab omni incursu tenta- tionum,& ab omni impugnatione libidinis securi dege- re ualemus.Ecce extendit in morte brachia,ut nos am- plectatur:caput iclinat,ut nos osculetur:clamat de cruce, ut ad miserendum nos flectat:confixos tenet pedes, ut ad ueniam exposcendam,& pœnitentiam agẽdam nos expectat.O magna,& inæstimabilis benignitas saluato- ris nostri Dei:q̃ p̃ nuncios,p̃ signa,p̃ literas,per seipsum tã dulciter nos inuitat.Cur ergo inuitati tã amanter, & expectati tam costanter negligimus, & procrastinamur? Quid alias delitias amamus? Quid causas nectimus? Quid differimus?quid cessamus trepidi confugere, ad amplexus, & intra brachia inuitantis amicis,fratris, do- mini,& seruatoris nostri Dei ut ibi tuti & salui perpetuo maneamus.Audi quid nobis inclamat de cruce pius do
Matt. 11 minus. Venite,inquit,ad me omnes,qui laboratis,&one rati estis,& ego reficiam uos.Id est, uenite qui hactenus a me absfuistis,deliciis,& uanitatibus obligati: quiq; tan topere laborastis in acquirendis opibus, in addiscendis sæcularibus scientiis,in perficiendis turpibus desyderiis: sensibus, & cupiditatibus,ac libidinibus turpiter seruien tes. Et ego reficiam uos torrente uoluptatis meæ: de- di enim uobis dolens requiem laborum,& refrigerium dolorum: & in cruce moriens acquisiui uobis uitam sempiternam. Hac profecto meditatione quicunque

non mouetur non proficit, saxeus plane est, ac ferreus, & totius prorsus humanitatis immunis, & expers. At qui secum diuina suffultus gratia talia, frequenter, pie, & fideliter meditabitur, discet is abnegare plane semetipsum & reiectis turpibus desyderiis crucem portare post Iesum, & ad illius pedes lachrymas spargere, ut unà cũ Magdalena possit, & ipse suis peccatis ueniam impetrare. Quicunque enim dulcissimo Iesu Christi amore flagrabit impuro mulieris amore minime capietur. Ecquid nã prodesse potest cuiquam castitas? nisi, uel quota parte in amore respondeat, ei qui nos tantopere dilexit, ut quum posset non mori, seipsum ultro obtulerit neci pro nobis? Superare quidem ardorem libidinis possunt plerunque & mali: dum aut metu, aut pudore, aut alicuius incommodi gratia sese continent: at uero nihil in ea re tam curare, quam Christi honorem: & pro eius tantum amore se continere a uoluptatibus, id solum est eorum, qui boni sunt, & qui Christum omni affectu, & intima dilectione sequuntur: & toto corde, & omnibus uiribus Deum amant, rite fideliterque colentes.

Nunquam fidendum esse in certamine castitatis & omnem occasionem libidinis tollendam. Cap. LIIII.

ID tandem (ne curiosus interim de singulis pertractemus) in uniuersum moneam: ut nulla prorsus cauendi dimittatur occasio: & ut omnis tollatur opportunitas peccandi, etiam si minima esse uideatur. Nihil.n. tuto in hoste despicitur: quoniam fieri cõsueuit, ut euadat ille, contemptu, & negligentia nostra superior: Martem propterea semper incertũ. & dubiũ euentum belli uulgo dicimus: nam constat iam spoliantem & exultantẽ uictorẽ sæpius euerti, percelliq; ab abiecto.

Facilior est planè cautio, ubi apparet manifesta formido: & ubi hostis aperta oppugnatiōe grassatur, quàm quum lateat apparatus, & contemnentes nihil uereamur aduersi. Tutissimū propterea fertur exercitui iter esse, quod idem est suspectissimum: quoniam metus præstat ut nihil temere fiat, quod dolo aliquo improuiso posit intercipi: securitas autem, dum nihil timetur, præcipitat incautos sæpe in insidias. Per Syrtes, ac inter Scyllam, & Charybdim, nobis enauigandum est: & iccirco palinuria usquequaq; peritia necessaria. Quinetiam ubi tranquilla, & tuta uidentur, ibi multo magis cauere oportet, ne forte obrepens prænimia securitate somnus, ut olim palinurum, ita & nos in ipsa trāquillitate deiiciat. De quo egregius poeta.

O nimium cœlo, & pelago confise sereno.
Nudus in ignota Palinure iacebis harena.

Amanda quidem multum trāquillitas est: sed multo magis timenda repentina procella nam sicut illa potest oblectare uigilantem, sic ista facile potest obruere dormientem, quum soleat euenire, ut quem alias cautus metus in tempestate seruauerit: hunc nimia securitas in tranquillitate deiecerit: & qui borea furente constiterat, blandiente aura submergatur. Summopere ergo cauendum est nobis etiam in qualibet ætate, & in quouis loco: & quocūque nomine, aut honore censemur: ne subitus turbo, aut improuisa tempestas nos imparatos offendat: neue qui modo quasi portum tenentes lætum celeuma, canebamus, subito mutatis uentis, & turbata maris facie, nimbosis pereamus procellis. Vita quippe nostra est sicut nauis, quæ in medio pelago assidue, & uentis, & fluctibus agitatur: & propterea nunquam adeo tuta, & firma credenda tranquillitas est, ut peruigili gubernatoris cura non egeat: nam sæpe accidit, ut nauis quæ multis antea in periculis seruata est, ac centies tuto mare pertrāsiit, uno denique procellæ furentis impulsu, uel prope portum,

uel iuxta littus frangatur. Nusquam igitur sibi quisquam confidat, uel quod prouecta iam sit ætate, uel quod aliquandiu suos ita affectus domuerit, ut sibi iam parere uideantur. Audiamus quæso quid de hoc assiduo ac naturali concupiscentiæ impulsu dicat Augustinus in his, quæ contra Iulianum hæreticum elegantissime scripserat. Nescio (inquit) quomodo etiam castæ animæ in turpes labuntur assensus, quæ si imputaret altissimus, quis uiueret castus? Hoc ergo malum cur non extirpatur de continentium carne sanctorum. Cur non totum opere mentis aufertur? & reliqua. Deinde subdit. Sed quia in ista humana miseria peior hostis est cauenda superbia, ideo nimirum non penitus extinguitur in carne continentium sanctorū ista concupiscentia, ut dum pugnatur aduersus eam, periculorum suorum animus admoneatur, ne securus infletur, donec humana fragilitas ad tantam perfectionē perueniat sanctitatis, ubi nulla putredo lasciuię, nullus tumor superbiæ formidetur. Hactenus ille. Nunquā ergo euenturum speres, ut bona fide obtemperet caro spiritui: aut appetitus rationi. Nam sicut tigrides, atque leones: et eiusmodi feræ belluæ, & si cicures usu fiant, hominem tamē semper infensum habent: ita pariter caro ipsa spiritum semper habet inimicum: et licet hæc quidem contubernio hominum uideātur interdum remittere furorem, nunquam tamen ingenitam exuunt feritatem: quin, quū minime expectaueris, exaspetatæ re quapiam, ad ingenium redeant suum. Idem etiam formidandum est de affectibus carnis sensui semp. & spiritui rebellibus, & infestis. Quidnam quæso truculentius, atque imperiosius in nomine, quam propria concupiscentia, & libido? Quid fallacius uoluptate? Quid insidiosius uenere? Quid uero econuerso carne ipsa ad resistendum fragilius? Quid iactura animæ grauius, si euenerit, ut uincamur? Quid æterna fœlicitate præciosius, pro qua certamus? Circūlustrandum est ergo undique in tanto discrimine diligēter Lib.4.c.2.

& rimanda longe, lateque omnia, ante, & post, intus forisque superne, & inferne dextra leuaq;, si quid sit, quod obsistere, & quod obesse possit: atque ueluti in instructa acie, adhibere omnes machinas, strictisque semper astare mucronibus, & tam in induciarum tẽpore, quàm bellorum, uicinitatem, ac reconciliationem hostis semper habere suspectam, atque quadrato agmine incedere perinde atque si ab omni parte hostilis impetus formidaretur. Nunquam enim imperator egregius ita paci credit, ut de bello interim non cogitet, & paratus non semper existat. Cæterum nullus apparatus, nulla arma, aut præsidia potiora sunt in eiusmodi certamine, quàm timor, & fuga, cum sapientia. In aliis præliis dedecori est timere, aut fugere hostẽ, at in hoc summa gloria est existimanda: quando sic timentes opportuna fuga fœminea blandimenta superamus. Sic enim scriptum est. Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit, & confi-
Pro. 14 dit. Et Apostolus. Fugite, inquit, fornicationem. Quibus
1. Cor. 6 uerbis docet huiusmodi tentationem fuga potissimum superari.

Quando tutum se possit homo existimare à concupiscentia carnali. Cap. LV.

Securitatis autem à periculo concupiscentiæ carnalis, & ueræ, puræque castitatis, inditium, ex facundissimi Cassiani assertione, id erit tandem: quum eousq; profecerit quis instabili proposito castitatis, ut nulla etiã libidinis imago, nec quidem per somnium, quiescenti occurrat amplius: & per uigiliã nullus concupiscentiæ motus titillet: mensq; ab omnibus carnis illecebris libera sit ac prorsus ab omni desiderio, ac cogitatione ueneris aliena. Nam licet ad plenam peccati noxam talis cõmotio non imputetur: tamen quum adhuc per fallaces imagines, aut per insurgentes motus, nos interpellat, tẽtatio,

aut sentitur in membris aliqua illusio, erit id argumentū firmissimum adhuc nos in lubrico titubare libidinis, & nondum expurgatæ mentis: & ad purum excocti uitii certissima coniectura. Nam sicut equi iam mansuefacti, & domiti, etiam si nullæ premant habenæ sua sponte recta pergunt: sic & affectus carnis, si iampridem consuetudine. & studio domiti, assueuerint parere rationi, & obtemperare spiritui: neque in somnis, neque in uigilia quicquam tentant obscœni, ut de Ioanne Battista, & Ieremia legitur qui zona præcinctos semper habuisse lūbos dicūtur: per quod declaratur partem illam corporis apud huiusmodi uiros adeo emortuam fuisse, ut neque uel leuis motus, uel aliud quicquā repugnās in lumbis eorum extitisse credatur: sed pura & syncera castitas. O fœlices ergo, & uere cœlestes, quibus adhuc in carne uiuētibus, sic sibi caro præmortua ac domita sit: ut nullum eis negocium ulterius exhibeat certaminis perinde atq; si iam mortui sint mundo, & uoluptatibus, ut iam tuto ualeant de se polliceri, id, quod Paphnutius eremita, miræ castitatis gratia pstans quum sibi proponeretur uehementer dicitur expauisse. Nā quum is multis precibus, obnixeq; cōtenderet, ut Deus sibi reuelaret, qn tutū deniq; posset, se à periculo fornicationis, & à tentatione carnis sperare, superne tandem ei reuelatum fuit: ꝙ quū amplecti nudam ac formosam puellā tuto poterit, nec ullo motu carnis turbari: tūc demū scire, id fore securæ castitatis indicium. Cognouit hoc responso Paphnutius nūq̄ uere tutū se esse posse, & pterritus tali experimēto, destitit qcq̄ deinceps curiosus flagitare. Qu'snā experiri eo piculo castitatē nō expauescat? uel si Ioānis Baptistæ merita iā æquasset? quū uix iueniat, q amota oī occasiōe cōtinere sese possit, nedū eo cōplexu stare imotus: atq; imperturbatū ab ardore libidinis retinere cōsensū. Nū qd uero tāta possit cuiq̄ mortaliū cōtingere in hac uita perfectio, ut id ualeat sine castitatis detrimento experiri,

neq; satis scio, neq; si scirem, facile dixerim: Tanta tamen est humana fragilitas, ac procliuitas naturæ ipsius hominis ad uenerem: ut credam non nisi flagitiose posse quemquam eiusmodi periculum facere, atque non nisi temere id, aut de se, aut de alio polliceri. Quin nec expedit fortasse talem fiduciam quempiam habere posse: nam neq;
1.Cor. 12 Paulus quidem uas electiõis, post etiam cœlestes uisiones, destitit stimulo carnis affligi: nec etiam quum oraret dominum, ut à se auferretur talis perturbatio, unquam potuit impetrare. Illud tamen meruit uerbum audire de cœlo diuina uoce prolatũ. Sufficit tibi Paule gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Legimus tamen Serenum quempiam ex illis antiquis patribus, qui eremum incolebant, assiduis uigiliis, ieiuniis, & precationibus impetrasse tandem, ut nullo libidinis aculeo quateretur. Equitio itidem abbati legitur ex eodem dono Dei omnis motus genitalium perpetuo ademptus fuisse. Ex recentioribus unus est nobis Thomas Aquinas: qui & ipse ardentissimis precibus est consecutus, ut angelorum ministerio perfractis lumbis inuisibiliter castraretur. Impetrauerunt hi quidem præcipuo, ac singulari priuilegio: ut extincto prorsus ardore libidinis, nullũ in se, nec simplicem quidem, ac naturalem carnis motum qui etiam in paruulis, & lactentibus quandoq; excitatur, ipsi amplius sentirent. Rara auis (ut aiunt) et raris hominibus uisa. Securus, ac beatus tunc is in puppi sedeat, anchoris (ut dicitur) munitus duabus: quisquis est, si quis est, qui ad eam tranquillitatem peruenerit, ut carnis pruritum, uel libidinis æstum nullum in se prorsus sentiat. Caueat tamen, quicunq; sit ille, ne forte priuilegio talis integritatis, & insolentia tanti muneris extollatur. Tam rarum enim tamq; præcipuum Dei donum cum maxima humilitate habendum est: atq; cum gratiarum actione seruandũ: ne quis forte quum uitium libidinis fugisse se gaudeat, in uitium superbiæ, quod fortasse grauius erit impingat,

De calcaria (ut aiunt) in carbonariam. Laudabilis quidē castitas: sed magis necessaria humilitas: illa suadetur: ista etiam imperatur: ad illam inuitamur ex consilio: ad hanc Matt. 19
cogimur ex pręcepto: De illa scriptum est: Qui potest Idem. 18.
capere capiat: de ista. Nisi efficiamini, sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Quanto studio, ac labore, a plærisq; sanctorum castitas sit seruata. Cap. LVI.

AD eam uero continentiæ firmitatem, de qua nūc dicimus, nondum peruenerat Vrsinus ille presbyter continentissimus: cuius meminit D. Gregorius, qui post continuatam per quadraginta annos cōtinentiam, dum ageret animā, neq; sentiret iam seipsum, mulieris persensit attactum. Nam cum uxor ab eo iam diu religionis causa separata ad illum morientem ne ei in ultimo illo pietatis officio deesset, piamente accurrisset, atq; eundem licenter ex antiqua consuetudine attigisset, seq; adesse, & uoce & tactu significasset: ille continuo ad eius uocem exterritus, eleuans moribundos oculos, collecto debili spiritu, ut potuit, prorupit in hāc uocem. Recede mulier hinc, tolle paleam, ad huc igniculus uiuit. I modo tu qui es incolumis, & iuuenis confide prӕteritæ continentiæ: quum sanctum uirum penè mortuū, & carnis stimulos sensisse, & fœmineum attactum tantopere uideas expauisse. Hilarion abbas, cibi, ac potus supra naturam hominis abstinentissimus, pruritu & ipse carnis aliquando uexatus, pugnis pectus uerberans, malas cupidines (quando aliter melius nequiret) manuum contusionibus, atq; uerberibus, excutiebat e pectore: indeq; ipse sibi ualde iratus, ita minabundus semetipsum consueuerat increpare. Ego te aselle faciam, ut non calcitres: non hordeo te alam, sed paleis: fame te, & siti conficiam: graui onerabo te pondere: per æstus tę agitabo,

& frigora: quatenus cibum potius, quàm lasciuiam cogites. Franciscum quoq; uirum sanctissimum, eiusmodi quãdoq; incensum flammis, uolutasse sese niuibus nuda corpore accepimus, ut eo gelu ardorẽ carnis extingueret, & repugnantem sibi concupiscentiam eo remedio coerceret. Acris quidem ac pene atrox Francisci castigatio: at Paconii abbatis propemodum immanior, qui ad arcendum ueneris desiderium non gelu tantummodo norat corpus affligere, sed etiam dilacerare uulneribus: Nudis nanq; pedibus uepres calcabat: & corpus totum tribulis, aculeisq; spinarum fodicans sese affligebat: ut eo dolore obscœnæ libidinis stimulus mederetur. Itidem factitasse et Benedictum abbatem ferunt: qui ut uisæ aliquando fœminæ memoriam, et incestas cogitationes à se procul pelleret, nuda consueuerat ferire sentibus membra, et crebro rotatu, hirsutis secare corpus aculeis, ut eo remedio mentem ab aculeis aliis affectã, & sauciam liberaret. Bernardum et ipsum quoque abbatem, Euagriumq; presbyterum, alterum in lacum, alterum in puteum descendere solitos hibernis noctibus tradunt, ut carnis incendia gelascentium aquarum algoribus mitigarent.

Diui Hieronymi conatus ad custodiendam castitatem ex suis ipsius scriptis. Cap. LVII.

QVid etiam non fecit præstantissimus doctor noster Hieronymus, ne quando his laqueis caperetur: utque leuarer sese iis flammis posset. Hæc enim ipse de se eleganter, sed minime arroganter ait. Quod quanuis omnibus ferme notum sit, atque à pluribus rerum scriptoribus repetitum, tamen nec breuitatis studium ne rei repetendæ fastidium, potuit me retrahere & hac narratione ,, quæ magnum lectoribus fructum: & non minus huic nostræ scriptioni afferat orna

mentum. O quoties, inquit, in eremo constitutus, in illa uasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, putabā me Romanis interesse delicijs. Sedebam solus, quia amaritudine reple tus erā. Horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis situ ethiopissæ carnis obduxerat. quotidie lachrymæ, quotidie gemitus: & si quando repugnantem uigiliā somnus immines oppressisset nudæ humo ossa uix hærentia collidebam. De cibo uero, & potu taceo, quū etiam languentes monachi aqua frigida utantur: & coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego q ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnauerā: scorpionū tantū socius, & ferarū, sæpe choris intererā puellarum. Pallebāt ora ieiuniis, & mens desideriis æstuabat. in frigido corpe, & ante hoīem sicca iam carne pmortuū: sola libidinū incendia bulliebant. Itaq; oī auxilio destitutus ad Iesu iacebam pedes, eos rigabā lachrymis, crine tergebā: & repugnantē carnē hebdomadarū inedia subiugabam. Non erubesco cōfiteri infœlicitatis meæ miseriā: quin potius plango me non esse, quod fuerim. Memini me clamantē, diē crebro iunxisse cū nocte: nec prius à pectoris cessasse uerberibus, q̄ rediret domino imperante tranquillitas. Ipsam quoq; cellulā meā, quasi cogitationum mearū consciam pertimescebā, & mihimet iratus, & rigidus, solus deserta penetrabam. Et reliqua quæ ibidem ab eo elegantissime referuntur.

Cohortatio ad proterendam carnis petulantiam ex superioribus exemplis sanctorum. Cap. LVIII.

VIdete quæso q̄ parū sit, in ea re, fidendū humanis uiribus, quātoq; labore, et nixu obstādū, nec carnis obruamur procellis. Quis est hac nostra tēpestate, tā sanctus, tā constans, tā Deo charus, ut post tales, tātosq; uiros putet se tutū esse in his periculis, ac nō

trepidet etiam in uado:Fallitur sanè quicũq; discinctus, satur,oscitans:ac sub pallio(ut dicitur)manus tenens,sperat sese fatiscenti cymba,& aduersis aquilonibus, per furentes æstus tentationum euasto libidinis pelago fœliciter inportum tranquillitatis,atq; salutis intrare. Res sanè operosa est castitas:& hominis diligentis & circunspecti munus nõ ignaui,& ociosi. Quamobrem discamus tantorum uirorum exemplis, cautius, ac fortius carnis desyderiis reluctari:nec sinamus carnem ipsam, ut cicurem pecudem ire liberam:sed uti immitem feram coerceamus dura cauea:& sub uinculis castigationis strictã, & alligatam perpetuo teneamus.Cum ferocissima profecto bestia nobis res est:quæquum humana ratione domari non possit,impetrata desuper gratia,domanda est ferula,uigiliis,laboribus,& inedia.Quare abdicare nos oportet ab omni prorsus superfluitate,& luxu:& uoluptates ipsæ corporeæ si aliter euelli melius nequeant,cũ ipso etiam corde(ut dicit Seneca)conuellendæ sunt: ne deterius nobis aliquid contingat:Imitandus nobis ĩ eo est castor:qui se(ut satyricus ait)Eunuchum ipse facit,cupiens euadere damno Testiculi:usq; adeo medicatum intelligit inguem.Hoc nam remedio uti castora syluestre animal perhibent in extremo uitæ discrimine:q̃ quũ ob præcium genitalium sentiat se a uenatoribus impeti,nec aliter moliri fugam possit,ne quota pars toti corpori pernitiem afferat,amputat sibi mordicus uirilia,humiq; relinquit:ut uenatorum manus quando integer nequit,sic saltem mutilatus euadat.Haud multo secius faciundum nobis est,ne seruitutem seruiamus perpetuã: sæuamq; patiamur tyrannidem insequentium uoluptatum:quæ ad perdendos nos quærunt. Verum ad id p̃standum,neq; morsu,neq; ferro, neq; ullo uulnere nobis est opus:sed Dei in primis gratia,quæ deesse nõ potest,& subinde desyderio,& uoluntate perpetuo continendi.Quamobrem castrandi nobis sunt affectus libi-

dinis

dinis introrsus: & non exteriores partes corporis cultro, alioue idoneo instrumento secandæ: sicut de Origene sapientissimo alioqui uiro, memoriæ proditum est: qui seipsum mutilauit non impatientia libidinis, ut quidā scri bunt, sed potius ad euitandam suspitionem, ut posset absq; infamiæ & nota, docēdi causa honestius inter mu lieres uersari. Quę quum multi deinceps in ea re, prę continentiæ amore temere sequerentur: in sacrosanctis cōciliis cautum fuit ne quis ultro semetipsum deinceps ulla ratione præcideret: alioqui, indignus sacerdotio, uti furiosus, & mentecaptus omnino haberetur. Siquidem interius mente castrari debent, non corpore, qui deo pla cere desyderant: quum nihil opus sit uirum castum præ cidi gladio carnificis: sed studio, & amore, & firmo pro posito castitatis. Quod si quis forte diffidat posse serua re castitatem, quum legat tales, tantosq; uiros in ea re tā topere laborasse, sciat benignissimum esse Deum & non permittere tentari quenq̄ supra uires: sed quo quisq; in firmior est, eo leuius oppugnatur: & quanto quisq; ua lidior, tanto etiam uehementius & acrius in tētationibus secum agitur. Minime itaq; desperanda uictoria est: mo do fortiter obluctari, ac obsistere hosti pro suis uiribus quisq; uelit. Sciendum tamen tandiu nobis esse pugnā dum, quandiu ab hostibus prouocemur, & quousq; ui ctoriam consequamur, & triumphum. Verum interim si quis forte ceciderit, non est, q̄ unquam uel sic lapsus de speret, immo ut protinus exurgat, ac incipiat denuo ob luctari, & maiori, atq; fortiori conatu carni resistere. Nā & uicti bella, & naufragi maria repetimus. Euenire &.n. sæpe solet, ut qui aliquando uictus sit, postmodum reas sumptis uiribus uictor euadat: & qui trahebatur capti uus euehatur postea triumphator. Sed q̄to magis dolen dum super nonnullis, qui usq; adeo consuetudine pec candi facti sunt impudentes, ut non modo nō agnoscāt flagitium suum: uerum spretis salutaribus monitis, ultro in dies absq; rubore ferantur ad omnem libidinem pro

niores. Nihil ꝑfecto magis reddit hominẽ impudentẽ q̃ cõsuetudo peccandi. Nã ex cõsuetudine praua suscipit humana mens habitũ quendã licentiamq; peccãdi, ut quum hõ ẽt grauissime peccet, peccare se nesciat, aut potius nõ aduertat: sicut ille, q assidua, atq; inueterata febre corripitur: nã q̃uis ea in uenis, & in medullis insederit, tñ se febricitare nõ sentit: & quũ cęteri eũ cõsumi acri lue cõspiciant, solus ipse q sustinet, præ lõgo usu morbũ suũ discernere nescit. Quod genus morbi est sane pessimum, nullis fere præceptis, nullis monitis, aut medellis curandum. Raro enim uel nunq̃ eiuscemodi homines ab errore suo resipiscere possunt: quũ uitium non agnoscant suum: atq; cũcta sibi ex sua libidine indulgeant, nullius sese consilio aut curationi credentes.

Pudicitiam omni ætati, atq; ordini esse præcipuo ornamento. Cap. LIX.

PRæterea ad hanc uirtutẽ castitatis amplexãdam, nõ tñ nos religionis metus astringere debet: sed ẽt institutio uitæ, & fortunæ, & ætatis, & ordinis, & sexus ratio suadere, & cohortari. Et. n. si fueris iuuenis, cogitandũ est tibi, pudorẽ castũ, & florẽ immaculatũ tali æuo esse pulcherrimũ. Laudatur. n. in sacris literis, q potuit transgredi, & nõ est trãsgressus, & facere mala, & nõ fecit. Si uero uergis iam in seniũ, cogita nihil esse fœdius senili libidine. Nullo qdem nõ uitæ tpe effluere luxuria turpe est: at in senectute fœdissimum. Si sacerdos es, & Christi mysteriis mãcipatus, meditare omnem tibi libidinis sordẽ interdici, ut impollutus, & absq; macula Deo assistas: purusq;, & incõtaminatus deseruias. Si coniugatus es, tecũ uelim corde uolutes, q̃ inhonestã, & improbã rẽ agas: si una nõ cõtentus uxore, matrimonii pudicitiã uioles. Si uero solutus inique atque cogita q̃ peruerse facias, reiecto cõiugio, qđ adire licite possis, meretriciis sordibus, contra ius fasq; turpiter ingnari. Si diues fueris cõsidera, q̃ magno tibi esse posset decori, si fama cõtinentiæ diuitiarum quoq; accesserit cumulo. Si paup

Eccle. 31.

es,cōplectere aio,q̄ magno sit tibi dedecori futurum, si pauptatis incōmodis,ēt impudicitiæ sordes adieceris. Si formosus es,disce aīum q̄tūuis candidū,& purum in fici solere libidine:atq; eodē mō corpus quātūlibet speciosum luxu,ac uenere,reddi turpissimū.Si uero deformis fueris,scito te multo ēt deformiorē effici incōtinentia.Si uir sis,animaduertas nihil esse effeminatius hoīe libidinoso.Si fœmina scire debes nihil magis decere mulierē,q̄ pudicitiā.Sed qm̄ de fœminis facta est hic tēpestiua mentio,& iā ad opis finē appropinquamus,eas ipsas admonitas esse uelim,ne requirant a me sibi seorsum ꝗ̄ uiris cōtinentiæ p̄cepta ꝓponi:qm̄ par ratio est,& uirilis,& muliebris cōtinentiæ:nec alia certe disciplina fœminis opus est,q̄ ea,qua hactenus instruximus uiros.Eadē sane censetur natura,et si mulieres habeantur magis molles,& uiri magis impudentes.Sed iā uoluminis modus admonet,ut ad finē maturemus : satis esse arbitror dictū hactenus de castitate.Verū anteq̄ imponamus extremā his cœptis manū,paucula q̄dā pri⁹de pœnitētia, quasi colophonē(ut aiūt)breuiter addēda cēsui.Hoc est enimultimū remediū lapsis ut q p fragilitatem cecidit in pctm̄,mox p pœnitētiā instauret̄ ad gratiā,et pseueret postmodū reasūptis uiribus in firmo ꝓposito cōtinētiæ.

Necessariam esse pœnitentiam pro impetranda uenia peccatorum. Cap. LX.

POenitentia(ut eloquenter tradit lactātius)nō minimū locū īter uirtutes hēt.Vt.n.magnæ fragilitatis est cadere:ita magnæ est fortitudinis surgere: nec minoris fortassis q̄ stare.Nā reuocare gradū, superasq; euadere ad auras,Hoc opus,hic labor est. ut ait poeta Nō paꝝ negocii est,ut aliqs ab iniqua cōsuetudine se ita reuocet,ut in uiā possit redire uirtutis.Facilius quidē est (D.Ambrosio auctore)inueniri,qui recte seruauerint innocentiam,quam qui congrue ægerint pœnitentiam. Hæc est enim(modo tempestiue adeatur)medicina uulnerum:naufragii tabula:profugium, portusq; salutis.

Tolle hanc de mundo,ſuperne ſimul aditum uitæ mor talibus prorſus tollis.Ecquis eſt modo tam probus, tá iuſtus, ut ei non ſit aliquando pœnitentia neceſſaria?
Prouer.20 Scriptum eſt enim.Quis poteſt dicere mũdum eſt cor
1.Ioan.1. meum,& purus ſum a peccato?Quin etiam,iuxta illam apoſtoli Ioannis ſententiam,ſi dixerimus quoniam pec catum non habemus,ipſi nos ſeducimus : & ueritas in nobis non eſt. Iccirco indulgentisſimus pater noſter Deus miſeratus humanam imbecillitatem,aperuit pec cantibus nobis pœnitentiæ aſylum:quo quiſq; delictorũ ſuorum pœnitens,tanq̃ ad ſacram aram confugere tu to posſit:unde abripi nequeat,quoaduſq; uelit in eo re ſipiſcendi propoſito perdurare:& donec ex diuina miſe ricordia ad cœleſtem patriam perducatur.Hęc eſt enim illa ſacra anchora,quæ in maxima tempeſtate, et in ulti mis periculis ſolet deiici:et quæ ſola in dubiis rebus ſer uare nos poteſt.Equidem multos noui, plures q; etiam legi:nõ ex eis modo,qui guſtaſſent primoribus(ut aiũt) labris hoc reprobum uitæ genus,ſed ex iis etiam, qui p omnes immundicias totos ſeſe fœdisſimis quibuſq; uo luptatibus dediſſent,emerſiſſe aliquando per pœniten tiam,& ad frugem optimam rediiſſe : ut iam numero, choroq; inſcripti habeantur ſanctorum.Securus ſane eſt ueniæ quiſquis deliquit:modo conſiliũ non reſpuat pœ nitentiæ.Verum donec manet quis in hac flãma, ac for nace libidinum,difficilis,grauisq; uidetur reſipiſcentia:ẽt ſi mille prouocetur,atq; inuitetur exemplis. At ſi quãdo cœperit & ipſe dolere de peccatis, ac paulatim ad me liora referre pedem ſentiet flammam illam, quæ tã ue hemens prius apparuerat protinus diuini cuiuſdam ro ris frigore temperari & ardorẽ in refrigeriũ commutari. Eſt.n.ea uis pœnitentiæ,ut posſit uitæ conditiones mu tare,& ſicut nitrum,defricatis ſordibus purificare animã, & ad cãdorẽ priſtinũ reſtituere.Tantum cauendum eſt, ut nullatenus pectus tuum ſubeat ullo tempore impetrã dæ ueniæ deſperatio:quæ ſi tuo inſederit quandoq; ani

mo, in extremum te deducet æternæ damnationis discri men obstruens misero tibi omnes aditus conuersionis.

De maxima Dei benignitate & clementia ad parcendum peccatoribus. Cap. LXI.

VAlde profecto mirum est, tantam diffidentiã promerendæ ueniç accidere cuiquã posse, ut unquã uel de sua emẽdatione omnino desperet, uel de diuina clementia, & benignitate ullo pacto diffidat: quũ omnia possibilia sint credenti: dicatq; ipse dominus. Discite quid est. Misericordiam uolo, & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitẽtiam. Atq; idem ipse alibi asseuerat, maius esse gaudium super uno peccatore pœnitentiam agente, quã supra nonaginta nouem iustos, qui non indigent pœnitentia. Et. n. non tam proprium est Dei ulcisci, quã parcere: nec tam pronum irasci, & exprobrare nobis, quæ fecimus, quã misereri, & ignoscere, quod peccauimus. Cognouit dominus inquit prophera figmentum nostrum, & recordatus est, quoniã puluis sumus, & ideo miseretur nostri. Non ne ouis illa deperdita in deserto quæritur nonaginta nouẽ relictis: atq; inuenta demum pastoris humeris ad caulas cum gaudio reportatur? Non ne & dragma illa abscondita, ubi inuenta est, cum plausu, & exultatione uicinorũ tutiori loco reponitur? Quid est, quod quisquã pœnitẽtiæ tarditati diffidat: aut commissorum ueniam ullo modo desperet: quum plane liqueat ex parabola redemptoris nostri Dei, nihil differre inter eos fratres, quorum alter a patre recedens portionem suam consumpserat uiuendo luxuriose: alter uero semper cũ patre uixerat obsequiosus, & castus. Nam ubi ille conuersus ad patrem rediit, uenia statim impetrata, & stola, & anulo donatur: & receptus in partem hæreditatis, & æquatus alteri paternis rursum opibus fruitur. Et. n. sicut nihil prodest male uiuẽti ante actæ uitæ probitas: sic nihil obest pie, pudiceq; uiuenti impudicitia præterita: quũ superueniens iustitia omnem prorsus labem uitæ prioris absterserit. Quid non

Matth. 9.
Lucæ. 15.
Lucæ. 15.
Psal. 102.
Ibidem
Ibidem

Quid.n.tentādū atq; expiendū nō est collapso,et iacēti in libidinibus fœdis,ut opportune ad mūdiciē et ualetu dinē pristinā reducatur? A piēda sunt expiatoribus ulce ra cūcta mortalia,eorūq; parēdū cōsiliis,nunq̄ cessandū à remediis,nunq̄ desperandū de salute. Nullū nāq; crimē tā graue est,qd̄ p pœnitētiā in sacrosancti effusione sanguinis Christi nō expietur. Audēdū est tantūmodo nobis,et aīs pmptis expiationis huius sacramēta sancto ritu p agenda:et q̄si cōcitatis iusta q̄dā ira,in deceptricem uoluptatē ueneris insurgēdū:sicut facere solent audaces gladiatores:q ubi uulnerati sunt uiso cruore, nō mō nō pterresiunt,uerū multo acrius in hostes insultant. Quid est q̄so q̄ q̄sq̄ desp̄are debeat posse ueniā īpetrare peccatis,uiso Christi cruore p peccatis effuso:mō uelit pœniterere culparū:peccatūq;relinq̄re? Dauid adulterio ēt iunxit homicidiū,et in se reuersus obortis lachrymis dolens clamauit ad dn̄m,ut sui misereretur, et statim ueniā impetrauit. Magdalena post multos scortatores, obuoluta tādē Christi pedibus,flendo remissionē peccatorū, oraculo uiuæ uocis ab eo est cōsecuta:et effecta mox ex peccatrice hospita saluatoris. Nō est opus lōgo tpis spacio ad expiationem criminum resipiscere uolētibus. Latro ferme moriēs de cruce petiit,ut sui tm̄ recordaretur dn̄s,et meruit dulcissimū illud responsum. Hodie mecū eris in paradiso. Publicanus Matthæus è teloneo uocatꝰ statim Christi apostolus efficitur. Zachæus ad dn̄m conuersus,et male ablatorū restitutionē pollicens, ex tēplo meruit habere Christū hospitē,quē uidēdi studio paulo ante sycomorū non puduerat ascēdere. Petrus ter negauerat Christū,et peccati pœnitēs uenia impetrata factus est prīceps apostolorū. Paulus p̄seq̄batur Christianos,et a dn̄o correptus,ieiunās,et orans dignus fuit, ut uas electionis diceretur. Nō ne ex sanctis quoque martyribus plærosque una ferme hora , et conuersos,et sanctificatos legimus? Nullus itaque diffidat quorumcunque magnorum sibi conscius peccatorū. Si.n. quum inimici

[Margin notes: 2.Reg.11. — Lucæ.7. — Lucæ.23 — Marci.2. — Lucæ.19 — Mar.14 — Eiusdē.16 — Act.9]

essemus (ut dicit Apostolus) reconciliati sumus Deo per mortem filii eius: mul to magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius.

Roma.5.

De nimia cōfidētia ueniæ, & uitę lōgioris. Ca. LXII.

SEd missa faciamus hic exempla pœnitētium, quæ in hoc genere innumerabilia penè sunt: & attingamus, quod fortasfis magis necessarium est meminisse, multos etiam temere confidentes, differendo conuersionem fuisse ab repentina, & improuisa morte deceptos. Non enim pauciores confidentia ueniæ solet perdere, q̄ desperatio: utraq; tamen æque perniciosa est, atq; iccirco æque etiam fugienda. Profecto tam pereūt, qui uel nimium diuinæ clementiæ credunt, & procrastinatæ emendationi temere confidunt: quam qui uel ob diffidentiam ueniæ uel ob incertitudinem immortalitatis post obitū de salute desperant. Desperatio siquidē ueniæ aut incertitudo immortalitatis non permittit hominem lapsum ad spem supernæ uitæ resurgere: confidentia uero nimia etiam stantem propellit in barathrum dānationis æternæ. Indurat nimis illa: emollit nimis ista: graue utrinq; malum: ita ut nihil omnino intersit hac uel illa pereas: quando utraq; dispari ratione sed æquali exitio trahat hominem impœnitentem ad mortem. Sūma ergo prudentia est non differre emendationem ad extremum uitæ diem, sed uti præsentis temporis momento: & quantum possumus reiectis, ac ablegatis procul uitiis, & peccatis, parere dominicis præceptis: & agere tēpestiue pœnitentiam. Euenire etenim solet ut homo eo tempore, in grauescente morbo, & morte appropinquāte, tum primum grauitatem sui criminis sentiat: & ueniā, quam tantopere antea præsumpserat, diffisus emendationis tarditate ac uitæ breuitate desperet. Neq; n. quis potest in tantis angustiis corporis positus, pro arbitrio abiicere sensum doloris, & officiis rationis intendere, & animæ saluti uacare. Quotus quisq; est q̄so qui in morte resipiscat, aut memor sit sui. Ecquis nā salutis suæ curā

habere poterit?quē morbus distorquet, cruciatus opprimit, cōsciētia accusat, pœna terret, curæ domesticæ turbāt, atrox hostis exagitat: q qdē eo usq; hominē illo exitu molestat, ut eū nihil iā de aliis, parū de seipso, minus de Deo sinat interea cogitare. Quid mirū quū hac animaduersione puniri peccatorē dicat. D. Augustinus, ut qui uiuens oblitus est Dei, moriens quoq; obliuiscatur sui: Heu q̄ multis euenire quotidie uidemus, ut tunc sui maxime obliuiscantur, quum maxime opus sit sui meminisse. Haud tutū est planè, hominē hac spe uana uel potius pessima cōfidētia p tractū diutius cōmorari i peccatis qcq̄ temere ac sperare de uenia, credens ubi sibi libitū fuerit, exigui tēporis mora, & una pectoris percussione mox cōsequi peccatorū ueniā, & castimoniæ mercedē. At dicat fortasse quispiā: sum iuuenis, diu uiuā, faciā interim quod lubet, fruar uoluptatibus, agā postea in senectute pœnitentiā. Quid si dicat is, pcutiā me letaliter gladio, & medicū postmodū adhibebo uulneri, ut cōualescā? An nescis q; & si iuuenis es, mori tamē cito potes: si senex, nequis diu uiuere. Vitā adolescētibus (ut ait Cicero) uis aufert: senibus maturitas. Nihil si sapis, cōfidas huic mōstro, & humanæ trāquillitati: nā hoc mare i momēto turbatur, ut sæpe, qui nup læti in magna tranquillitate fœlicitatis nauigio luserant, mox mutata tēpestate appulsi ad mortis scopulos, ubi minime putarāt, miserrimū uitæ pariterq; salutis naufragiū patiantur. Quid opus hic peregrina, aut antiqua ex priscorum annalibus exēpla referre? Quotidie acerbas, ac repentinas mortes lugemus nostro℞: quotidie noui casus nouæ cædes, noua infortunia annūciātur. Quid agis miser? qd illecebra mundi deciperis? quid differs adire dominū, & tēpestiue in tā iminēti discrimine ueniā impetrare peccatis? Quid nā tātopere pereuntiū in momēto re℞ satagis cōtēnens æternas? Quid de die in diē procrastinaris? Quid illud tacitus tecū crocitas? cras hoc fiet: idē nāq; (mihi crede) crás fiet, quod fit hodie: uel cras fortasse nō eris: ut a te

quicquam possit amplius fieri ex his,quæ sperabas: & quæ tibi pollicebaris futura.Quidnam miser expectas? Scriptum est.n.Non tardas conuerti ad dñm,& ne differas de die in diem.Subito.n.ueniet ira illius,& in tẽpore uindictæ disperdet te:Porro qui nunc tibi se indulgẽtissimum patrẽ exhibet,mox inexorabilis iudex erit: & q̃ nũc omne debitũ poscenti donat:mox acerrime,& usq; ad quadrantẽ exiget à te uillicationis tuæ rõnẽ: idemq; qui antea uenit,ut seruaret peccatores:mox ueniet, ut iudicet,ut mactet,ut perdat.Quocirca aggrediamur incũctanter,& unanimiter oẽs uiam pœnitentiæ:& emigrantes cũ Loth sancto Sodomã relinquamus & nunq̃ retro conuersi,ad ea q̃ post terga fiũt respiciamus.Caue faxis, quod plærisq; multi factitant,ut de tẽpore in tẽpus,illud, uel illud expectando moreris:sic tecũ reputans.Vbi me his extricauero impedimẽtis,hæc p̃stabo:non uacat nũc mihi id agere,tot sollicitudinibus,curiisq; occupato.Vide quæso qd agas:nouæ semp occupationes exurgũt: spes spẽ excitat,metus metũ. Quid si mõ audias illud saluatoris nostri Dei:Stulte hac nocte morieris: & ea q̃ collegisti,cuius erũt?& de his,quæ tecũ cogitasti,qd fiet?

Eccle. 5.

Luce. 12.

Oportere hominẽ paratum semper esse ad mortẽ: & agere tẽpestiue pœnitentiã. Cap.LXIII.

AN ignoras hic in hac imbecillitate ac fragilitate humanæ cõditionis nihil certo p̃cedere ordine? nihil durare diu?nihil subsistere firmiter?sed perturbari,uexariq; ac dilabi & interire omnia? Quid de re alia rogo cogitãdũ eẽ putas melius q̃ de morte?Quidue est aliud præstolandũ?q̃ huius deniq; uitæ finis & in dies approperãs,& appropinquans occasus?Hoc est.n. solũ nobis qđ instat agendũ.Quare quicqd boni facere cogitas,nũc aggredere: nescis tu quidẽ qd uesper uehat:aut qd superuenturus afferat crastinus dies.Proinde simus semp accincti lũbos,& ad iter parati,ut quũ abire hinc oportuerit, intrepide statim transmigremus in patriam.Interim uero quicqd hic est rei partũ nobis, no

ut nostrum, sed tanq̃ hospitalis loci sarcinã spectemus: qñquidè nihil plus auferri inde cuiq̃ licet, q̃ huc intulerat. O quãta ergo demẽtia nostra est, inchoare hic longas, & uanas spes in tã breui summa uitæ huius: ac dicere intra sese: uiuã diu emã prædia ædificabo palatia, colligã diuitias laxabo horrea, summos gerã magistratus: uideboq; meã, meæq; domus splẽdorẽ, & gloriã: & tũc deniq̃ lassa, & effeta iã ætate in ociũ, & tranqllitatem me conferã, paratisq; fruar bonis. Ah qd cogitas stulte? Præceps est, & improuisum mortis uadimoniũ: nec differri ullo mõ põt: quũ uocaberis, eundũ est certe tibi: ut ad tremendũ tribunal iudicis Dei miser assistas: ubi uiuere illud Iob patientissimi uerbũ gemas. Oẽs cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquẽtes cor meũ. Caue ergo Iob. 17.
nisi prorsus insanias, ne qd tibi de futuro ꝓmittas, ne te fallat spes, aut opinio lõgiusculæ uitæ: aut iuuentus, aut ualetudo robusta. Anceps & incertũ profecto quicqd imminet, qcqd futurũ speratur: pñs tãtũmodo firmũ est: & id ꝓpriũ solũmõ, quo potimur nũc. Quare tene qđ habes, & dmitte incertũ, & q̃ tua nõ sunt, tua ne dicas, ꝓ tuis ne habeas. Nihil hic sane magis fallit nos oẽs mortales. q̃ spes diutius uiuendi: & ꝙ dũ qsq̃ ignorat spacia uitæ suæ, metã illã ꝓspiciat uitæ, ad quã, & si hõ natura põt ꝑuenire, eã tñ q̃ paucissimi attingũt. Longius (mihi crede) dies tuus abesse nõ põt, quũ ꝓpter innumeros, & incertos casus, q insidiãť ubiq; nobis: tũ ꝓpter augustissimã uitæ portionẽ q̃ ĩ momẽto ptrãsit, ut satis supq; diximus. Qui scis an subitanea & improuisa mors te rapiat? ut quotidie multos rapit: an immatura? qua maxima ps hominũ ꝑripitur. q̃ si te offendat imparatũ qd amplius tibi de salute sperandũ? Inferet sanè tibi mortẽ secundã: quæ erit desperationis, atq; ꝑditionis pœna sempiterna. Nimirũ Dei misericordia & ira (ut inquit Salomon) ab Eccle. 5.
illo cito proximant. Et pater eius Dauid. Misericors, inquit, dñs & iustus. Hæc.n. inter se iuncta sunt: ut neq; misericordia sit sine iudicio: neq; iudiciũ sine misericordia. Psal. 114.

Ante iudiciũ,misericordiæ officium uiget:at ubi ad iudicium uentũ est:fiet illud sine misericordia.Proinde iuxta cauendum est:ne confidentia misericordiæ nimiam securitatem nobis pariat:aut terror iudicii in impiam nos desperationem deducat.Itaq; si doles peccasse: & desistere proponis:audi.Misericors est.Si uero differs,& negligis conuersionem:audi.Iustus est.Sicut.n. misericordia suscipit,& absoluit pœnitentem: ita iustitia & reiicit segnem,& persequitur renitentem . Præpostera sanè est confidentia,quæ obiectat periculis animam:& præceps ac lubrica spes,quæ inter peccatorum fomenta temere sibi ueniam pollicetur.In summa ergo spes habēda est, sed repudianda confidentia:timenda iustitia,sed nunquã desperanda misericordia.Sicut.n.considerando latronis pœnitentiam,nemo debet desperare:sic etiam considerando exitium Iudæ,nemo debet confidere. Illum quidem spes diuinæ clementiæ perduxit ad gratiam:Hunc desperatio ueniæ traxit ad laqueum . At qui modo q̃to tutius est Dauid,Magdalenæ,Petri,Pauli,Zachei, aliorumq; pœnitentiam imitari,& peccatis ueniam impetrare dum licet:q̃ differre in extremũ,unde postea receptũ ad pœnitendum non habeas:& Iudæ similis impœnitens demũ apud inferos damneris suspendio sempiterno?Ad impetrandam uero Dei misericordiam nihil planè potentius est q̃ misericordia:ut & nos scilicet misereamur afflictis iuxta illud dominicũ uerbũ.Beati miseri-
Matth. 5. cordes,qm̃,& ipsi misericordiã consequentur. Quonã quo pacto promereri misericordiã poterit, qui misericors aliis & ipse non fuerit?Dicit.n.dominus . Qua mensura
Matth. 4. uos mensi fueritis aliis,eadem remetietur uobis.Quare agamus opportune pœnitentiam: & misericordiam nobismetipsis misericordia comparemus,nihil ulterius differentes,aut aliud expectãtes:ne forte ex illis efficiamur,
1.Cor. 12 de quibus dolens Apostolus ita conqueritur.Timeo(inquit)ne quum uenero,humiliet me Deus apud uos , & lugeam multos,qui peccauerunt,& non egerunt pœni-

tentiam super immūdiciā, & fornicationē, & impudicitiam, quam gesserunt. Ad quid nam differendū est conuersionis negocium in senectutem? quum non minus cōtumeliosa sit, q̄ periculosa emēdatio in senectute, & sero ad hoc æui usq; pertracta quādo etiā si uelis, peccare nō possis. Peruerse faciunt (ut dicit. D. Augustinus) homines, qui in rebus animæ sub spe misericordiæ remanent diutius in peccatis: quū tamē nemo in corporeis rebus, uelit sub spe futuræ salutis diutius ęgrotare. Cœca profecto spes est, & uana, ut speret quis toto uitæ spacio in profundo peccatorum iacere posse, & horę momento exurgere de profundo malorum, & expiari a peccatis: ut pie mori possit cum Christo. Peccati sane macula cito contrahitur, at non æque cito diluitur. In nassam (ut aiunt) facilis est ingressus, sed difficilis exitus. Et.n. qui talia agūt habendi sunt ex eorum numero, qui dicunt uerbum in spiritum sanctum: quibus, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro, ex sentētia domini, ulla sperāda est uenia peccatorum. Matth. 12.

Adhortatio ad accelerandam conuersionem, et ad impetrandam ueniam peccatis. Cap. LXIIII.

MVltum falleris et tota erras uia, quisquis es, qui differs tunc emendare mores, quū amplius peccare non poteris: uel in extremo tempore, quū iam iam necessario, uelis nolis, hinc abeundum tibi fuerit. Nullus quippe hinc ad alteram uitā transgressis pœnitentiæ locus est: qualis hinc quisq; egreditur talis perpetuo apparebit, aut iustus, aut peccator: aut saluus, aut dānatus, Quam ob rem quum in omnibus rebus prouidentia maxime necessaria sit, tum in eo ipso præcipua habenda est quod plus q̄ semel nequit fieri: et ubi neq; cōmissus error emendari, neq; damnum acceptum unq̄ amplius redimi, aut reparari ullo ingenio aut arte possit: Noli ergo errare permagni, immo q̄ maximi momenti res agitur: qm̄ in morte quicquid euenerit semel, iam cōclamatum est, et alea iacta, ut dicitur. Pecunia et aliud dānum potest resarciri: fama etiam (licet ægrius) tamen et

portus stationem confugiat:in isto adhuc mundo ma-
nenti pœnitentia nunquam sera est: & ad indulgentiam
impetrandũ uolenti facilis semp accessus. Quid iam er-
go differimus conculcare sub pedibus uoluptates: quas
uelimus, nolimus, paulo post intercipiet tandem perni-
ciosa aliqua molestia: siue febris, siue capitis dolor, seu
stomachi cruditas, siue tormina, uel podagra, uel co-
licus dolor, uel calculus, aut hydropisis, aut paraly-
sis, siue ex mille morborum genere aliquod simile: atq;
deniq; mors ipsa, quæ est, ut philosophus dicit, & nos
uidemus, ultimum terribilium. Faciamus itaq; de neces-
sitate uoluntatem, & de ui remediũ, de obligatione offi-
cium. Circunferamus aliquando oculos ad imminẽtem
tempestatem: & de pelago peccatorum ad pœnitẽtiam
salutarem, tanquam in portum tutissimum remigemus.
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.
Efficiamur Dei cultura, Dei ædificatio supra fundamen-
tum Apostolorum, & Prophetarum, & in ipso summo
angulari lapide Christo Iesu. Nulla nos post hac fran-
gat iniuria: nulla suspicio solicitet, nullus corporis dolor
expugnet, nulla libido corrumpat, nulla ambitio exagi-
tet, nulla cupiditas inflammet. Caueamus ocium ac de-
sidiam, custodiamus sensu nostro, uagos & rebelles, &
repugnantes rationi. Componamus mores, uitia om-
tia omnia fugiamus, Dei præcepta seruemus, & castita-
tem una cum reliquis uirtutibus arctissime complecta-
mur: frænantes linguam ab obscœnis, auertẽtes oculos
à uanitatibus, obturantes aures ab impudicitiis, exten-
dentes manus ad pauperes, eleuantes oculos una cum
mente ad cœlestia, & à domino ueniam sine intermis-
sione humiliter deprecantes: semper & ubique seruan-
tes in conuersatione modestiam, in uictu sobrietatem,
in uestitu decorum, in uerbis uerecundiam, in mori-
bus disciplinam, in factis iustitiam, in operibus mise-
ricordiam, in rebus afflictis patientiam in tranquillis

moderantiam, in iniuriis tolerantiam, in omnibus deniq; actionibus ęquanimitatem, constantiam, castimoniam, fortitudinem, temperantiam. Hæc sunt profecto quæ Deo reconciliare nos possunt, et hominibus etiam gratos reddere. Non enim thure aut hostiis ullis Deo melius, q̃ conuersione: et morum mutatione litatur. Vnde Paulus Apostolus. Sicut inquit exhibuistis membra uestra seruire immundicię, et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibeatis membra uestra seruire iustitiæ, in sanctificationem: ut liberi a peccato, et serui facti Deo, habeatis fructum in sanctificationem, finė uero uitã æternã.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT.

Quaterniones omnes.

Venetiis apud Ioannem Farreum, et fratres. Anno à partu Virginis. M D XLII.

Ad lectorem.

Haec sunt ferè errata quae inter imprimendum contigerunt: quorum multa, & si leuia sint, uniuersa tamen ad repurgandum opus diligenter duximus emendanda. Quod autem ad commata, cola, periodos, accentus, diphtongos attinet, ubi omnino sensus non immutatur, candidi lectoris iudicio dereliquimus: rogantes interim ut si quando irasci forsan inter legendum contigerit non auctorem, sed potius impressores, aut correctores incesset: uel quod pium magis est, placatus utrisque ungue secet, & hic errores agnoscat, & corrigat, & boni consulens placide postea, & sine stomacho perlegat. Vale.

Libri primi.

Folio.6.li.10.constat.7.li. 8. Deesset.8.26. esset. 11.li. 28.erepta. A ter.li.25. sepelitur, li.26.sepeliretur.14. a ter.li.31, tenerentur, li.ult. Augustius.17.li.12, ipsam. 19.li.14. dominam.a ter.li.4.augustissimo, li.16, circunducis li.19.aditus. 21.li.12.alibi idem. 22.a ter.li. li.3.ius.

Libri secundi.

F.23.a ter.li.18.coelibibus. 26.a ter.li.6.imitati. 28.li. 22.ultore. 30.a ter.li.7.adde post semen, radices. 31.li. 8.instaurator, a ter.li.28.adde post cognatosq;. 33.li. 29.ni non in.a ter.li.32.mercari. 34.li.23.edoctum alienis malis, abundat. 37.li.26.mitescere. 40.li.17.molestiis. 44.li.2.monita, li.17.sola.li.30.pudice.

Libri tertii.

Folio.46.a ter li.28.& hipotissimum sunt sacerdotes abundat. 49.li.28.adde post quicquam fieri. 50.a ter.li.6.maximus. 52.li.24.immitatas. 57.li.32. traducere. 59.li.6.multum, a ter.li.2.adde post est si, li.23. dominus. 63.li.3.a ter.coeptum. 64.li.5.ac tam, li.27. ac tam. 70.a ter.li.ult.male. 71.a ter.li.28. duximus. 72.li.3. affirmant, li.4.at nō ac li.ult.uouere.73.a ter. li.11.quis. 76.a ter.li.12.aut, non autem, li.16.uelit. 77.a ter.li.5.utrum non uerum li. 12 consentaneum.

78 lin.6 sacramento , lin . 26 eis , non eius. 80 lin . 23 robur. 81 a ter. lin. 1 filiorum , lin.2 uxorüs lin. 15 alia non alta . 82 lin . 21 uictus , a ter. lin.20 conqueri inique postea. 84.a ter.liu.31.perhibentur. 85.li.7.nihil minus,a ter.li.20.feci. 86.li.17 bifariam. 87.li.12.iniquum. 88.a ter.li.1.eundem. 89.a ter.li.19.sed non si. 90.li.17.persuaderi.li.18.ad de post possum,uel quod nolunt ipsi facere,a ter.li.15. id non ad li.17.alio , non alto. 91.li.6.libidinose , li. 31.solius,non solui,a ter.li.5.sedulitate li.7.abundat q; 92.a ter.li.2.arrogare li. 12.moderentur. 93.li.4.uoluptas li.ult.difficile. 94.a ter.li.ult.irritamur . 95.a ter.li.3.dementiā. 97.li.9.carni , aut dæmoni .li.18. aut,abundat,defendunt. 98.li.26.facie a ter.li.9. diÆtumque ei,non &. 99.li.25.inuitus , non munitus,a ter.li.20.fuerit. 100.a ter.li.29. protectio. 101.li.8. impeti,a ter.li.17.est,abundat,li.29.qui non quam , li. 31.assumat non affirmat. 102.li.28.timor , a ter.li.23. cohæredes. 103.a ter.li.28.mulieris,li.26.ad pariendum. 104.li.4.scite, a ter.li. 1.uirtutes.li.5.nec abundat,li.33.quo,non æquo. 105.a ter.li.19.adde ne ante in,li.28 patere. 108 li. 1 spiritu,li. 12 legimus non legitime,li.24.Adde post qui amare. 109.a ter.li.30 omnibus . 110. li.27 adde in post paulatim, a ter.li. 32 adde nec,post carnali. 3 li.8 inire non mire. 113 li.ult.genuit,li.ult.nullo, non nunc. 115 a ter.li.15 animo. 116 li.11 abundat, & li.32 quod non &,a ter. lin . 29 deprecantur . 116 li.n27 soleat. 118 li.26 conniuentibus. 119 li.13 & abundat , a ter. li.24 & modo , non li. 121 a ter.li.5 adde , sed , ante magis.

122 a ter.li.21 Iesus , non eius. 123 li.5 emulentur, li.18 sectari,li.27 contentiosis,a ter.li.30 euntes. 124 li. 17 tempora. 125 li. 17 oratoribus, li.22 consuere, a ter.li.2 qua. 126 a ter li.4 thurilege,li. 14 peccati,li. 31 impuris non implures. 127 a ter.li.6 adde spiritussancti , post sunt,li.7 spiritussancti abundat. 128 a ter.li.29 circulo.

Libri quarti.

Folio 129 a ter: li.8 uastus, non iustus, li. 21 quæ 130 a ter.li. 13 quæ, non quã, li.27 adde oportere ante quicunq;. 132 a ter.li.4 dictum, sire præ. 133 li 34 adde quod post non a ter.lin. 12 at.li. 14 quũ non quam li.ult.adde post mariti norunt. 134 li.ult. quot non quod. 135 a ter.li.22 faciat abundat. 25 esse in eadem oportere. 137 li.29 facete, non facere a ter. adde, & ante concubia. 138 li. 11.thebem li.21 fore li. 33 summisit, a ter.li.24 tantumque. 139 li.6 posthac, 140 li.25 autem, non aut, a ter. li.28 pauperies illic. 141 li. 16 fauores a ter.li.30 cui. 142 li.4 te solitudo nõ &, a ter.li.4 cũ non eũ li.7 insanie li.ult.detorserit. 144 li.34 quauis a ter. li.28 malles non molles. 145 a ter.li.6 cesareũ. 146 a ter.li.26 uel is, nõ uniuersalis li.ult.adde ob ante institutionem. 147 li.1 cũ non eum. 151 li.1 conscientiæ testimonio li. 12 ullo non illo, & pereat, li.18 & abundat, li.27 placidam. 152 li. 1 tãtisper a ter.li.9 mel, nõ mei. 153 li. 11 statim abũdat li.27 defæcato. 154 a ter.li.6 assentantiũ. 155 li.8 ut fit, a ter.li.3 aũt li.22 pauperiem. 158 li. 1 extinguit li.7 implicantur. 157 li.31 uolutantur. 32 uolutantur a ter. li.30 expresiuss 158 a ter.li. 24.ii.li.29 infamia. 159 li. 1 exercerent li.25 Anacharsim a ter li.3 hominem li. 18 hauritur li. 21 coactus li. 26 uirus, non uirtus, li. 24 facete. 160 lin.ultima uoluptatem. 161 a ter. li. 16 uoluero, non uero.

Libri quinti.

Folio. 162 li. 29 lege peius non potius a ter. lin. 5 ita quod li. 9 existimationem. 163 li. 8 insectamur li. 17 eadem, li. 27 post ementitus adde quis, li. 33 conquerar. 164 a ter. li. 5 quam non qui, li. 6 reperies. 165 li. 19 saporum non suornm a ter. li. 13 uoracissimi. 166 li. 8 lactarium li, 17 ministri, & nec non ne li. 26.utilisimus, li. 31 ad non at, li. 35 nunquam quidem a tet. li. 14 quo minus. li. 8 cõtuberniis. 167 li. 14 q̃ abũdat a ter.li.28 cõsuetudine

168 a ter.li.1 quorundam. 169.li.9.ire raptũ non recte rap;sed non q; , a ter.li.23.uereri. 170.li.1.uoluptuose,li.2.amplexati li.7.mei non me,a ter.li.31.custodiam. 172.li.10.habetur à multis. 173.li.24.fine, non sint,li.29.dixi non duxi. 175.li.2.adde post res, magnas li.4.adde post sed qui,li.14.induisse li.27.fame,non sanos,a ter.li.7.conseruantur. 176.a ter.li.25 opificium. 177.li.14 abductum,li.20.parant , li.30. edocere,a ter.li.19.dignoscit. 178.li.8.adde eos ante in,a ter.li.1 solum. 169 li.2.trahat,li.11.ut nõ ait, li.13 probari,li.ult.reprehendis. 180 li.2 quanto non qui. 181.li.pen. obscuro , non obsecro , a ter.li.24 idemque denique abundat. 182.a ter.li.19 ad hoc.

183.li.19 si abundat , li.31 & si ipse , a ter.li.30 me abundat. 184 li.29 quidem uita,a ter.li.2 clari li.5 cõcessus li.24 quã nõ iniquã. 185 li.8 nõ sinerẽt,li.18 qd ante horũ,a ter.li.8 exẽplis. 186 li.3 obruitur a ter.li.2 nunciassent li.12 niue. 187 li.32 ipsis. 188 a ter. li.9 ne. 189 li.3 iacet inquam. 190 li.32 numero.

192 li.9 iudicatur li.ult.perdendæ,li.23 nesciat.li.27 offendere. 193 li.8 glorientur. 194 nefarie , li.26 delinquerint. 196 li.12 & ante sint , a ter.li.29 compensandam. 198 li.6 transfugiunt li.21 tragica , li.27 adde quod post possint a ter.li.21 inanes. 199 li.11 dicitur a ter,li.11 inique li.22 undique. 200 li.8 sed abundat,li.25 adde posſis,post periculo,li 30 attritu,a ter li.25 diutius. 203 a ter.li.18 agi res. 204 li.25 duplici 205 li.14 pudorque. 206 li. 33 affligaturque uel ex eo. 207 li.23 Agnas, li.30 potest res esse. 208 a ter.li.13 sed non quam,li.25 ille.

Libri sexti.

Fo.209 a ter.li.6 adde quum post equidem. 210 li. 14 sacerdotis a ter.li.11 iccirco,li.12 copulatos. 213 li.1 mulctetur,li.8 fuisse li.19 quamobrem,usque ad ait abundat li.26 firmissimum ,illud in abundat. 214 li.9 eiusque a ter.li.1 decet li.5 facultatis 216 li.1 grauissimas,li.4 cognoscit a ter.li.16 liberum. 217 a ter.li. 18 ue,non ut,li.23 ipso. 218 a ter.li.22 quadam. 219 li.13 inducatur,a ter.li.25 perhibent. 220 li.27 fœdita

tis,li.31 a conspectu, non in consp. 221 li.26 quoad
non quod. 222 li. 32 adeo,a ter.li.9.insitionis. 223
li.2 animis li.5.sobrietate,li.6 & abundat, li.7 mali spi
ritus. 224 li.9 data,non lata,li. 12 fides, li.28 saltus a
ter.li.1 solebat. 226 li. 16.multo satius, li.26 idoneus
· 230 li.19 inculta,a ter.li.30 tallionis. 232 a ter.li.
14 timens li.15 colas.233 a ter.li. 6 una. 234 li.1 de-
ferantur li.23 adde ut post maritos. 235 li.27 traditur.
236 li.1 importunus li.13 uxoris li.22 adde & post
utatur li.19 flagret, li.31 Christianum a ter.li.7 cum
237 a ter.li.24 sint non sitit li.28 abest. 238 li.6 ul-
lum a ter.li.29.Hos non hoc. 239 a ter.li.11 desistas.
244 a ter.li.11 mœchis li.29 legibus li. 31 coniugis.
245 a ter.li.4 uxores,li.11 suis,in abundat li.22 non
uno non uero. 247 li.1 in abundat. 248 a ter.li.6
quod absit. 249 li.12 patriæ li.15 neci li.22 fides.

Libri septimi.

Fo.252 li.29 at non ac, a ter.li. 28 eum non enim.
253 a ter.li.4.dictus. 254 li.24 uisu. 255 li. 14 per
sanctorũ a ter.li.4 causis. 256 li.31 adde & ante mor
morea. 258 a ter.li.12 adulationes li.24 differitur.
259 li.19 demonis. 260 a ter.li.25 at. 262 a ter.li.
22 alliciant. 263 li.19 cõsiliis. 264 li.11 ui non in,
a ter.tentationes,li.29 saturitatem. 268 li.10 indomi
ta & li.27 adde de,ante quibus. 269.li.25 uentre,non
uenere. 270 li.7 saturitate. 273 li.8 at non ac. 275
li.18.esse. 277 a ter.percipiatur. 279 li.10 ab abun
dat 282 a ter.li.23 Raphaelis. 283 a ter. li.3 populi,
li.26 re, non ne. 289 li.14 dietam. 289 li. ult.ubiq;
in,a ter.li.24 adde quã ante Græci. 291 li.1 labes. 292
li.9 uereamur,li.17.ut non aut. 293 a ter.fo.22 coryli.
296 li.6 sicut,li.21 eundem. 297 li.15 & non ex,li.
30 se,non si. 299 li.11 in abundat, a ter.li.9 ut non
ait. 300 li.6 esse,non etiam,a ter.li.20 nostris. 302
li.19 hilaris, non laboris. 303 a ter.li.20 deficere.
304 li.18 ducimus,li.19 sonat,li.32 signis,a ter.li.21
Iouis,non locus,li.27 effinxit,li.34 cauerent. 305 a
ter.li.14 solet. 306 li.22 laberentur, li.ult.quod non
&. a ter.li.12 fecit,li.17 animi. 307 li.26 illic non.n.

309 li.pen.obsoluisse. 312 a ter.li.2 rideatur. 314 li.32 quum,non quam, a ter.li.7 adde post sibi, superbe,aut arroganter aliquid assumat, quum nouerit parum, aut nihil roboris sibi. 315 li.10 cogitationis. 319 li,6 examinauit. 322 li.ult.uita. 323 a ter.li. 11 intremus. 327 a ter li. 12 stimulis li. pen.ab, non &c. 329 li. 33 inique atque abundat 333 li. 12 ac quicquam. 334 li. 12 uere. 335 li.22 mores.

